This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

http://books.google.com

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Bg - b - 4 (1)

MANUSCRIPTORUM CODICUM

BIBLIOTHECAE

REGII TAURINENSIS ATHENAEI

PARS PRIMA.

Complectens HEBRAICOS, & GRAECOS.

A. 414

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CAROLO EMMANUELI

REGI SARDINIÆ

ET

VICTORIO AMEDEO

DUCI SABAUDIÆ EJUS FILIO

Literarum Literatorumque

Patronis & Mecœnatibus

Beneficentissimis

Memorie del Regno di Carlo Emma

Battaglia di Parma e Guastalla

cuneo,

di Alessandria

di Asti

Digitized by Google

CODICES
MANUSCRIPTI
BIBLIOTHECAE
REGII TAURINENSIS ATHENAEI

PER LINGUAS DIGESTI, & BINAS IN PARTES DISTRIBUTI, IN QUARUM
PRIMA HEBRAEI, & GRAECI, IN ALTERA
LATINI, ITALICI, & GALLICI.

Recenſuerunt, & animadverſionibus illuſtrarunt

JOSEPHUS PASINUS

REGI A CONSILIIS

BIBLIOTHECAE PRAESES, ET MODERATOR.

ANTONIUS RIVAUTELLA, & FRANCISCUS BERTA

EJUSDEM BIBLIOTHECAE CUSTODES.

Inſertis parvis quibuſdam Opuſculis hactenus ineditis, adjectoque in fine Scriptorum, & eorum Operum Indice, praeter Characterum ſpecimina, & varia Codicum ornamenta partim aere, partim ligno inciſa.



BIBLIOTECA NAZIONALE DI TORINO

TAURINI. MDCCXLIX.

EX TYPOGRAPHIA REGIA.
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google



Digitized by Google

PRAEFATIO.

QUOS eximia SABAUDORUM PRINCIPUM munificentia olim manuſcriptos Codices ingenti ære comparavit, & in nupera ſollemni Studiorum inſtauratione e Regiis Ædibus in Taurinenſe Athenæum transferri juſſit, ne quid novo huic inſtructiſſimo Scientiarum omnium domicilio ſplendoris deeſſet, & ornamenti; nos tandem reſeratis Bibliothecæ foruli publicam in lucem emittimus. Dolebamus enim vehementer, cum ante oculos quotidie obverſarentur Lipſienſes, Vindobonenſes, Bavarici, Norimbergenſes, Leidenſes, Oxonienſes, Heilsbronenſes, Vinarienſes, Auguſtani, Coisliniani, Septentrionales, Medicei, Scorialenſes, Pariſienſes, Veneti, aliique, ſolos Taurinenſes, qui ſcriptionis antiquitate, & operum præſtantia nullis concedunt, atra oblivionis caligine obvolutos in tenebris adhuc lateſcere; præſertim quum honorificam de iis mentionem fecerint Viri doctrinæ, & eruditionis fama ubique terrarum celebratiſſimi, Mabillonius, Montfauconius, Clericus, Oudinus, Caveus, Pfaffius, Fabricius, Marchio Maffejus: quorum alii ſe eos ſatis commode, dum Auguſta Taurinorum pertranſirent, inſpicere non potuiſſe, acrioribus verbis conqueſti ſunt; alii ex eorum lectione nova multa ſcitu digniſſima, & typis commendanda ſe percepiſſe, affirmarunt; omnes autem una voce teſtati ſunt, rem plane miſeram fore, ac nullo modo tolerandam, ſi tot egregii, præſtantiſſimique Codices diutius in umbra jacerent, eorumque notitia literatis hominibus longiori temporis intervallo invideretur.

Chriſtophorus quidem Matthæus Pfaffius accuratiſſimum Græcorum catalogum, quem, dum præceptor Sereniſſimi Principis Wirtembergenſis Taurini verſaretur, confecerat, ſe editurum, teſtantibus Ephemeridum Lipſienſium autoribus, pollicitus fuerat, eumque univerſa Literaria Reſpublica expectabat quam avidiſſime: aſt hic nullibi apparuit. Cur autem vir ceteroquin literis Græcis perpolitus id minime compleverit, utinam ſcrip-

Digitized by Google

ſcriptum reliquiſſet, aut ſaltem Lipſienſes Scriptores indicaſſent. Forte animadverterat poſtea, ſe nimia celeritate, eadem prorſus, qua Lactantii Inſtitutionum Epitomen exſcripſerat, Græcos Codices percurriſſe.

Bernardus vero Montfauconius in ſua, quam incredibili labore concinnavit, omnium MSS. Europæ Codicum Bibliotheca, ne Taurinenſes, quos magno in pretio habebat, omiſiſſe videretur, perbrevem, & male compoſitum, ut per literas a neſcio quo, imperito certe homine, acceperat, protulit eorum indicem. Multos enim prætermiſit, qui præ aliis, quos ſelegerat, communi omnium æſtimatione in cenſum redigi debebant; alios titulo deceptus, qui vel in fronte, vel in tergo appoſitus erat, falſo inſcripſit; quoſdam unius Scriptoris opus complecti exiſtimavit, qui vel diverſa ejuſdem Scriptoris, vel multorum opera continebant; quæ intus autem in ſingulis latebant rerum, & doctrinæ argumenta, vel penitus miſſa fecit, vel leviſſime repræſentavit. Animo itaque ſtatuimus ſingulos Codices attentis oculis perlegere, eorum catalogum, quam fieri poterat, diligentiſſime conficere, confectumque typis vulgare, ut quot, & quantæ iis occulerentur literariæ divitiæ, cum noſtris, tum vero exteris hominibus, certo tandem conſtaret.

Et ne forte Lectoribus fucum nos facere velle videamur, & inſtitorum adinſtar mercium pretium inanibus verbis jactare; integræ nobis ſunt Amphilochii quæſtiones ad Photium, & Photii ad eum reſponſiones: integri quoque, & diſtincti ſermones aſcetici Patris Iſaaci Syri, Ninivitani Epiſcopi, qui confuſi, mutilique, & ex parte, ac Latine tantum exſtant in Bibliotheca Patrum: & iter legimus Jeremiæ Secundi Patriarchæ Conſtantinopolitani in Moſcoviam, comite Arſenio Elaſſonenſi Epiſcopo, unde Moſcorum Patriarchatus percipitur inſtitutio, quod forte nullibi reperies; & Joſephi Pluſiadeni Synaxarium Concilii Florentini, ejuſque carmen de ejuſdem Concilii laudibus, & Parergon de feſto die Sancti Johannis Baptiſtæ apud Florentinos celebrari ſolito, quibus mirifice acta illius ſanctiſſimi conventus illuſtrari poſſunt. Quid de Monembaſiæ Eccleſiæ monumentis, & chronologica ejus Epiſcoporum ſerie, quorum pauciſſimos recenſere potuit vir orientalis eruditionis amantiſſimus Pater Lequien? Quid de nonaginta tribus epiſtolis Michaelis Glycæ, quarum decem priores dumtaxat edidit ex Bibliotheca Richardina vir politioribus literis excultiſſimus Johannes Lamius? Quid de Imperatorum Chryſobullis, Argyrobullis, Deſpotarum Chartis, Patriarcharum, & Epiſcoporum Hypomnematis, venditionis, emptionis, conſtitutionis, donationis inſtrumentis? Ex his autem quanta in Græcorum Diplomaticam ſcientiam lux derivari poteſt? Adde Concilii Piſani acta elegantiſſimo charactere ſcripta, ubi Principum, Cardinalium, aliorumque ſummorum virorum Epiſtolæ; Patrum, qui Concilio interfuerunt, ſubſcriptiones, dignitates, munia; teſtium nomina, qui in Pſeudo-pontificum cauſſa evo-

Digitized by Google

evocati fuerant : de quibus ne unum quidem verbum reperire eſt aut apud Labbeum , aut apud Harduinum , aut apud Caniſium , ceteroſque , qui ad illuſtranda Eccleſiæ Concilia animum applicuerunt . Adde Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi librum *Numerorum* , quem prorſus interiiſſe arbitrati ſunt Caſimirus Oudinus , & Guilielmus Cave . Adde Divi Brunonis Aſtenſis Civis , & Segnienſis Epiſcopi Commentarium in Evangelia , quem fruſtra quæſivit Marcheſius , ut cum ceteris ſapientiſſimi Antiſtitis operibus evulgaret : & Ogerii Abbatis Leocedienſis Tractatum de laudibus Deiparæ Virginis a doctiſſimo Canonico Irico in ſua Tridinenſi Hiſtoria ſumma cum laude commemoratum ; & Divinarum Lactantii Inſtitutionum Epitomen , quam initio hujus ſæculi ex noſtris Codicibus edidit Cl. Pfaffius ; & Memoriale Raymundi Turchi Civis Aſtenſis ſæculo XI. ſcriptum , cujus habendi deſiderio vehementiſſime flagravit Muratorius , ut illud Scriptoribus Rerum Italicarum inſereret ; & veteris Societatis Baroniæ militum Aſtenſium Conſtitutiones , & Chronici Salutienſis Epitomen , & plurima Hiſtoriæ Aſtenſis fragmenta , nec non Chronica ad Inſubriam , & Subalpinum agrum ſpectantia ; & Pyrrhi Ligorii Patricii Neapolitani Græcas , Romanaſque Antiquitates triginta voluminibus comprehenſas , quas CAROLUS EMMANUEL PRIMUS , immortalis memoriæ Princeps , ob ſummam , qua literas , literatoſque fovebat , voluntatem , duodeviginti ducatorum millibus comparavit : & Sancti Bernardi Abbatis Clarevallenſis Sermones in Canticum Canticorum a Johanne Samminiatenſi in Italicam linguam translatos , & quintam Operum Boteri partem , & novam Boccalini narrationem , & Dantis Comœdiam vetuſtiori Rythmo Gallico redditam , eruditoque commentario exornatam . Denique ut aliquid etiam de Hebræis Codicibus delibemus , fruſtra quæſiveris in Bibliothecis Buxtorphii , Bartoloccii , & Wolphii aut commentarium Eſdræ filii Salomonis , cognomento Aſtruk , in Pentateuchum , aut Jechielis filii Tubielis tractatum de virtutibus moralibus , aut Joſephi Aben Caſpì librum moralem ad Salomonem filium , aut librum Cabbaliſticum Beniamini Maghiantzini , aut librum Medicum Goem Kakmi , aut R. Salomonis Korkos animadverſiones in librum Aſtronomicum R. Iſaaci filii Iſraelis . Plura alia non memoramus opera inedita , quæ apud alias etiam gentes reperiuntur ; neque recentioribus ſæculis ſcripta , quibus exornari mirum in modum , & augeri poterunt Bibliothecæ Eccardi , Wadingi , Nicolai Antonii , Julii Nigri , Ghilini , Topii , Roſſotti , Verdierii , Goujeti , aliorumque , qui aut ſui Cœtus , aut ſuæ Patriæ Scriptores recenſuerunt . Quæ enim hactenus attulimus , ſatis ſuperque Codicum Taurinenſium præſtantiam , & excellentiam demonſtrant , ut propterea eorum catalogus amplius a nobis differri non debuerit , ne tantum bonum invidere Reipublicæ Literariæ videremur .

Atque hìc literatos homines monitos volumus de fragmentis anecdotis

Digitized by Google

tis Sancti Irenæi, quæ ſupra laudatus Pfaffius edidit *Hagæ Comitum* anno 1715. tamquam ex variis MSS. Codicibus Taurinenſibus deſumta. Nos enim non ignorantes, quæ de hac re ſcripſerat Cl. Maffejus, maxima adhibita diligentia, intentiſque oculis eos omnes perlegimus, in quibus Patrum Catenæ haberentur; ſiquidem ex iis videtur Pfaffius aſſerere ſe ea ſumſiſſe: & ne unum quidem verbum invenimus, aut aliquid, quod proxime accederet. Pfaffium quidem fraudis, & mendacii arguere nolumus, aut quod invida manu folia avulſerit, aut quod Codices abſtulerit. Primum enim ſummæ eſſet impudentiæ; alterum cum non ferendum, tum non effeciſſet id, quod intendebat; quomodo enim aliis probare potuiſſet, ſe vere ea fragmenta ex Taurinenſibus Codicibus collegiſſe? Tertium vero eſſe nequit, quia ex antiquis Regiæ Bibliothecæ catalogis non conſtat, ullum deſiderari Codicem. Forte in ultima non multis ab hinc annis Codicum compactione ex incuria, & ignorantia Bibliopegi aliqua exciderint folia, ubi hæc reperirentur fragmenta. Sed cur ſaltem Pfaffius Codices nominatim non indicavit, unde ea deſumſit, cum ſinguli ſuis diſtincti eſſent notis? & cur Scripturæ librum, ac textum reticuit, cui ſubjecta eſſet, quam affert, Sancti Irenæi commentatio? Certe id perficere debuiſſet, ut a ſe inventis Sanctiſſimi Patris fragmentis fidem, & autoritatem conciliaret. Perperam autem confudit πατερικὰ γεροντικὰ, λειμωνάρια, παραδείσους cum Catenis Patrum. Illa enim dicta, & facta memoratu digna nobis repræſentant veterum Patrum, eorum præcipue, qui Aſceticæ vitæ inſtituto claruerunt. Hæ vero multiplices ejuſdem textus Scripturæ amplectuntur interpretationes, quæ in eorum commentariis, aut aliis libris occurrunt.

Ad ſcriptionis vero antiquitatem quod ſpectat, habemus Divinarum Inſtitutionum Firmiani Lactantii Epitomen ſæculi quinti, Sedulii Opus Paſchale ſexti, Catenam Græcam in Pſalmos octavi, Theodoreti commentarium in duodecim Prophetas noni, Gregorii Magni homilias, S. Auguſtini librum de quantitate Animæ, Rhabani Mauri de laudibus Sanctæ Crucis, Gregorii Nazianzeni orationes, Maximi Monachi, & Johannis Climaci opera decimi, Baſilicorum Synopſin, & Sancti Johannis Chryſoſtomi undecimi, ut miſſa faciamus, quæ ſæculis duodecimo, & tertio decimo ſcripta ſunt, quæ ſane nec pauca ſunt, nec infimæ notæ.

Certiſſima itaque ſpe juvandi aliorum ſtudia, hilari, lætoque animo manum excutiendis codicibus admovimus. Ac ſtatim nobis ſe obtulit dubitatio, quo in iis recenſendis procedendum eſſet ordine, num per claſſes, ut a literatis hominibus fieri conſueſcit, an per linguas, qui modus longe facilior eſt, & expeditior. Atque hunc prætulimus non facilitatis gratia, ſed quia aliter a nobis fieri non poterat, quin omnis inverteretur diſpoſitio, quam Anteceſſores noſtri conſtituerant, & quam in antiquis omnibus Regiæ Bibliothecæ catalogis religioſiſſime ſervatam animadver-

Digitized by Google

madvertebamus : quod ſane cum diutini fuiſſet, & injucundi laboris, tum ſummum, quo tenebamur, rei expediendæ deſiderium non parum retardaſſet. Id tamen nobis curæ ſemper fuit, ut aliquis in Codicum forma, & in ipſis linguis appareret ordo; ut nempe primas ducerent Hebraico ſermone ſcripti, hos ſequerentur Græci, ponc Græcos Latini, Latinos exciperent Italici, hos Gallica lingua exarati; tum primæ magnitudinis, ſive in *folio*, ut dici ſolet, Codices primum tenerent locum, his ſuccederent ſecundæ magnitudinis, ſive in *quarto*, & poſtremo loco in cenſum referrentur, qui in *octavo*, nulla literarum, quibus ſinguli obſignati erant, aut foruloruin, quibus occluſi jacebant, habita ratione.

Occurrit deinde Codicum ætas. Et quidem ad Orientales quod pertinet, nulla prorſus difficultas: ſolent enim Hebræi annum, & diem, quin & exſcriptoris nomen in fine cujuſque libri adnotare. In Græcis autem, & Latinis perquam raro, præcipue in antiquioribus, ulla exſcripta legitur temporis nota. Horum vero ætatem nos ſtatuimus judicio ſapientiſſimorum hominum, Montfauconii, Mabillonii, Baringii, Maffei, Wactheri, qui de Græcorum, & Latinorum Palæographia diligentiſſime omnium, & erudite ſcripſerunt. Codices ſcilicet noſtros cum characterum ſpeciminibus contulimus, quæ viri modo laudati ad diſcernendas priſcorum ſæculorum ſcriptiones æterno Reipublicæ Literariæ commodo incidi curarunt; & ex ſimili literarum, atque apicum forma cujuſque Codicis ætatem conſtituimus; illud ſemper ante oculos habentes, quod ſcriptum reliquit eruditiſſimus Casleus, ſatius eſſe veteres codices uno, aut altero ſæculo antiquiores pronunciare, quam nullam omnino eorum ætatem definire; quamquam nos hac in re modum adhibuimus, ut legentibus Catalogum non ſemel conſtabit. Qui autem aliquam temporis notam præſeferebant, ii exemplo nobis fuerunt, ut de ceteris, qui nullo erant temporis ſigno diſtincti, veroſimile ferremus judicium: quod idem de Italicis, & Gallicis dictum ſit.

Porro autem non ſolum cujuſque Codicis ætatem tradere nobis viſum eſt, ſed etiam ornamenta, picturas, icones, characteris elegantiam, & varietatem, tum quot conſtarent foliis, qui in membranis, & qui in papyro, & qui in bombyce eſſent exarati, qui vel initio, vel fine mutili, qui temporis injuria detriti, quive fœdati, aut iniqua manu abſciſſi, vel abraſi, & qui ab imperito Bibliopego male compacti, aliaque hujus generis vitia, quæ antiquos Codices occupare ſolent, diſtincte notare, ne aliquid prætermiſiſſe argueremur, unde eorum ſtatus vel bonus, vel malus intelligi poſſet. Hanc ob rem multa characterum ſpecimina inveniet Lector ære, & ligno inciſa, quibus quæ antea dicebamus de Codicum ætate, ampliſſime confirmabuntur, & nonnulla etiam ornamenta eodem modo expreſſa, ea tamen dumtaxat, quæ aliquam antiquæ eruditionis ſpeciem exhibere videbantur.

Digitized by Google

Singula excuſſimus folia, accurateque, & diligenter perlegimus, & quæ iis continerentur, vel minima, & levioris momenti, ut epiſtolas, prologos, carmina, ſententias, ſive ejuſdem, ſive diverſi eſſent. Scriptoris, ſumma fide, & diligentia deſcripſimus, appoſito cujuſque opuſculi autore, exſcriptoque ut plurimum initio. Inſtituta poſtea cum editionibus comparatione, lectionis varietatem, ſicubi eſſet, indicare placuit, & plura ſpecimina adferre, quibus novæ SS. Patrum, atque illuſtrium Scriptorum editiones exornari quam maxime poterunt; ſuppoſita a genuinis ſecernere, alia inter dubia recenſere, alia ſuis autoribus aſſerere, corrupta emendare, fœdata reſtituere, male compoſita in ordinem redigere, quibus omnibus conficiendis quantum temporis, & laboris a nobis inſumtum fuerit, ii dumtaxat recte judicare poſſunt, qui hujuſmodi oblectantur ſtudiis. Notas præterea librariorum, quæ vel ſcriptionis tempus exprimerent, vel locum, ubi Codices exarati fuiſſent, vel ad quos pertinuiſſent, adſcripſimus. Et ſi qua alia a primo Calligrapho, aut ab aliis ſubſequentium temporum lectoribus notatu digna, ſive in fronte, ſive ad calcem, ſive in marginibus, ſive in ima pagellarum ora ſcripta fuiſſent, ea ſuis *locis* commemorare non omiſimus. Hinc perbreves quaſdam animadverſiones paſſim ſubjicere nobis neceſſum fuit, quibus vel Codicis pretium palam fieret, vel criticæ aliorum obſervationes indicarentur, aut etiam corrigerentur, vel ſcribentium audacia, & ignorantia notaretur. Integras nonnumquam eadem de cauſſa exſcripſimus epiſtolas, & præfationes, quæ in editionibus deſiderantur, & prolixiora aliquanto initia ſubjecimus eorum operum, quæ nobis peculiaria ſunt, aut ab omnibus inedita cenſentur. Tum opuſcula quædam edidimus, præſertim ad res patrias ſpectantia, quæ jamdiu a literatis hominibus expectabantur, & varias Græcorum Imperatorum Chryſobullas, Patriarcharum Hypomnemata, venditionis, donationis, conſtitutionis Chartas cum Latina earumdem interpretatione inſeruimus, non alio profecto conſilio, quam ut per nos, ſi fieri poſſet, & Codicum noſtrorum adjumento ars Diplomatica Græcorum, quæ obſcuris adhuc tenebris involuta eſt, parumper illuſtraretur. In his autem exſcribendis antiquam ſcriptionem, etſi mendoſam, & abnormem ſancte, & religioſe multorum exemplo ſecuti ſumus. In Græcis tamen non omnem ſervare potuimus antiquæ ſcriptionis modum, propter frequentes literarum mutationes, quibus verborum ſignificatio valde immutatur, ut Græce ſcientes norunt: quare ut lectionis moleſtiam, & intelligentiæ difficultatem legentibus imminueremus, propriis literis ſcriptionem reſtituere pro virili ſtuduimus, ubi præſertim mutatis literis ſenſus turbari videbatur. Totum autem Opus binas in partes diſtribuimus, in quarum prima Hebræi, & Græci, in altera Latini, Italici, & Gallici. Hebræi ſunt numero CLXIX. Græci CCCLXIX. Latini MCLXXXIV. Italici CCX. Gallici vero CLXXII. Denique, ut cujus generis, cujuſve ſcrip-

Digitized by Google

ſcriptoris opera ſingulis Codicibus comprehenderentur, uno veluti ictu oculi quiſque etiam harum rerum ignarus diſpicere poſſet, duplicem tabulam, ſive indicem concinnavimus; unum Scriptorum, eorumque operum, quem fini cujuſque partis ſubjecimus; alterum Anecdotorum, quæ catalogo inſerta nunc primum prodeunt, atque hunc initio præfiximus.

Habes itaque, Studioſe Lector, paucis rationem omnem, qua Manuſcriptos Codices Regiæ Bibliothecæ Taurinenſis publicæ luci expoſuimus: ſat cito, ſi ſatis bene. Illud unum te etiam, atque etiam rogamus, obteſtamurque, ne judicium de opera noſtra, qualiſcunque ſit in conficiendo hoc Catalogo, antea pronuncies, quam pagellas aliquot, criticis etiam oculis, percurreris. Pro certo enim habemus, te, cum immanem, quem ſuſtinuimus, ardente præſertim Syrio, laborem animo, & cogitatione perceperis, humaniter etiam, & benevole, ſi quid a nobis in tanta rerum multitudine, & varietate peccatum fuerit, condonaturum. *Non* enim *omnia poſſumus omnes.*

Nam neque chorda ſonum reddit, quem vult manus, & mens,
Poſcentique gravem perſæpe remittit acutum,
Nec ſemper feriet, quodcumque minabitur, arcus.

Et quidem non ſemel manum de tabula ſuſtuliſſemus, operis difficultate perterriti, quam procedentes majorem in dies offendebamus (quem enim non perterruiſſet tanta Hebrææ, Græcæ, Latinæ, Italicæ, & Gallicæ eruditionis moles, quam humeris noſtris, hujuſmodi ponderibus non aſſuetis, impendere videbamus?) niſi animos identidem addidiſſet, & ad proſequendum opus humaniſſimis verbis, clementiæ, atque amoris pleniſſimis, ut ſemper aſſolet, nos incitaſſet Rex Optimus, & Sapientissimus, quem & nobis, & bonarum artium felicitati diu ſoſpitent Superi. Ut enim ſuſceptum conſilium evulgandi Codices Manuſcriptos, quorum cuſtodiam commendaverat, a nobis intellexit, cum lætitiam quamdam vultu, oculiſque ſignificavit, & de ratione, qua opus a nobis ſuſcipiendum eſſet, curioſius perquiſivit, quippe, ut ajebat, de re ſua ageretur; tum percunctari, cum opus incœpit, non deſtitit, quando nam abſolveretur. Tantam admirati Regis Augustissimi ſollicitudinem, vires omnes, & nervos contendimus, nulla valetudinis, aut temporis habita ratione, ut quam citiſſime ejus vota, quæ multorum etiam erant, adimplerentur.

Telam teximus, & reteximus quaſi inſtar Penelopes, donec tandem confecimus, facem tamen ubique præferentibus viris antiquitatis ſtudioſiſſimis, in Hebræis quidem Hottingero, Plantavitio, Buxtorfio, Bartoloccio, & Wolphio; in Græcis Caveo, Oudino, Alberto Fabricio, Allatio; in Latinis autem, Italicis, & Gallicis Dupinio, Montfauconio, Alberto pariter Fabricio, Eccardo, Wadingo, Roſſotto, Cellierio, Ghilino, Nicolao Antonio, Toppio, Goujeto, aliisque. Multa etiam

Digitized by Google

debemus Johanni Paullo Ricolvi, noſtro olim Collegæ, & amico cariſſimo, qui Græcos pene omnes, & Italicos Codices delibaverat, & ea, qua præſtabat, ingenii, & eruditionis copia, numeris omnibus abſolviſſet, niſi immaturo fato peremtus, magna literarum jactura, vehementiſſimoque apud nos relicto ſui deſiderio mortalitatem expleviſſet. Multo minus vero ſilentio præterire poſſumus ingentia, atque illuſtria beneficia, quæ ab ampliſſimo literarum Moderatore Comite Cæſare Juſtiniano Alferio accepimus. Quod enim unicum in domeſticis ejus ſcriniis ſupererat Raymundi Turchi Aſtenſis Civis Memoriale, nobis exſcribendum humaniſſime non ſolum, ſed etiam ultro, & ſponte tradidit, una cum Baroniæ Militum Aſtenſium ſanctionibus, & innumeris ejuſdem Civitatis hiſtoricis fragmentis. Atque utinam nobiliſſimi Comitis exemplum, & patriæ illuſtrandæ amorem æmulari ſibi conſtantiſſime animo proponerent ii omnes, qui manuſcriptos Codices poſſident. Quot enim latitant in Eccleſiarum Capitulis, in Monaſteriis, in Privatorum Tabulariis, ignoratæ ſæpius ipſis poſſeſſoribus opes, quarum valde, multumque veremur, ne obtinendarum nulla ſuperſit ſpes! Miſerum ſane, tot majorum noſtrorum monumenta in umbra, atque in tenebris tinearum pabulum jacere, eorumque uſum publico bono invideri: *Sapientia enim abſconſa, & Theſaurus inviſus, quæ utilitas in iis?* Eos igitur enixe precamur, ut quæcumque habent in latebris celata antiquorum Patriæ Scriptorum monumenta, recludere nobis, aut aliis nobis doctioribus velint, atque iis catalogum noſtrum ampliari ſinant, quo ſtudioſi homines primo adſpectu videant, quæ, & quot juvandis, illuſtrandiſque literis, & bonis artibus ſubſidia, noſtra hæc feliciſſima Subalpina Regio valeat ſuppe-

OPUS-

Digitized by Google

OPUSCULA
ANECDOTA,

Quæ huic Volumini inserta nunc primum in lucem prodeunt.

I. *Jacobi Goupyli Pictavienſis Medici Epiſtola ad Emmanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem. pag.* 153. *Cod.* XLIX.

II. *Parvulum Lexicon explicans dictiones, quæ in pſalmis occurrunt.* 190. CII.

III. *Chryſobulla Johannis Alexii Comneni ad ſtabilienda cum Venetis commercii jura.* 222. CXVII.

IV. *Deſcriptio diei feſti Præcurſoris, qui olim agebatur Florentiæ.* 371. CLXXXVI.

V. *Johannis Pluſiadeni Hymnus in octavam Synodum Florentiæ habitam.* 273. CLXXXVI.

VI. *Ejuſdem Synaxarium Sanctæ, & Oecumenicæ Synodi Florentinæ, ſive narratio eorum, quæ in Concilio Florentino geſta ſunt.* 277. CLXXXVI.

VII. *Gregorii Palamæ opuſculum adverſus confeſſiones Latinorum.* 281. CLXXXVI.

VIII. *Theodori Studitæ Jambici verſus adverſus Iconomachos.* 305. CCXII.

IX. *Series, & commemorationes eorum, qui Monaſterium Sancti Nicolai Caſularum primum condiderunt, ac moderati ſunt.* 308. CCXVI.

X. *Epiſtola Johannis Camateri præfecti Canicleo ad Imperatorem Porphyrogenitum.* 315. CCXXIX.

XI. *Johannis Canabutzæ Magiſtri epiſtola ad Principem Aeni, & Samothraciæ.* 317. CCXXXIV.

XII. *Michaelis Palæologi Chryſobulla ad confirmandas poſſeſſiones Venerandi Patriarchalis Monaſterii Macrinitiſſi.* 327. CCXXXVII.

XIII. *Ejuſdem Chryſobulla altera in favorem dicti Monaſterii Macrinitiſſi, & Sancti Johannis Novæ Petræ.* 328. CCXXXVII.

XIV. *Ejuſdem decretum in favorem dicti Monaſterii Sancti Johannis Novæ Petræ.* 328. CCXXXVII.

XV. *Arſenii Patriarchæ Conſtantinopolitani Hypomnema in favorem Monaſterii Macrinitiſſi.* 332. CCXXXVII.

XVI. *Joſephi Patriarchæ Actio Synodica in favorem ejuſdem Monaſterii Macrinitiſſi.* 338. CCXXXVII.

XVII. *Comneni Palæologi Deſpotæ Chartæ in favorem ejuſdem Monaſterii.* 341. CCXXXVII.

XVIII. *Cæſaris Comneni Præfecti Exercitui Charta in favorem ejuſdem Monaſterii.* 344. CCXXXVII.

XIX. *Charta Conſtitutionis factæ a Druanubainitis in favorem Monaſterii Præcurſoris Novæ Petræ.* 344. CCXXXVII.

XX. *Charta venditionis poſſeſſionum Zoes Syropulæ in favorem dicti Monaſterii Novæ Petræ.* 344. CCXXXVII.

XXI. *Charta Donationis Demetriadis Michaelis Panareti in favorem ejuſdem Monaſterii.* 350. CCXXXVII.

XXII. *Charta judicii coram Raul Pincerna inſtituti, & latæ ab eo ſententiæ in favorem ejuſdem Monaſterii.* 352. CCXXXVII.

XXIII. *Charta Conſtitutionis a Cypriano præfecto factæ Monaſterio Macrinitiſſo ſuper terram Petræ.* 353. CCXXXVII.

XXIV. *Charta Donationis Monaſterioli in Charmæna ſiti factæ a Theodoſio Hieromonacho Monaſterio Macrinitiſſo.* 355. CCXXXVII.

XXV. *Conſtantini Laſcaris de Poeſis natura, atque origine.* 375. CCLXI.

XXVI. *Maximi Cytherorum Epiſcopi Epiſtola ad Gabrielem Severum Archiepiſcopum Philadelphiæ.* 387. CCXCI.

XXVII. *Monumentum de origine urbis Monembaſiæ.* 417. CCCXXXVI.

XXVIII.

Digitized by Google

XXVIII. *Reſcriptum ex Synodico Metropoleos Monembaſiæ, gratiarum actionis, quæ ſingulis annis ad Deum fieri debet die Dominico Orthodoxiæ.* 421. CCCXXXVI.

XXIX. *Decretum Synodicum in favorem Metropoleos Monembaſiæ.* 423. CCCXXXVI.

XXX. *Leonis Epiſcopi Argus, & Nauplię hypomnema circa Monaſterium ab ipſo inſtitutum in loco Areæ.* 426. CCCXXXVI.

XXXI. *Arſenii Elaſſonis Epiſcopi deſcriptio itineris in Moſcoviam habiti a Jeremia II. Patriarcha Conſtantinopolitano, ubi & Patriarchatus Moſcovitici inſtitutio narratur.* 453. CCCXXXVII.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CODICES HEBRAEI.

In-Folio.

CODEX Primus *a.* I. 5.

Membranaceus, constans foliis 142. non numeratis octo, quibus continetur præfatio, & index, charactere exaratus *Hebræo-Rascì* (id est quo vulgo typis consignari solent commentaria R. *Salomonis Isaacidæ*, cognomento *Rascì*) eleganti, & perpolito; inscribitur יורה דעה Joreh Deah *docebit scientiam*. titulo desumto ex commate 9. cap. 28. *Isaiæ*, pars secunda majoris voluminis, quod communiter vocant טורים Turim, *Ordines* R. Jacobi *Filii* R. Ascer, qui floruit anno *Christi* 1340.

Est primum autoris præfatio, postea rerum index; dein in fronte primi folii spatium quasi usque ad medium paginæ nullo charactere notatum, quod nobis argumento est, librarium in animo habuisse exornare aliquot figuris illud spatium, quemadmodum passim rubro colore splendentissimo initia capitum distinxit.

Codex pertinebat ad quemdam Judam Samuelem Sinai *Colonienſem*, ut est in fronte libri, charactere quadrato scriptum his verbis: שלי יהודה שמואל סיני מקולונייא:

In fine

כתבתי זה היורה דיעה להר׳ שמואל בר׳ שמעון וסיימתי ביום יו׳ שבט שנה רכה לפרט קטן בנימין בר׳ יהודה: *Scripsi hunc librum Joreh Deah in usum R. Samuelis filii R. Simeonis, & finem imposui die* 16. *mensis Scevat*, ideſt Lunæ Januarii, *anno creationis* 225. *secundum minorem computationem*, ideſt Christi 1455. *Beniamin filius Judæ.*

CODEX H. *a.* I. 7.

Membranaceus, charactere scriptus *Hebræo-Germanico*, constans foliis 429. est מרדכי Mordechai: hoc est commentarii Legales R. Mordechai Germani *filii* Hillelis, qui floruit anno *Christi* 1310. in *opus* Alphesii, quos commentarios de nomine suo inscripsit מרדכי *Mordechai*.

Meminit similis MS. Codicis Membranacei in *fol.* inter MSS. Codices *Bibliothecæ Vaticanæ* Bartoloccius parte IV. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 47. & Johannes Christophorus Wolfius in *Bibliotheca Oppenheimeri* egregium extare scribit pag. 790. partis I. *ſuæ Bibliothecæ Hebraicæ*. Videre est etiam Buxtorfium in sua *Bibliotheca Rabbinica* ad vocem מרדכי *Mordechai*, & catalogum *Bibliothecæ Regiæ Parisiensis*.

CODEX III. *a.* I. 8.

Membranaceus constat foliis 474. Est opus R. Mosis *filii* R. Jacobi Kotzensis *Hiſpani*, qui floruit anno *Christi* 1230. communiter dictum ab Hebræis per initia dictionum סמג Samag, ideſt ספר מצוות גדול Sepher Mitzvoth Gadol *liber præceptorum magnus*: ubi de omnibus præceptis Judaicis tam מצוות עשה *affirmantibus*, quam *negantibus* לא תעשה sermo habetur secundum sensum utriusque *Ghemaræ*, & antiquorum Scriptorum *Tosaphtæ*, *Mechiltæ*, *Torath Cohanim*, *Siphrà*, & *Siphrì*, & insignium Rabbinorum *Alphesii*, *Maimonidis*, *Asceri*, & *Terumæ*, lingua purissima Hebræa.

Digitized by Google

Desideratur titulus libri, præfatio, & pars indicis usque ad caput יו 16. Nec omnia recensentur 365. præcepta *negantia*. Desinit enim præcepto שנב 352. Character est *Hebræo-Hispanus*.

MS. reperiri etiam in *Bibliotheca Vaticana* sub titulo ספר עקרי מצוות הרי"ג *liber de fundamentis* 613. *præceptorum*, testatur Bartoloccius part. IV. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 80. Habuit & Plantavitius, ut scribit ipsemet num. 400. & vidit Wolphius in *Bibliotheca Oppenheimeri*: tum exstat in *Bibliotheca Senatorum Lipsiensium* inter Codices *Wagenseilii*, ut est apud citatum Wolphium pag. 828. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*, & in *Catalogo MSS. codicum Bibliothecæ Regiæ Parisiensis*.

CODEX IV. *a.* I. 9.

Membranaceus, charactere exaratus *Hebræo-Hispano*, constat foliis 402. Habentur in eo tres טורים Turim *Ordines* R. Jacobi *filii* Ascer; idest

I. אורח חיים Orach Chajim, *via vitæ*.

II. יורה דעה Joreh Deah, *docebit scientiam*.

III. אבן העזר Aven Haezer, *lapis adjutorii*.

In primo *Ordine* sunt passim adnotatiunculæ in margine.

In fine

תהלה לסומך ועזר נשלם אבן העזר: *laus ei, qui sustinet, & auxiliatur, completus est Ordo Aven Haezer.*

CODEX V. *a.* I. 13.

Membranaceus, charactere quadrato conscriptus, foliis constat 471. Sunt quatuor טורים Turim *Ordines* laudati R. Jacobi *filii* Ascer, præmisso singulis capitum indice.

I. אורח חיים Orach Chajim, *via vitæ*: qui Ordo complectitur omnia, quæ ad ritus sacros spectant, puta ad *benedictiones*, ad *preces*, ad *decisiones de Sabbatho*, de *Neomeniis*, *Jejuniis*, *Tecuphis*, sive de *ingressu Solis in quatuor puncta præcipua Zodiaci*.

II. יורה דעה Joreh Deah, *docebit scientiam*: tractat de *vetitis*, & *licitis*, quæ pertinent ad cibum, & potum, ubi de *jugulatione animalium*, de *inspectione viscerum*, de *idololatria*, de *balneis*, de *muliere menstruis polluta*, de *vino libaminum*, & de *funerum luctu*.

III. אבן העזר Aven Haezer, *lapis adjutorii*: sermo habetur de uxore, quæ in Scripturis dicitur *adjutorium viri*, ubi & de *matrimonio*, de *instrumento dotali*, de *repudio*, de *Fratriis*, de *Leviratu*, de *votis*, & de *Nazaræatu*.

IV. חושן המשפט Choscen Hammisrat *pectorale judicii*: præcepta expenduntur judicialia.

In fine

נשלם חושן המשפט שבח לאל עולם והכל מלאכת עבודת הקודש ביום שני עשרים ושמנה לחדש תמוז הוא החדש הרביעי חמשת אלפים ירלה למספר קבועי בפייבא בבית מהר משלם: *completus est Ordo Choscen Hammiscpat, laus Deo mundi, & completum est opus ministerii sacri die 2. vigesimo octavo mensis Tamuz, qui est mensis quartus*, idest Luna Junii, *anno creationis* 5235. *secundum numerum constitutum*, idest Christi 1475. *Ticini in ædibus R. Mesciullam*.

Eosdem *Ordines* exstare MSS. in *Bibliotheca Vaticana*, scribit Bartoloccius part. III. pag. 838. *Bibliothecæ Rabbinicæ*, & nos legimus in catalogo MSS. *codicum Bibliothecæ Regiæ Parisiensis*.

CODEX VI. *a.* I. 15.

Membranaceus, constans fol. 178. charactere exaratus eleganti *Hebræo-Hispano*, continet Almagestum, sive *magnam constructionem* Ptolemæi. Est ei titulus: זה ספר הגדול הנקרא אלמגסטי חברו פטולמיוס: *hic liber magnus vocatus Almagestum*,

Digitized by Google

mageſtum, compoſuit illum Ptolemæus; ex interpretatione R. *Jacobi filii Samſonis, filii R. Antolì*, ut dicitur in fine. נשלם ספר אלמגסטי לפטולמיוס והתלה לאל לבדו והעתיקו הגדול יעקוב בר׳ אבא שמשון בר׳ אנטלי: *completus eſt liber Almageſti Ptolemæi, laus Deo ſoli, & tranſtulit illum magnus Jacobus filius R. Abbà Samſonis, filii R. Antolì.*

Sunt paſſim figuræ Mathematicæ, & adnotationes in margine.

CODEX VII. *a.* I. 16.

Chartaceus conſtat foliis 69. duplici ſcriptus charactere; uſque ad *fol.* 14. charactere eleganti *Raſcì*: reliqua charactere *Hebræo-Italo* admodum diluto, & inconcinno.

Inſcribitur charactere craſſiori quadrato חבור ספר אלמגסטי מבן רשד *compoſitio libri Almageſti per Ben Raſciàd.* Eſt nempe epitome ALMAGESTI PTOLEMÆI concinnata a BEN RASCIAD, ſive AVERROE, & ex Arabica lingua in Hebræam converſa a R. *Jacobo filio Samſonis, filii R. Antolì* anno *creationis* 4996. ideſt æræ Vulgaris 1236. ut legitur in fine codicis.

Sunt paſſim figuræ Mathematicæ, & adnotationes in margine.

Hæc interpretatio exſtat MS. ſed in 4. etiam in *Bibliotheca Cæſarea*, teſte Spizelio, & in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*, ut conſtat ex ejus catalogo.

CODEX VIII. *a.* I. 20.

Membranaceus, conſtans foliis 198. charactere exaratus *Raſcì* admodum nitido, & eleganti, *Elementa* continet EUCLIDIS una cum ejuſdem figuris Geometricis, translata ex idiomate Arabico in Hebræum a *Moſe filio R. Samuelis, filii Judæ, filii Tibbon, Granatenſi Hiſpano*, ut eſt in fine: העתקתיו מלשון הנרי אל לשון הקודש אני משה בר׳ שמואל בר׳ יהודה בן תבון מרמון ספרדי ונשלמה העתקתו ביו׳ אלול שנת חמשת אלפים ושלשים: *tranſtuli ex lingua Arabica in linguam ſanctam ego Moſes filius R. Samuelis, filii Judæ, filii Tibbon, Granatenſis Hiſpanus: & completa eſt ejus translatio die* 17. *Elùl*, ideſt Lunæ menſis Auguſti, *anno creationis* 5030. ideſt æræ Vulgaris 1270.

Additur poſtea tempus, quo ſcriptus fuit codex: ואני הכותב השלמתי זה בששי בשבת יום השלשים לתשרי שנת הארבע ושמנים לפרט אלף הששי: פה טרשקון *& ego ſcriba perfeci hoc die ſexto hebdomadæ*, 30. *Tiſrì*, ideſt Lunæ Septembris, *anno creationis ſecundum minorem computationem* 84. *ſexti millenarii*, ideſt anno æræ Vulgaris 1324. *hìc Taraſcone.*

Scribit Bartoloccius part. IV. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 242. hunc librum MS. non facile reperiri apud Hebræos.

CODEX IX. *a.* II. 2.

Chartaceus, charactere conſcriptus *Hebræo-Hiſpano*, conſtat foliis 267. Eſt ei titulus, יסוד עולם JESOD OLAM, *fundamentum mundi*, deſumtus ex commate 10. cap. 25. *Proverbiorum*, autore R. ISAACO *filio* JOSEPHI, *filii* ISRAELIS, inſigni Aſtrologo, qui floruit anno *Chriſti* circiter 1300. Tractantur in eo omnes Aſtronomiæ partes.

Ex hoc opere multa Scaligerum, & Petavium hauſiſſe, monet Groddeckius in *Theatro Anonymorum Placciano*; & Morinus *Exercitationum Biblicarum* pag. 250. *librum* appellat *de computo Judaico operoſiſſimum*. Wolfius autem addit pag. 663. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ* nihil illius lucem vidiſſe, ſi excipias ea, quæ in libro *Juchaſin*, & *Scialſceleth* hinc inde citantur.

Reperiri MS. etiam in *Bibliotheca Collegii Neophytorum* Romæ, teſtatur Bartoloccius pag. 904. part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ*; in *Vindobonenſi* Neſſelius pag. 150. in *Pariſienſi Regia*,

Digitized by Google

& *Oratoriana* Morinus pag. 250. *exercitationum Biblicarum*, in *Heidelbergenſi* Hottingerus, in *Oppenheimeriana* Wolfius.

CODEX X. *a.* II. 3.

Membranaceus, conſtans foliis 394. eleganti ſcriptus character *Raſci*, continet מלחמות השם MILCHAMOTH HASSCEM, *prælia Domini*, titulo deſumto ex lib. I. *Regum* cap. 25. cap. 28. R. LEVI *filii* GHERSON, vel GHERSOM, qui vixit anno *Chriſti* 1290. Sermo eſt

Fol. 1. De *immortalitate animæ*.

Fol. 31. De *ſcientia futurorum*, de *interpretatione ſomniorum*, de *divinatione*, & *prophetia*.

Fol. 40. De *ſcientia Dei*, *quomodo Deus cognoſcat res omnes creatas univerſales*, & *particulares*.

Fol. 50. De *Divina providentia*, & *quomodo bona diſtribuat*, & *retribuat*.

Fol. 63. De *Cælorum motu*, & *numero*.

Fol. autem 302. notatur dies, & annus, quibus prædicti tractatus completi fuerint, ſcilicet בעשרים ואחד יום לחדש כסלו של שנת השע ושמנים לפרט אלף הששי: *die* 21. *menſis Chisleu*; qui reſpondet diei 21. Lunæ menſis Novembris, *anno creationis ſecundum minorem computationem* 89. *ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1329.

Fol. 303. De *corporibus Cæleſtibus*: & in fine *fol.* 313. *pag.* 2. והנה היתה השלמת החלק הזה בעשרים וחמשה יום לירח כסלו של שנת השע ושמנים אלף הששי ליצירה: & *ecce completa eſt pars hæc die* 25. *menſis Chisleu*, ideſt Lunæ Novembris, *anno creationis* 5089. ideſt æræ Vulgaris 1329.

Fol. 314. De *natura*, & *qualitate rerum terreſtrium*, *earumque ſitu*: & in fine *fol.* 339. והיתה השלמת זה המאמר בשני החדש טבת של שנת פט לפרט אלף הששי: *completus eſt hic tractatus die* 2. *Teveth*, ideſt Lunæ Decembris, *anno creationis* 89. *ſecundum minorem computationem*, *ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1329.

Fol. 339. De *mundi creatione*: & in fine *fol.* 393. והיתה השלמתו בשבעה ימים לירח שבט של שנת שמנים ותשע לפרט האלף הששי ליצירה לעולם: *completum eſt opus die* 7. *menſis Scevat*, ideſt Lunæ Januarii, *anno creationis mundi* 89. *ſecundum minorem computationem*, *ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1329.

Similis MS. codicis in *Bibliotheca Vaticana* meminit Bartoloccius par. IV. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 8. & in *Bodlejana*, & in *Medicea*, & *Canonicorum Lateranenſium Patavii*, Chriſtophorus Wolfius pag. 729. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*, & in *Regia Pariſienſi*, Autor catalogi ejuſdem numeris CCII. & CCIII.

Præſtantia noſtri codicis ex eo maxime elucet, quod autore adhuc ſuperſtite ſcriptus fuit: dicitur enim, ut multis in locis indicavimus, exaratus anno *Chriſti* 1329. *Levi* autem filius *Gherſon* obiit *Perpiniani* anno 1370. teſte Autore *Juchaſin* pag. 133. Hoc idem adnotavit Bartoloccius loco ſupra citato de codice MS. *Bibliothecæ Vaticanæ*.

CODEX XI. *a.* II. 7.

Membranaceus, conſtans foliis 97. charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano* ſatis concinno, inſcriptus eſt פירוש ספר יצירה PERUSC SEPHER JETZIRAH *expoſitio libri Jetzirah*, ſive *creationis*, שפירש ר׳ משה נחמני *quem expoſuit* R. MOSES *filius* NACHMAN, communiter dictus רמב״ן, RAMBAN, qui floruit initio duodecimi ſæculi.

Sunt in margine adnotationes, & foliis 35. 36. ſunt duodeviginti circuli Cabbaliſtici, & foliis 44. 45. tabulæ Cabbaliſticæ.

Fol. autem 65. *pag.* 2. דברי הר׳ מנחם תלמיד הר׳ אליעזר מוורמיישא: *verba* R. MENACHEM *diſcipuli R. Eliezeri Wormenſis*. Eſt itidem liber Cabbaliſticus.

Fol. 82. תפילת היחוד TEPHILLATH HAI-

Digitized by Google

HAICHUD *precatio unitatis* R. NECHUNIAH *filii* HAKKANAH. Tractat *Cabbaliſtarum* more de *unitate Divinæ eſſentiæ*. Has preces legere eſt in זמירות *pſalmodiis matutinis* ex ritu Judæorum Luſitanorum pag. 22.

Fol. 84. explicatio tredecim מדות MIDDOTH *attributorum*; R. ASCER *filii* DAVIDIS, *filii* ABRAHÆ, *filii* DAVIDIS. Liber Cabbaliſticus. Exſtat MS. etiam in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*, teſte Labbeo in *Bibliotheca nova MSS.* pag. 292. Hæc autem tredecim *attributa* explicat Wolfius pag. 225. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ* de tredecim *modis* interpretandi Legem, quos מדות *Middoth* appellant Judæi.

Fol. 89. שער השואל SCIAAR HASSCIOEL *portæ interrogantis*: eſt dialogus Cabbaliſticus, cujus autor non indicatur.

CODEX XII. *a.* II. 10.

Membranaceus, charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano* perquam eleganti, folia habens 26. præfefert hunc titulum, מאזני הלשון הקדש MOZENE HALLESCION HAKKODESC *ſtateræ linguæ ſanctæ*. Eſt nempe Grammatica Hebræa R. ABEN ESRÆ, non *liber de ponderibus, & menſuris*, ut exiſtimavit Plantavitius deceptus titulo.

In fine hæc notantur.

נשלם ספר מאזנים וכל החיבור שחיבר ר׳ יהודה הנקרא חיוג בר׳ דוד בה׳ בשבת בחי ימים לחדש כסלו שנה ן לפרט לאלף הששי: *completus eſt liber* Mozenaim *ſtateræ, & id omne, quod compoſuit R. Judas vocatus Chiugh filius R. Davidis, die quinto hebdomadæ, decimo octavo menſis Chisleu*, ideſt Lunæ Novembris, *anno* 50. *creationis ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1290. Nominatur *R. Judas filius Davidis Paſsì*, cognomento CHIUGH, quia, ut ſcribit Bartoloccius part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ*, pag. 42. *ejus vitula ararunt quicunque deinceps Grammaticis conficiendis operam dederunt.*

Reperitur MS. etiam in *Bibliotheca Vaticana*, ut affirmat Bartoloccius part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 40.

CODEX XIII. *a.* III. 1.

Membranaceus, conſtans foliis 478. charactere ſcriptus quadrato craſſiore perquam eleganti, & perpolito, ac punctis vocalibus ornato, continet

I. תורה TORAH *Pentateuchum* cum duplici commentario *Raſcì*, & *Moſis filii Nachman*, & תרגום TARGUM, *paraphraſi Chaldaica*.

2. *Fol.* 309. אסתר ESTHER *hiſtoriam* cum commentariis *Raſcì*, & *Targum*.

3. *Fol.* 329. שיר השירים SCIR HASSCIRIM *Canticum Canticorum* cum duplici commentario, *Raſcì* nempe, & *Moſis Ben Nachman*, & *paraphraſi Chaldaica*.

4. *Fol.* 337. רות RUTH *hiſtoriam* cum commentariis *Tanchumàh*, & *Chaldàica paraphraſi*.

5. *Fol.* 341. איכה ECHAH *Lamentationes* JEREMIÆ cum *paraphraſi Chaldaica*, & commentariis *Raſcì*.

6. *Fol.* 349. קהלת KOHELETH *Eccleſiaſten* cum commentariis *Raſcì*, & *Chaldaica paraphraſi*.

7. *Fol.* 361. Commentarium *Anonymi* in *Lamentationes Jeremiæ*.

8. *Fol.* 370. איוב JOBI hiſtoriam cum commentariis *Raſcì*, & *paraphraſi Chaldaica*.

9. *Fol.* 400. Partitionem HAPHTAROTH, & PARASCIOTH, additis *paraphraſi Chaldaica*, & commentariis *Raſcì*.

Eſt ſingulis libris utraque MASORA, *Magna*, & *Parva*.

CODEX XIV. *a.* III. 8.

Membranaceus, charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano*, duplici columna, folia habens 222. complectitur commentaria *Raſcì* in libros *Joſuæ*, *Judicum*, *Samuelis*, *Regum*, *Jeremiæ*, *Iſaiæ*, *Ezechielis*, & *duodecim Prophetarum*, in *Pſalmos Davidis*, *Jobum*, *Proverbia*, *Can-*

Digitized by Google

Canticum Canticorum, *Ruth*, *Lamentationes Jeremiæ*, *Ecclesiasten*, *Esther*, *Esdram*.

Sunt passim adnotationes in margine.

CODEX XV. *a.* III. 9.

Membranaceus, constans foliis 202. charactere scriptus *Rasci* perquam nitido, & eleganti, est commentarius R. MENACHEM RECANATENSIS in *Toràh*, sive *Pentateuchum*.

Desiderantur in fine aliquot folia.

CODEX XVI. *a.* III. 10.

Membranaceus constat foliis 260. charactere exaratus *Hebræo-Hispano*, & duplici columna. Sunt commentaria RASCI in *Toràh* (desiderantur aliquot folia) in *Scir Hasscirim*, *Ruth*, *Echàh*, *Koheleth*, *Esther*, & *Haphtaroth*.

Fol. 156. Tabulæ Geographicæ *itineris Israelitarum* per desertum.

CODEX XVII. *a.* III. 11.

Chartaceus, charactere exaratus *Hebræo-Italo* satis nitido, cui folia 302. est commentarius Mosis *filii* NACHMAN in *Pentateuchum*.

Fol. 146. hæc habentur: הם ונשלם שבח לבורא עולם על ידי אברהם דטרבוט צרפתי יום ה פרשת לך לך: יום ששי לירח מרחשון שנת דרך *completus est, & absolutus liber, laus Creatori mundi, per manus Abrahæ de Tarbot Galli die* 5. *Parasciath* לך לך *die* 6. *Lunæ Marcheśvan*, idest Octobris, *anno creationis secundum minorem computationem* 224. idest æræ Vulgaris 1464.

Fol. autem 239. est typus civitatum *Refugii*, pro ut præscriptum est in *Lege*.

CODEX XVIII. *a.* III. 12.

Chartaceus, insertis passim membranis, charactere scriptus *Rasci* non invenusto; ac satis distincto; constans foliis 333. est commentarius RALBAG, idest R. LEVI *filii* GHERSON, in *Pentateuchum*, una cum ejusdem præfatione.

Postremum folium lacerum est, in cujus fine exstat adhuc nomen scribæ שמואל פנחס SAMUEL PINCHAS: apparet etiam ex parte annus, dies, & mensis, quo codex scriptus fuit, scil. אלף ששי *Sexto millenario*, die ג *tertio*, & mense מרחשון *Marcheśvan*, idest Octobri.

CODEX XIX. *a.* III. 13.

Membranaceus, constans foliis 234. charactere exaratus *Hebræo-Hispano*; & duplici columna, complectitur commentarium RASCI in *Pentateuchum*. In margine sunt interdum adnotationes.

Duo priora folia foedata sunt, ut ægre legi possint: & ultima pagella parumper exesa: hæc tamen adhuc comparent: נשלם — בסו לפרט בחדש טבת ב פה בלונץ — בין נהר טרא ונהר אישיל: *completum est opus .. anno creationis* 66. *secundum minorem computationem*, idest æræ Vulgaris 1306. *mense Teveth*, idest Decembri, *die secundo*, *hìc Belonatz — inter fluvium Tra*, *& fluvium Iscil*. Quænam urbs sit *Belonatz*, & quæ flumina *Tra*, & *Iscil*, non est ita facile divinare. Fortassis est *Belona*, vicus cum portu in Andalusia inter *Tariffa*, & *Rio Barbate*.

CODEX XX. *a.* III. 14.

Chartaceus, charactere scriptus *Hebræo-Hispano*, neque ab uno tantum librario, foliis constans 156. est commentarius R. ABRAHAMI *filii* ESRÆ in *Toràh*, sive *Pentateuchum*.

In fine.

אני שמואל בר יצחק סיימתי זה ספר אבן עזרא והוא ליצחק אל כליל: *Ego Samuel filius R. Isaaci absolvi hunc librum Aben Esræ in usum Isaaci Alcalìl*.

CODEX

Digitized by Google

CODEX XXI. *a.* III. 15.

Chartaceus conſtat foliis 147. charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano*, cui titulus משך החכמה MESCECH HACHOCHMAH *comparatio ſapientiæ*: commentarius *Anonymi* in *Legem*, mutilus principio.

CODEX XXII. *a.* IV. 8.

Chartaceus, charactere ſcriptus *Armenio-antiquo*, folia habens 341. in quo commentaria R. SALOMONIS SIKEM in *Iſajam*, alioſque Prophetas, in *Proverbia*, & *Canticum Canticorum*.

CODEX XXIII. *a.* IV. 10.

Membranaceus, charactere exaratus quadrato elegantiſſimo, foliis conſtans 553. eſt MACHAZOR *Italicum*, ideſt *Breviarium*, ut explicat Bartoloccius in ſua *Bibliotheca Rabbinica*, voce Eccleſiæ Romanæ in ſimili argumento recepta, ſive *Euchologium*; ut Hottingerus, ex Græcæ Eccleſiæ ritu, ſive *liber precum, & cantionum*, quibus Hebræi Itali utuntur diebus *Sabbathi*, & feſtis aliis.

Initia *Precum* ſunt ſplendentiſſimo auro obducta, & folia circumquaque variis coloribus elegantiſſime picta.

CODEX XXIV. *a.* IV. 11.

Membranaceus, conſtans foliis 602. charactere ſcriptus quadrato craſſiori cum punctis vocalibus, eſt tertia pars MACHAZOR *Germanici*.

Poſtrema folia foedata ſunt, & corrupta.

CODEX XXV. *a.* IV. 16.

Membranaceus, charactere ſcriptus quadrato craſſiore elegantiſſimo cum punctis vocalibus, & literis paſſim minio diſtinctis, cui folia 342. eſt itidem tertia pars MACHAZOR *Germanici*, additis in margine identidem adnotatiunculis.

Deſiderantur in fine aliquot folia.

CODEX XXVI. *a.* IV. 17.

Membranaceus, charactere ſcriptus quadrato craſſiore, cum punctis vocalibus, foliis conſtans 296. eſt MACHAZOR *Germanicum*, additis commentariis.

Fol. autem 226. pag. 2. זה פתרון חלומות ZEH PITHRON CHALOMOTH, de *interpretatione ſomniorum*. Abeſt Autoris nomen: ſed profecto eſt ר' שלמה אלמולי *Rabbinus* SALOMON ALMOLI, ſive ALMOULI, ut legunt Buxtorfius, & Hottingerus, qui librum confecit eodem titulo, collectum ex *Talmud*, *Zobar*, & aliis Scriptoribus, ſpeciatimque ex *Joſepho Juſto*, & *R. Hai Gaon*, cui perperam integrum opus attribuit Plantavitius.

Fol. 228. מנהגים, MINHAGHIM, *ritus ſacri*, cum commentariis interpretis *Anonymi*.

Fol. 239. *pag.* 2. adduntur הלכות עיבור HILCOTH IBBUR *deciſiones* de *intercalatione*: ubi multæ tabulæ Aſtronomicæ.

Fol. 262. הלכות שחיטה HILCOTH SCECHITAH, *deciſiones* de *animalium jugulatione* R. MAARAM, & R. ZALMAN, ubi & *cultrorum* forma.

Fol. 263. הלכות איסור והיתר מחיבור ר' יצחק מן דורא: *deciſiones* de *vetitis, & licitis ex ſcriptis excerptæ* R. JSAACI DURENSIS.

Fol. 273. הלכות נדה HILCOTH NIDDAH, *deciſiones* de *muliere menſtruis polluta*.

Fol. 274. *pag.* 2. הלכות תפילין HILCOTH TEPHILLIN, *deciſiones* de *Tephillin*: ſunt duo lora coriacea, quæ Hebræi precaturi ſibi alligant, unum circa caput, alterum brachio ſiniſtro: illud appellant תפלין של ראש TEPHILLIN CAPITIS, hoc תפלין של יד TEPHILLIN MANUS. Vocantur in *Novo Teſtamento* Græco vocabulo *Phylacteria*.

Fol. 275. הלכות גיטין HILCOTH GHITTIN, *deciſiones* de *libello repudii*.

Fol. 276. *pag.* 2. הלכות חליצה HILCOTH CHALITZAH *deciſiones* de *ablatione calcei*.

Fol. 279. הלכות סוכה HILCOTH SUCCHAH *deciſiones* de *feſto die Tabernaculorum*.

Fol.

Digitized by Google

Fol. eodem *pag.* 2. הלכות לולב HILCOTH LULAU, *deciſiones* de *ſpatula Palmæ*; cujus uſus apud Judæos fuit die feſto TABERNACULORUM.

Fol. 280. *pag.* 1. הלכות ערבה HILCOTH ARAVAH, *deciſiones* de *ſalice*; cujus uſus pariter die feſto TABERNACULORUM.

Fol. eodem *pag.* 2. הלכות אתרוג HILCOTH ITHROGH, *deciſiones* de *malo citreo*; quo utuntur quotannis Judæi eodem die feſto TABERNACULORUM.

Fol. 282. הלכות מגילה HILCOTH MEGHILLAH, *deciſiones de volumine Eſther*.

Fol. 283. הלכות ריבית HILCOTH RIBBITH, *deciſiones* de *uſura*.

Fol. eodem *pag.* 2. הלכות תשובות HILCOTH TESCHUVOTH *deciſiones* de *pœnitentia pro quolibet peccato ſubeunda*.

Fol. 285. הלכות ברכות HILCOTH BERACHOTH, *deciſiones de benedictionibus*, autore R. MEIR *de* ROTENBURGO.

Fol. 290. התחיל חיי עולם *incipit vita æterna*; liber ethicus de acquirenda poſſeſſione vitæ æternæ, cujus autor cenſetur a Bartoloccio, & Wolfio inter *Anonymos*. Deſiderantur aliquot folia, unde tractatus eſt mutilus fine.

Fol. 292. Exemplar formulæ conficiendorum contractuum: eadem de cauſſa deeſt principium.

CODEX XXVII. *a.* IV. 18.

Membranaceus, charactere ſcriptus *quadrato-Germanico* perpolito cum punctis vocalibus, folia habens 303. eſt tertia pars MACHAZOR *Germanici*, adjectis ad aliquot loca in margine adnotationibus, & initiis capitulorum minio, varioque colore diſtinctis, tum foliis circumquaque perbelle pictis.

In fine autem hæc habentur.

אני יהודה בר׳ שלמה סיימתי זה המחזור
לר׳ יהודה בן ר׳ יוסף באחד בשבת
בעשרים וחמישה לירח תמוז שנת חמשת
אלפים ושמנה וארבעים לבריאת עולם:

ego Judas filius Salomonis abſolvi hocce Machazor in uſum R. Judæ filii R. Joſephi die primo hebdomadæ, 25. *Lunæ Tamuz*, ideſt Junii, *anno creationis mundi* 5048. ideſt æræ Vulgaris 1288.

CODEX XXVIII. *a.* IV. 20.

Membranaceus, charactere exaratus quadrato majore cum punctis vocalibus, & nonnullis adnotationibus in margine, ſed alterius manus, foliis conſtans 221. eſt ſecunda pars MACHAZOR *Germanici*.

CODEX XXIX. *a.* IV. 21.

Membranaceus, charactere ſcriptus *quadrato-Germanico*, partim cum punctis, partim ſine punctis vocalibus, folia habens 262. eſt prima pars MACHAZOR *Germanici*.

CODEX XXX. *a.* IV. 22.

Membranaceus, conſtans foliis 175. charactere exaratus quadrato craſſiore cum punctis vocalibus, eſt ſecunda itidem pars MACHAZOR *Germanici*. Literæ ſunt paſſim minio pictæ.

CODEX XXXI. *a.* IV. 23.

Membranaceus, charactere ſcriptus quadrato perpolito cum punctis vocalibus, conſtans foliis 375. eſt tertia pars MACHAZOR *Germanici*. Sunt paſſim adnotationes in margine.

CODEX XXXII. *a.* IV. 24.

Membranaceus, charactere conſcriptus quadrato craſſiore cum punctis vocalibus, & literis paſſim minio pictis, folia habens 216. eſt tertia pars MACHAZOR *Germanici*.

CODEX XXXIII. *a.* V. 2.

Membranaceus, charactere exaratus quadrato majori cum punctis vocalibus, foliis conſtans 314. eſt tertia pars MACHAZOR *Germanici*.

CODEX

Digitized by Google

CODEX XXXIV. *a.* V. 3.

Membranaceus, charactere ſcriptus quadrato, cum punctis vocalibus, non ſatis nitido, folia habens 359. eſt ſecunda pars MACHAZOR *Germanici*.

CODEX XXXV. *a.* V. 4.

Chartaceus, charactere ſcriptus *Hebræo-Raſci* cum punctis vocalibus, foliis conſtans 129. eſt ſecunda pars MACHAZOR *Hiſpanici*.

CODEX XXXVI. *a.* V. 5.

Membranaceus, conſtans foliis 40. charactere ſcriptus quadrato majori cum punctis vocalibus, & elegantiſſimis, minioque, atque auro ſplendentiſſimo depictis ornatus figuris, continet ritus celebrandi PASCHATIS, unde dicitur a nonnullis barbaro-Latino vocabulo PASCHALE, & Hebraice הגדה לפסח HAGGADAH LAPPESACH *narratio Paſchatis*. Hæc *Haggadah Paſchalis* exſtat in *Machazor Germanico* Theſſalonicæ edito ſine anno, & Sabionetæ anno 1563.

CODEX XXXVII. *a.* V. 7.

Membranaceus, conſtans foliis 271. & tribus exaratus columnis, in quarum media craſſioribus literis, ſive quadratis, ut vocant, reperitur textus *Talmudicus*, in compendium redactus a RAU ALPHES, ideſt a R. ISAACO BAR RABBI JACOBO ALPHES, qui natus eſt anno *Chriſti* 1013. Juxta textum in utroque latere ſunt תוספות TOSAPHOTH *additiones*, ſeu deciſiones, & ſententiæ Rabbinorum, quæ ad illuſtrandam *Ghemaram* poſtremo ſunt additæ, quaſi *additamenta Ghemaræ*, & מרדכי *Mordechai*, ideſt explanationes R. MORDECHAI, *filii R.* HILLELIS *Germani*.

Initio codicis eſt index totius operis RAU ALPHES, ſed non exſtant, niſi quatuor tractatus, ideſt

Fol. 14. בבא קמא BAVA KAMA, *Porta prima*; ubi de damnis, quæ a beſtiis, vel ab hominibus, igne, aliove modo alicui inferuntur.

Fol. 63. בבא מציעא BAVA METZIA, *Porta media*; ubi de rebus inventis, de depoſito, mercede, commodato, mutuo, uſura, fœnore, de conductionibus, & locationibus.

Fol. 150. בבא בתרא BAVA BATHRA, *Porta poſtrema*; ubi de ſocietate in commerciis, de ædium vicinitate, de emtione, & venditione, de hæreditate, & ſucceſſione, de poſſeſſione, de fidejuſſionibus &c.

Fol. 246. מסכת קדושין MASECHETH KIDDUSCIN, *tractatus de ſponſalibus*; ubi quot modis ſponſa de jure acquiratur, quomodo conſecretur, & quomodo varii caſus pertinentes ad matrimonium decidi debeant.

Sunt paſſim in margine adnotationes, ſed alterius exſcriptoris manu appoſitæ.

CODEX XXXVIII. *a.* V. 8.

Membranaceus, conſtans foliis 230. eodem charactere, eademque forma ſcriptus, qua Codex XXXVII. alteram partem complectitur magni Operis RAU ALPHES cum Rabbinorum *Raſci*, *Niſſim*, & *Mordechai* commentariis, nec non *Toſaphoth*, ideſt:

Fol. 1. מסכת סנהדרין MASECHETH SANHEDRIN, *tractatus de Sanhedrin*; ideſt de Senatu majore, de judicibus, de teſtibus, de judiciis pecuniariis, & criminalibus, de quatuor ſupplicii generibus, lapidatione, combuſtione, decollatione, & ſtrangulatione.

Fol. 18. מסכת שבועות MASECHETH SCEVUOTH, *tractatus de juramentis*; ideſt qui ad jusjurandum idonei ſint, qui non, quomodo jurent quadruplices rerum cuſtodes, nempe, qui gratis cuſtodit, qui petiit cuſtodiam, qui mercedem cuſtodiæ accepit, & qui mercede conduxit.

Fol. 41. עבודה זרה AVODAH ZARAH,

Digitized by Google

de *idololatria*; ubi de vitanda non ſolum idololatria, ſed etiam omni converſatione, & ſocietate cum idololatris.

Fol. 66. מסכת יבמות MASECHETH JEVAMOTH, *tractatus de Fratriis*; ubi de uxore ducenda fratris abſque liberis defuncti, de juribus ejus, exuendoque, ſi nolit frater, calceo, & quibus ceremoniis id olim factum.

Fol. 120. מסכת כתבות MASECHETH CHETUVOTH, *tractatus de inſtrumentis dotalibus*; ubi de contractibus matrimonialibus, de jure dotium, de privilegiis uxorum, de officio mariti, de jure virginum, & viduarum.

Fol. 189. מסכת גיטין MASECHETH GHITTIN *tractatus de repudiis*; ubi de libello divortii, quomodo ſcribi, dari, & offerri debeat.

Utraque pars MS. reperitur etiam in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*, ut apparet ex ejus catalogo.

CODEX XXXIX. *a.* V. 9.

Membranaceus, charactere *Raſci* nitidiſſimo, & elegantiſſimo conſcriptus, atque figuris minio, auroque depictis ornatus, folia habens 396. continet ארבע טורים ARBAA TURIM, *quatuor Ordines* R. JACOBI, cognomento ob id nuncupati, בעל טורים BAAL TURIM; ſcilicet.

Fol. 1. אורח חיים ORACH CHAJIM, *via vitæ*.

Fol. 13. יורה דעה JOREH DEAH *docebit ſcientiam*.

Fol. 201. אבן עזר AVEN EZER, *lapis adjutorii*: at deſideratur initium.

Fol. 254. חושן המשפט CHOSCEN HAMMISCPAT, *pectorale judicii*.

Singulis ordinibus præfixus eſt index rerum, quæ iis continentur.

CODEX XL. *a.* V. 10.

Chartaceus in *folio maximo*, charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano*, lectu perdifficili, & duplici columna, foliis conſtans 591. ſequentia continet opera ARISTOTELIS.

Fol. 1. uſque ad 9. ספר מבוא על תניך לאריסטוטלים SEPHER MAVO AL HIGGAJON *Iſagoge*, ſive *introductio ad Logicam* ARISTOTELIS, cum commentariis R. LEVI BEN GHERSON. In fine *fol.* 8. *pag.* 2. נשלם ספר המבוא עם הביאור אשר חברו החכם ר' לוי בן גרשום: *completus eſt liber* Hammavo *introductio cum commentario, quem compoſuit ſapiens Rabbinus Levi filius Ghersom*. Etiam inter MSS. codices *Bibliothecæ Vaticanæ* reperitur, teſte Bartoloccio part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 13. & in catalogo *codicum MSS. Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Fol. 9. uſque ad 21. ביאור אבן רשד לספר המאמרות BIUR ABEN RASCIAD LASSEPHER HAMMAAMAROTH commentarius ABEN RASCIAD *in librum Categoriarum*, ſive *Prædicamentorum* ARISTOTELIS cum commentariis R. LEVI BEN GHERSOM. Scriptum eſt enim *fol.* 21. *pag.* 2. נשלם ביאור אבן רשד מספר המאמרות תהלה לאל ונשלם ביאור ר' לוי בן גרשום על ספר המאמרות: *completus eſt commentarius Aben Raſciàd in librum Categoriarum, laus Deo, & completus eſt commentarius R. Levi Ben Gherſom in librum Categoriarum*. Hæc quoque pars codicis Taurinenſis exſtat MS. in *Bibliotheca Vaticana*, ut aſſerit Bartoloccius part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 480. & in *Vindobonenſi* ex catalogo *Neſſeliano*, & in *Regia Pariſienſi*.

Fol. 22. uſque ad 34. commentarius ABEN RASCIAD in ספר הפתרון SEPHER HAPPITHRON, *librum* ARISTOTELIS de *interpretatione*, ſive *Peribermenias*, qui dicitur etiam ספר המליצה SEPHER HAMMELITZAH, *liber eloquentiæ*; cum expoſitione R. LEVI BEN GHERSON, ut eſt ſcriptum *pag.* 1. *fol.* 34. והנה נשלם ביאור הענינים אשר כללם אבן רשד בזה הספר הוא ספר הפתרון וגם נשלם ביאור ספר המליצה הוא הספר הנזכר לחכם ר' לוי בן גרשום: & *ecce completa eſt expoſitio rerum, quas collegit Aben*

Digitized by Google

Aben Raſciàd in hoc libro, qui eſt Happithron *de interpretatione, & etiam completa eſt expoſitio libri* Melitzah *eloquentiæ, qui eſt liber memoratus, ſapientis R. Levi filii Ghersom.*

Et hic liber, aſt in 4. reperitur MS. in *Bibliotheca Vaticana*, ex Bartoloccio citato loco *Bibliothecæ Rabbinicæ*, tum in *Collegio Mertonenſi* apud Oxonienſes, ex Chriſtophoro Wolfio pag. 219. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*, & in *Regia Bibliotheca Pariſienſi*.

Fol. 35. *uſque ad* 93. ספר ההקש SEPHER HAHEKESC, *liber de Syllogiſmo*, ſive *Priorum Analyticorum* ARISTOTELIS cum commentariis R. LEVI BEN GHERSOM.

In calce commentariorum notatur annus, quo expoſitio confecta fuit: נשלם זה הביאור בחדש אב של שנה שמנים ושלש לפרט אלף הששי: *completus eſt hic commentarius menſe Ab*, qui reſpondet Julio, *anno creationis* 83. *ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1323.

Poſtea hæc ſequuntur: והנה נשלם ספר ההקש והוא אנליטיקא הראשונה: תהלה לאל לבדו: *& ecce completus eſt* Sepher Hahekeſc *liber de Syllogiſmo, hoc eſt Analytica priora, laus Deo ſoli.*

Habet MS. etiam *Bibliotheca Vaticana*, teſte Bartoloccio citato loco *Bibliothecæ Rabbinicæ*, & *Bibliotheca Regia Pariſienſis*, ut conſtat ex ejus catalogo.

Fol. 93. uſque ad 96. מאמר לפילוסוף אבן רשד בקצת ענייני ספר ההקש: *tractatus Philoſophi* ABEN RASCIAD *in extremam partem rerum, quæ ſunt in libro* Hahekeſc *de Syllogiſmo*, ſive *Priorum Analyticorum*.

Fol. 98. uſque ad 119. ההקש ישר HAHEKESC JASCIAR, *Syllogiſmus rectus* cum commentariis R. LEVI BEN GHERSOM.

Fol. 119. *pag.* 2. uſque ad 157. ספר המופת והוא אנליטיקא שנית SEPHER HAMMOPHETH *liber de demonſtratione, hoc eſt Analytica poſteriora*, ex elucidatione ABEN RASCIAD, & cum commentariis R. LEVI BEN GHERSOM, interprete *R. Jacobo filio Samſonis Antolì*.

In fine hæc habentur: והנה נשלם ביאור זה המאמר מענייני ספר המופת לאריסטוטלים וגם נשלם ביאור החכם ר' לוי בן גרשום על ספר המופת: ותהלה לאל לבדו: *ecce completus eſt commentarius hujus tractatus rerum, quæ ſunt in* Sepher Hammopheth *libro de demonſtratione Ariſtotelis, & completus eſt etiam commentarius ſapientis R. Levi filii Gherſom in librum de demonſtratione, laus Deo ſoli.*

Poſtea additur tempus, quo interpretatio a *Rabbino Jacobo filio Samſonis Antolì* abſoluta fuit, ſcil. *menſe Adar ſecundo*, ideſt Luna ſecunda Februarii, *anno creationis* 4992. ideſt æræ Vulgaris 1232. in urbe *Neapoli*.

Eoſdem Ariſtotelis libros Hebraice manuſcriptos ſervari in *Bibliotheca Vaticana*, affirmat Bartoloccius part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 480. Videre eſt etiam Spizelium in *Bibliotheca Cæſarea*, & Labbeum in *Bibliotheca Nova MSS.* & autorem catalogi MSS. codicum *Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Fol. eodem 157. adduntur animadverſiones interpretis, ideſt JACOBI *filii* SAMSONIS ANTOLI in prædicta ARISTOTELIS *Analytica*. Eædem leguntur in catalogo MSS. codicum *Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Fol. 158. uſque ad 212. ביאור ספר טוביקא והוא ספר הנצוח BIUR SEPHER TOVIKA VEHU SEPHER HANNITZUACH *expoſitio libri Topicorum*, qui ab Hebræis Logicis dicitur, SEPHER HANNITZUACH *liber Victoriæ*, cum commentariis R. LEVI BEN GHERSOM, ex interpretatione *Rabbini Kalonymi*.

Fol. 212. *pag.* 2. hæc habentur. נשלם ביאור ספר טוביקא לאריסטוטליס והעתיקו מלשון הגרי אל לשון עברי הנשיא ר' קלונימוס בן הנשיא ר' קלונימוס בן הנשיא ר' מאיר ונשלמה העתקתו בכ"ג לירח אלול בשנת שבעים ושלוש לפרט האלף הששי ליצירה: *abſoluta eſt expoſitio libri* Tovikà *Topicorum Ariſtotelis*,

Digitized by Google

telis, & tranſtulit illam ex lingua Arabica in Hebræam Princeps R. Kalonymus filius Principis R. Kalonymi, filii Principis R. Meir; & abſoluta eſt translatio ejus die 23. *Elùl*, ideſt Lunæ Auguſti, *anno creationis* 73. *ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1313.

Poſtea hæc adduntur:

והנה היתה השלמת ביאור זה הספר לר לוי בן גרשום בחדש אלול בעשרי שנת שמנים ושלוש לפרט האלף הששי: *& ecce completus eſt commentarius R. Levi Ben Gherſom in hunc librum die* 10. *menſis Elùl*, ideſt Auguſti, *anno creationis* 83. *ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1323.

Habet etiam catalogus MSS. codicum *Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Fol. 213. uſque ad 236. ביאור סופיסטיקא והוא ספר ההטעאה לאריסטו: *expoſitio ſophiſticæ, ideſt* Sepher Hahatea ah *libri de fallaci argumentatione* Aristotelis, cum commentariis R. Levi Ben Ghersom, ex interpretatione *Rabbini Kalonymi*.

In fine:

נשלם ביאור ענייני ספר סופיסטיקא לארסטו והעתיקו הנשיא ר קלונימוס בן הנשיא ר קלונימוס בן הנשיא ר מאיר ונשלמה העתקתו בחמשה ימים לירח תשרי בשנת שבעים וארבע לפרט: *completa eſt explicatio rerum, quæ continentur libro Sophiſticæ Ariſtotelis, & tranſtulit eam Princeps R. Kalonymus filius Principis R. Kalonymi, filii Principis R. Meir, & abſoluta eſt ejus translatio die quinto Lunæ Tiſrì*, ideſt Septembris, *anno creationis* 74. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1314. Numeratur etiam inter MSS. codices *Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Fol. 236. uſque ad 274. הלצה Halatzah *oratio proſa*, ideſt de *Rhetorica* cum commentariis Ben Rasciad ex interpretatione *Todròs Todrosì*, ut dicitur *pag.* 1. *fol.* 274. ונשלם ביאור זה הספר לארסטולים השופט אלולד בן רשד בחדש השלישי בשנת שבעים וחמש מאות לחשבון הישמעאלים והשלמתי העתקתו מלשון הגרי אני טודרוס טודרוסי מזרע היהודים בחדש השלישי בשנת תשעים ושבע לפרט האלף הששי לחשבון הישראלים: *completus eſt commentarius in hunc librum Ariſtotelis Judicis Alulìd Ben Raſciàd menſe tertio anno* 570. *ſecundum computationem Iſmaelitarum*, ideſt æræ Vulgaris 1192. *& abſolvi translationem ejus ex lingua Iſmaelitica ego Todròs Todrosì ex Gente Judæa menſe tertio, anno creationis* 97. *ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii, ſecundum computationem Iſraelitarum*, ideſt anno æræ Vulgaris 1337.

Fol. 274. uſque ad 279. ספר השיר לארסטוטליס Sepher Hasscir *liber Cantici* Aristotelis, ideſt de *Poeſi*, ex interpretatione ejuſdem *Todròs Todrosì*, ut ſcriptum eſt *pag.* 1. *fol.* 279. ובכאן שלמו ענייני ספר השיר לארסטוטליס ובהשלמו שלמה מלאכת ההגיון בכלילה והנה השלמתי העתקת זה הספר החתם ההגיון אני טודרום טודרוסי בחדש השלשי בשנת תשעים ושבע לפרט האלף הששי וזה בכפר * טרנקטולייש על נהר רודנו המפסיק בין ובין הרלדי: *completæ ſunt res, quæ continentur in libro* Haſſcir *de Poeſi Ariſtotelis, atque ita completum eſt opus Logicum univerſum; & ecce abſolvi translationem hujus libri, qui eſt finis Logicæ, ego Todròs Todrosì, menſe tertio, anno creationis* 97. *ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1337. *& hoc in pago Tranktolies ad Rhodanum fluvium, qui ſeparat Tranktolies ab urbe Arelate*.

Idem omnino MS. codex, eodem anno, & eodem in loco ſcriptus, exſtat in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*.

* Puto utique legendum eſſe טרנקטאלייח *Trin-Ketalià*, ut habet Chriſtophorus Wolfius in voce מאיר pag. 750. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*, ſive טרונקטילא *Tronketilà*, ut Sciabbathæus in *Sciphtè Jeſcenim*, quod eſt oppidum prope Arelate, teſte Plantavitio num. 504.

Fol. 280. *pag.* 2. uſque ad 323. ספר המדות לארסטולים Sepher Hammiddoth *liber de Moribus* Aristotelis, cum

cum expoſitione BEN RASCIAD, ex interpretatione *Todròs Todrosì*, præmiſſo capitum indice. Servatur & hic liber MS. in citata *Regis Galliarum Bibliotheca*.

In margine ſunt adnotationes. *Fol.* autem 323. notatur annus, quo completa fuit expoſitio, ſcilicet שנת חמש מאות ושבעים ושנים לחשבון דישמעאלים: 572. *ſecundum computationem Iſmaelitarum*, ideſt æræ Vulgaris 1194.

Fol. 324. uſque ad 340. ביאור בן רשד לספר הנהגת המדינה לארסטוטליס: *commentarius* AVERROIS in SEPHER HANNEHAGATH HAMMEDINAH *librum de gubernatione provinciæ* ARISTOTELIS, ideſt de *Republica*.

Fol. 339. in fine primæ columnæ *pag.* 1. hæc leguntur: נשלם ביאור בן רשד בספר הנהגת המדינה לארסטוטליס ונשלמה העתקתו כב כסלו בשנת פא לפרט האלף הששי ליצירה בעיר אודיס והעתקתיו אני שמואל בן יהודה בן משלם בן יצחק בן שלמה ברבה ווירייאה דמארשיליאה והנקרא מילש בנגודש דמארשיליאה: *abſolutus eſt commentarius Ben Raſciàd in librum Ariſtotelis* Hannehagàth Hammedinàh *de Republica*; *& ejus translatio abſoluta eſt die* 22. *Chisleu*, ideſt Lunæ Novembris, *anno creationis* 81. *ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1321. *in urbe Odis, & tranſtuli eum ego Samuel filius Judæ, filii Meſciullam, filii Iſaaci, filii Salomonis Berabbàh Vairiàh Maſſilienſis, qui cognominatur miles Bongudas Maſſilienſis*. Situm urbis *Odis* in nulla tabula Geographica invenire potuimus. Fruſtra etiam quæſivimus hanc interpretationem in editis Bibliothecis Hebræis.

Fol. 340. uſque ad 404. ספר השמע האמצעי ביאור בן רשד SEPHER HASSCEMAA *liber de auſcultatione media cum expoſitione* BEN RASCIAD, additis commentariis R. LEVI BEN GHERSOM.

Fol. 404. *pag.* 1. hæc habentur: ובכאן נשלם זה המאמר חשלמתי הביאור הזה יום שבת ראשון לחדש רנב שנת תקסה לחשבון ישמעאלים הוא במדינת השביליאר: *abſolutus eſt hic tractatus; abſolvi hanc expoſitionem die Sabbathi primo menſis Rageb anno* 554. *ſecundum computationem Iſmaelitarum*, ideſt æræ Vulgaris 1186. *Hiſpali*.

Poſtea additur: ובכאן נשלם זר הביאור והיתה השלמתו בחדש תמוז של שנת אחד ושמונים לפרט האלף הששי והתהלה לאל לבדו ויחי שמו מבורך לעד ולנצח אמן אמן סלא: *& jam completus eſt commentarius hic*, ſcil. RALBAG, *menſe Tamuz*, ideſt Junio, *anno creationis* 81. *ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1321. *Laus Deo ſoli, & ſit nomen ejus benedictum in ſæcula, & ſemper, Amen, Amen, Sela*.

Fol. 406. uſque ad 436. ספר השמים והעולם לארסטוטלים SEPHER HASSCIAMAIM VEHAOLAM *liber de Cælo, & Mundo* ARISTOTELIS, cum commentariis BEN RASCIAD. Scriptum eſt enim in fine *pag.* 1. *fol.* 436. השלמתי אני שלמה בר יוסף בן איוב העתקתי הספר הזה והוא ספר השמים והעולם לארסטוטליס ביאור בן רשד בשנת חמשת אלפים ותשע עשרה ליצירה במדינה בדרש: *abſolvi ego Salomon filius R. Joſephi, filii Jobi translationem hujus libri Ariſtotelis* de Cælo, & *Mundo cum commentariis Ben Raſciàd anno creationis* 5019. ideſt æræ Vulgaris 1259. *in Provincia Badras*.

De interprete *Salomone filio Joſephi* nihil ſcriptum invenimus neque apud Bartoloccium, neque apud Wolfium.

Fol. 436. uſque ad 449. ספר הדריה והתפסד לארסטוטליס SEPHER HAHAVAJAH VEHAHEPHSED *liber* ARISTOTELIS *de generatione*, & *corruptione* cum commentariis BEN RASCIAD, ex interpretatione *Kalonymi*. Dicitur enim in fine *pag.* 2. *fol.* 449. נשלמה העתקה זה הביאור בתשעה במרחשון עד לפרט והעתקתיו אני קלונימוס בר קלונימוס בר מאיר: *abſoluta eſt translatio hujus commentarii die* 9. *menſis Marcheſvan*, ideſt Octobris, *anno creationis* 77. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vul-

Vulgaris 1317. & *tranſtuli illum ego Kalonymus filius R. Kalonymi, filii R. Meir*. Recenſetur etiam inter MSS. codices *Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Fol. 450. uſque ad 466. ספר הנפש SEPHER HANNEPHESC *liber de Anima* cum commentariis BEN RASCIAD, ex interpretatione *Moſis filii R. Samuelis, filii R. Judæ, filii Tibbon*. Hæc namque habentur *pag.* 2. *fol.* 466. כאן נשלם המאמר הזה ובהשלמתו נשלם הספר והעתקתיו אני משה בר שמואל בר יהודה בן תבון מלשון הגרי ללשון עברי ונשלמה העתקתו שנת חמשת אלפים ואחד ועשרים ליצירה: *ſic completus eſt tractatus hic, & ſic completus eſt liber. Tranſtuli eum ego Moſes filius R. Samuelis, filii R. Judæ, filii Tibbon ex lingua Iſmaelitica in Hebræam, & completa eſt ejus translatio anno creationis* 5021. ideſt æræ Vulgaris 1261. Eundem codicem legimus in catalogo *codicum MSS. Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Fol. 467. uſque ad 470. ספר הצמחים דברי ארסטוטליס SEPHER HATZEMACHIM *liber de Plantis, verba* ARISTOTELIS, ex interpretatione *Kalonymi*.

In fine.

נשלם המאמר השני מספר הצמחים ובהשלמו נשלם הספר והלה לאל והעתקתיו אני קלונימוס בר קלונימום בר מאיר ונשלמה העתקתו בשמונה ימים בניסן שנת עוד לפרט: *completus eſt tractatus ſecundus libri* Hatzemachim de *plantis, & ſic completus eſt liber, laus Deo. Tranſtuli ego Kalonymus filius R. Meir*, & *completa eſt ejus translatio die* 8. *Niſan*, ideſt Lunæ Martii, *anno creationis* 74. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1314.

Fol. 471. uſque ad 506. ספר בעלי חיים לארסטוטליס SEPHER BAALE CHAJIM *liber* ARISTOTELIS de *Animalibus*, cum commentariis BEN RASCIAD, Incipit a מאמר האחד עשר *tractatu undecimo*. Eſt idem profecto liber, quem Lambecius *comment.* in *Bibliothecam Vindobonenſem* Tom. I. pag. 178. ſcribit reperiri in codice quodam *Tengnagelliano a Sermone* XI. *incipientem*, & *deſinentem in* XVIII. *incerto autore*; & quem ſuſpicatur eſſe *fragmentum librorum Ariſtotelis* de *Animalium hiſtoria*. In noſtro codice aperte dicitur eſſe opus ARISTOTELIS, quin commentariis ab AVERROE illuſtratum; & præterea interpretis nomen adjicitur, qui illud in linguam Hebræam ex Arabica tranſtulit, ſcil. *Jacobi filii Meir*, ut in fine *pag.* 1. *fol.* 506. ſcriptum eſt: נשלם ביאור בן רשד והעתקתי אותו אני יעקוב בר מאיר בחדש טבת שנת ששים ושלש לאלף הששי ליצירה ושנת אלף ומאתים ושלשים וחמש לחורבת הבית: *completus eſt commentarius Ben Raſciàd, & tranſtuli illum ego Jacobus filius Meir menſe Teveth*, ideſt Decembri, *anno creationis* 5063. *& a deſtructione Templi* 1235. ideſt æræ Vulgaris 1303.

Fol. 506. *pag.* 2. uſque ad *fol.* 559. ספר מה שאחר הטבע לארסטוטליס SEPHER MAH SCEACHER HATTEVAA *libri Metaphyſicorum* ARISTOTELIS cum commentariis BEN RASCIAD alphabeti ordine digeſtis uſque ad literam מ *Mem. Pagina* enim 1. *fol.* 559. inquit *Ben Raſciàd*, ſive *Averroes*: השלמתי לביאורו יום א כד מן רביע האחרון בשנת תקע לחשבון הערביים: *complevi expoſitionem ejus die primo* 24. *quadrantis ultimi anni* 570. *ſecundum computationem Arabum*, ideſt æræ Vulgaris 1192.

Poſtea *pag.* 2. ejuſdem *folii* ſubjicitur: שלמה העתקת ביאור בן רשד לכל מאמד מה שאחר הטבע לארסטוטליס והשלמתי אני קלונימוס בר קלונימוס ביג סיון עוד לפרט: *completa eſt translatio commentarii Ben Raſciàd in omnes tractatus Metaphyſicorum Ariſtotelis*, & *complevi ego Kalonymus filius R. Kalonymi die* 13. *Sivan*, ideſt Lunæ Maii, *anno creationis* 77. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1317. Eandem translationem MS. legere eſt in catalogo *Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Fol. 560. uſque *ad* 567. אורח הלמד לארסטוטליס ממה שאחר הטבע ביאור

Digitized by Google

ביאור תמאסטיוס *litera Lamed* ARISTOTELIS *libri Metaphyſicorum cum commentariis* TAMASTII. Sunt ſcilicet commentarii cujuſdam *Tamaſtii*, de quo nihil compertum habemus, in eam partem libri Metaphyſicorum Ariſtotelis, quam AVERROES deſignavit litera *Lamed*. Incipiunt: אמר ארסטוטלים וכול

Fol. autem 567. *pag.* 2. hæc habentur: נשלם ביאור תמאסטיוס והעתיקו החכם ר׳ משה בן הפילוסוף האלהי ר׳ שמואל תבון: *completus eſt commentarius Tamaſtii, & tranſtulit eum ſapiens R. Moſes filius Philoſophi divini R. Samuelis Tibbon*. Interpretatio a nemine hactenus memorata.

Fol. eodem, eademque *pag.* ſequuntur commentarii in eandem partem Metaphyſicorum ſub hoc titulo: המאמר הנרשם עליו אות חלמ״ד מאמרי מה שאחר המבע: *tractatus deſignatus litera Laned ex tractatibus Metaphyſicorum*. Incipit: אמרתי לא ימצא וכול

In fine *pag.* 2. notatur nomen illius, qui hunc codicem ſcripſit, & annus, quo opus ſuum complevit: ותשלם מלאכת זאת הכתיבה יום שני בשבוע יג׳ מרחשון שנת מאתים ושלשים ואחד לפרט האלף הששי ליצירה: *completum eſt opus hujus ſcriptionis die ſecundo hebdomadæ* 13. *Marcheſvan*, ideſt Lunæ Octobris, *anno creationis* 231. *ſecundum minorem computationem*, *ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1471.

Et paullo poſt כתבתי מרדכי טודרוס נתן *ſcripſi Mordechai Todròs Nathan*.

CODEX XLI. *a.* V. 12.

Membranaceus, charactere exaratus quadrato perquam nitido, & eleganti, paſſimque literis majoribus, & capitulorum initiis minio, alioque colore diſtinctis, conſtat foliis 245. Eſt ei titulus: מורה נבוכים MOREH NEVUCHIM, *Doctor perplexorum*, autore R. MOSE *filio* MAIMONIS, qui natus eſt Cordubæ anno *Chriſti* 1131. dictus per compendium literarum רמב״ם RAMBAM, & ſtrictius רם RAM, & a diuturna mora, quam protraxerat in Ægypto, *Ægyptius* communiter appellatus.

Præit index capitum concinnatus a *R. Juda filio Salomonis Charizi*; poſtea *fol.* 12. præfatio interpretis, ideſt *Samuelis filii Judæ*, *filii Tibbon*; deinde *fol.* 14. epiſtola *Maimonidis* ad diſcipulum R. *Joſeph*; denique *fol.* eodem *pag.* 2. præfatio ejuſdem *Maimonidis*. Conatur viribus omnibus abducere Judæos a confuſione, & ambiguitate, in qua hodie ſunt, circa intelligentiam *Scripturarum*. Liber dividitur in tres partes; in quarum prima ſermo eſt de *nominibus æquivocis*, *& analogis*, quæ paſſim in ſacris *Literis*, & præſertim apud *Prophetas* reperiuntur, ubi de *Prophetia*, de *Cælo*, de *Mundo*, de *Angelis*. In ſecunda de *Deo*, *Ente ſimpliciſſimo*, *Creatore*, & *Motore primo*, de *Intelligentiis Cælos moventibus*, de *Sphæris*, de *influxu ſuperiorum in inferiora*, de *miraculis*, & *præſtantia legis Moſaicæ*. In tertia denique de *opere ſex dierum*, de *viſione animalium*, *& rotarum Ezechielis*, de *materia prima*, & *privatione*, de *origine diſſenſionum inter homines*, de *providentia Dei*, de *præceptis*, & *ceremoniis Legis Moſaicæ*, & de *Legislatoris circa ea ſcopo*, *& fine*.

Fol. autem 193. *pag.* 2. hæc habentur: שלמתי העתקת המאמר הזה בחדש טבת שנת ארבע אלפים ותתקסה לפרט ליצירה אני שמואל בן כבד החכם הנדול ר׳ יהודה אבן תבון: *abſolvi translationem hujus tractatus menſe Teveth*, ideſt Decembri, *anno creationis* 4000. & 965. *ſecundum minorem computationem*; ideſt æræ Vulgaris 1205. *ego Samuel filius illuſtris*, *ſapientis*, & *magni R. Judæ Aben Tibbon*.

Fol. 194. eſt פירוש מהמלות זרות PERUSC MEHAMMILLOTH ZAROTH *explicatio vocum extranearum*, quæ reperiuntur in MOREH NEVUCHIM, interprete eodem, qui ſupra, *Samuele Aben Tibbon*; cujus præmittitur proœmium, quod incipit: בהשלימי העתקת המורה הכבד מורה הנבוכים וכול;

Fol. 213. Incipit explicatio vocum diffici-

Digitized by Google

difficilium ejuſdem libri per eundem *Aben Tibbon*; & ejus initio hæc ſcripta ſunt: עשיתי זה הספר בתוך הספינה על חוף אדיר לאקליבה ובארבעת מילין ולתונס יום וחצי בבאי מאלכסנדריא בחדש תמוז שנת תתקעג ליצירה: *feci hunc librum in medio mari prope portum magnificum Aklivæ, quatuor milliaribus a Tuneto, die uno, & dimidio itineris ab Alexandria, menſe Tamuz*, ideſt Junio, *anno creationis* 973. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1213. Portum *Aklivæ* indicent alii; nos enim ignorantiam noſtram ingenue fatemur.

Fol. 217. eſt appendix ejuſdem explicationis per eundem *Aben Tibbon*, cujus initium: הנה הודעתי בפתיחת העתקתי וכול:

Fol. autem 219. eſt index vocum explicatarum alphabeti ordine.

Fol. eodem *pag.* 2. ספר מלות הגיון SEPHER MILLOTH HIGGHAJON *liber dictionum Logicarum*: eſt compendium Logicæ R. MOSIS MAIMONIDIS ex Arabica lingua in Hebræam translatum a *Moſe filio Samuelis, filii Tibbon*, ut dicitur *fol.* 229. *pag.* 1. נשלם החיבור ברצון השם יתי ועזרתו למי שיקרא בו והעתיקו מלשון הגרי אל לשון עברי החכם ר׳ משה בן החכם הפלוסוף ר׳ שמואל התבון: *abſoluta eſt compoſitio libri, favente Deo benedicto, & auxiliante omnibus, ſuper quos invocatur, & tranſtulit illum ex lingua Arabica in linguam Hebræam ſapiens R. Moſes filius ſapientis Philoſophi R. Samuelis Tibbon.*

Sequitur eodem *folio* 229. *pag.* 2. tractatus ejuſdem MAIMONIDIS שלשה עשר עקרי הדת משה SCELOSCIAH ASCIAR AKARE HADDATH MOSCEH *de tredecim articulis, ſive fundamentis legis Moſaicæ.*

Fol. denique 238. eſt tractatus ejuſdem MAIMONIDIS de *Unitate Dei*, ex interpretatione *Samuelis filii Tibbon*, ut dicitur in fine: נשלם המאמר אשר חבר הרב הגדול ר׳ משה בר׳ מימון והעתיקו מלשון הערב אל לשון הקודש החכם ר׳ שמואל אבן תבון: *abſolutus eſt tractatus, quem compoſuit Rau Magnus R. Moſes filius R. Maimonis, & tranſtulit illum ex lingua Arabica in Hebræam ſapiens R. Samuel filius Tibbon.*

CODEX XLII. *a.* V. 13.

Membranaceus, charactere ſcriptus *Hebræo-Hiſpano* ſatis claro, & diſtincto, foliis conſtans 163. in quo primum ביאור בטוב הגמור BIUR BETOU HAGGAMUR *commentarius in librum de bono perfecto.*

Fol. autem 8. qui eſt finis hujus commentarii, habetur: נשלמו השערים בטוב הגמור והם שערים מיוחסים לארסטוטליס ואיפשר שאינם לו והם לחכם אחר זולתו: תרחיה בן יצחק העתיקם מלשון ישמעאל אל לשון הקודש: *completi ſunt tractatus de bono perfecto, qui dicuntur Ariſtotelis, quanquam alterius eſſe poſſunt Sapientis: & Zerachias filius Iſaaci tranſtulit eos ex Arabica in linguam Sanctam.*

Fol. 9. ביאור על ספור לבלעם *expoſitio Hiſtoriæ Balaam*; de cujus autore nihil compertum.

Fol. 11. מה שאחר הטבע לארסטוטליס ביאור החכם הפילוסוף אבו אלוליד בן רשד העתקת זרחיה בן יצחק הספרדי מעיר ברצלונה: *libri Metaphyſicorum* ARISTOTELIS *cum commentariis ſapientis Philoſophi Abù Alulìd Ben Raſciàd, ex interpretatione Zerachiæ filii Iſaaci Hiſpani Barcinonenſis.*

Fol. 162. Hæc notantur: נשלם ספר מה שאחר הטבע מביאור בן רשד העתקת זרחיה בן יצחק הספרדי מן הערבי אל לשון עברי והועתק הספר הזה עם ספר השמע וספר השמים והעולם לחכם ר׳ שבתאי בן שלמה במדינת רומא העיר הגדולה שנת ה אלפים ומד לבריאת העולם: *completus eſt liber Metaphyſicorum cum commentariis Ben Raſciàd ex interpretatione Zerachiæ filii Iſaaci Hiſpani ex lingua Arabica in Hebræam; & translatus eſt liber hic una cum libro de Phyſica Auſcultatione, & libro de Cælo, & Mundo, in uſum Sapientis R. Sciabbathai filii Salomonis in Provincia Romæ urbis magnæ*

Digitized by Google

gna anno creationis 5044. ideſt æræ Vulgaris 1284.

Interpretatio addenda Bibliothecis Hebræis Bartoloccii, & Wolfii.

CODEX XLIII. *a.* V. 26.

Chartaceus, charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano* quadrato non ſatis diſtincto, folia habens 214. in quo primum

Fol. 3. Liber R. SAMUELIS *filii* JUDÆ *filii* TIBBON, inſcriptus יקוו המים IKKAVU HAMMAIM, *congregentur aquæ*, titulo deſumto ex cap. 1. *Geneſeos*: quia in eo eſt ſermo de aquis, & mari; & rationibus philoſophicis demonſtratur, cur aquæ terram non obruant. Attribuunt alii hunc librum *Salomoni filio R. Judæ Tibbon*, ut videre eſt apud Wolfium part. I. Bibliothecæ Hebrææ pag. 1055. & 1098.

Similem MS. codicem citat in ſua *Bibliotheca Rabbinica* Buxtorfius, & in Catalogo *Bibliothecæ Oppenheimerianæ* exſtare, notat Chriſtophorus Wolfius citatis locis *Bibliothecæ Hebrææ*.

Huic autem libro prioribus binis foliis charactere *Hebræo-Italo* lectu perdifficili præmittuntur *viſio Iſajæ*, & *tempus creationis Angelorum*, ſine autoris nomine.

Secundo *fol.* 111. ſunt perbreves quædam animadverſiones in MOREH NEVUCHIM, incerti pariter ſcriptoris.

Fol. autem 214. numerantur opera philoſophica ARISTOTELIS.

CODEX XLIV. *a.* VI. 1.

Membranaceus, charactere exaratus quadrato craſſiori, cum punctis vocalibus, duplici columna, foliis conſtans 129. Eſt prima pars *ſacrorum* BIBLIORUM, ideſt תורה TORAH *Lex*, ſive PENTATEUCHUS, una cum *Targum*, ideſt Paraphraſi Chaldaica ONKELOSI, eo ordine diſpoſita, ut commata ſint alternatim Hebræa, & Chaldæa, adjecta præterea utraque MASORA, *Magna*, & *Parva*.

Exemplar MS. *Pentateuchi Hebræi* non abſimile, alternis verſibus Hebræis, & Chaldæis, ſe Romæ vidiſſe in *Bibliotheca Vaticana*, teſtatur Bernardus Monfauconius pag. 277. *Diarii Italici*. Exhibet etiam Bibliotheca *Sorbonæ*, ut refert Wolfius pag. 320. part. II. *Bibliothecæ Hebrææ*.

CODEX XLV. *a.* VI. 2.

Membranaceus, conſtans foliis 310. charactere ſcriptus quadrato majori, cum punctis vocalibus, triplici columna, partem ſecundam complectitur *ſacrorum* BIBLIORUM, quæ ab Hebræis dicitur, נביאים NEVIIM *Prophetæ*, ideſt libros Hiſtoricos *Joſuæ*, *Judicum*, *Samuelis*, *Regum*, tres Prophetas majores, *Iſajam*, *Jeremiam*, *Ezechielem*, & *duodecim minores*, adjecta ſingulis libris utraque MASORA, *Magna*, & *Parva*.

In fine notatur librarii, ſive ſcribæ nomen, & annus, quo codex ſcriptus fuit, hiſce verbis: אני אליהו הסופר בר׳ יהודה כתבתי זה הנביאים לר׳ מנחם בר׳ אהרון מקדש ריינבירגו וסיימתיו בליל ב׳ פ׳ וארא בשלשה ועשרים ימים לירח טבת שנת חמשת אלפים וששים וחמשה לבריאת עולם: *Ego Elias ſcriba filius R. Judæ ſcripſi hunc librum* הנביאים *Hanneviim in uſum R. Menachem filii R. Aaronis Mekadaſc Reinbergenſis*, & *abſolvi illum nocte ſecunda Paraſciàh* וארא *vigeſimo tertio die Lunæ Teveth*, ideſt Decembris, *anno creationis* 5065. ideſt æræ Vulgaris 1305.

CODEX XLVI. *a.* VI. 3.

Membranaceus, charactere exaratus quadrato cum punctis vocalibus, & duplici columna, folia habens 188. Eſt tertia pars *ſacrorum* BIBLIORUM, vulgo ab Hebræis dicta כתובים CHETHUVIM *Scripta*, & a noſtris Græco vocabulo HAGIOGRAPHA, adjecta utraque MASORA.

Digitized by Google

CODEX XLVII. *a.* VI. 4.

Mebranaceus, charactere quadrato craſſiori, & triplici columna ſcriptus, cum punctis vocalibus, foliis conſtans 315. continet ſecundam, & tertiam partem *ſacrorum* BIBLIORUM, ſcilicet נביאים *Prophetas*, & כתובים CHETHUVIM, *Scripta*, ſive *Hagiographa*, adjecta utraque MASORA.

In fine:

אני אלכסנדרי בר׳ נתן הסופר כתבתי זה עשרים וארבעה: *Ego Alexander filius R. Nathan ſcriba ſcripſi hos viginti quatuor libros.* Deſideratur itaque prima pars.

Hi omnes codices MSS. Biblici, qui hactenus a nobis memorati ſunt, & qui deinceps memorabuntur, *Regiæ Taurinenſis Bibliothecæ*, addi poterunt catalogo *exemplarium MSS. Biblicorum antiquioris, vel recentioris ætatis adhuc exſtantium*, quem inſtruxit Chriſtophorus Wolfius ſect. 3. lib. 2. part. II. *Bibliothecæ Hebrææ* pag. 293.

CODEX XLVIII. *a.* VI. 5.

Membranaceus, charactere ſcriptus quadrato majori cum punctis vocalibus, foliis conſtans 206. eſt prima pars MACHAZOR *Germanici*.

CODEX XLIX. *a.* VI. 6.

Membranaceus, charactere exaratus quadrato craſſiore cum punctis vocalibus, foliis conſtans 148. eſt ſecunda pars MACHAZOR *Germanici*.

CODEX L. *a.* VI. 7.

Membranaceus, charactere quadrato craſſiore ſcriptus cum punctis vocalibus, & figuris perquam ridiculis variegatus, folia habens 182. eſt tertia pars MACHAZOR *Germanici*.

CODEX LI. *a.* VI. 8.

Membranaceus, charactere ſcriptus quadrato craſſiore cum punctis vocalibus, folia habens 205. eſt altera pars MACHAZOR *Germanici*.

CODEX LII. *a.* VI. 9.

Membranaceus, charactere ſcriptus quadrato perquam eleganti, & nitido, figuris identidem conſpicuus auro, & minio pictis, aliiſque coloribus, foliis conſtans 411. continet quatuor טורים Turim *Ordines* R. JACOBI filii R. ASCER. Singulis ordinibus præfixum eſt præloquium, & rerum præcipuarum index.

In calce autem codicis hæc notantur.

ותשלם מלאכת הקדש בתשעה ימים לחדש אדר רלב לפק הנה בעיר פירארה על ידי הצעיר מרדכי המנגן בן ר׳ אברהם פריצול אשר מעיר אביניון כתבתיו אל האחים אברהם ומשה בני מנחם המסתפחים: הים במנטובה *completum eſt ſanctum opus die* 9. *menſis Adar*, ideſt Lunæ Februarii, *anno creationis* 232. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1472. *Ferrariæ, per manus junioris Mardochæi Fidicinis filii R. Abrahami Peritzol Avenionenſis, & ſcripſi eum in uſum fratrum Abrahami, & Moſis filiorum Menachem, nunc habitantium Mantuæ.*

CODEX LIII. *a.* VI. 10.

Membranaceus, charactere ſcriptus quadrato, & triplici columna, foliis conſtans 221. eſt commentarius RASCI in univerſam Scripturam, ſed caret principio, & fine.

CODEX LIV. *a.* VI. 11.

Membranaceus, charactere ſcriptus *Raſci* craſſiore, ſatis nitido, & eleganti, & literis quandoque minio ſplendidiſſimo pictis, folia habens 202. hunc præfefert titulum, ספר הפרקים לאפוקראט בפירוש גאלינוס העתקת חנן בן אסתק הישראלי

Digitized by Google

ספר הישראלי מלשון יח ללשון ערבי: SEPHER HAPPERAKIM LEHIPOKRAT *Liber aphoriſmorum Hippocratis cum commentariis Galeni, ex interpretatione Chanen filii Aſtak Iſraelitæ ex lingua Græca in linguam Arabicam*: NATHAN autem HANNAVI tranſtulit in ſermonem Hebræum, ut ſtatim dicitur ab initio *fol.* 2.

Hujus translationis nemo unus, quod ſciam, adhuc mentionem fecit; niſi forte *Nathan Hannavì* idem ſit, ac *Nathan Hamathæus, filius Eliezeri*, Arabs medicus, & *Chanen filius Aſtak Iſraelita*, idem ac *Honain filius Iſaaci*, quem conſtat *Hippocratis* aphoriſmos cum Galeni commentariis in linguam Arabicam convertiſſe, & cujus MS. exemplar ſervatur in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*, ut legimus in ejuſdem catalogo.

Sunt paſſim adnotationes in margine, & fere omnes punctis vocalibus ornatæ.

CODEX LV. *a.* VI. 12.

Chartaceus, cui folia 260. charactere exaratus *Raſci*, & titulis tractatuum minio pictis, inſcribitur ספר צורי הגוף SEPHER TZORI HGGUPH, *liber opobalſami corporis*, multo aptius, quam apud Wolfium pag. 921. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ* צרי הנוף TZORI HANNOPH *opobalſamum Noph*. Autor autem eſt נתן בר יואל בן פלקירא NATHAN, *filius* JOELIS, *filii* PALKERÆ. Sunt ſententiæ compilatæ ex operibus *Hippocratis*, *Galeni*, *Averrois*, *Avicennæ*, & *R. Moſis Ægyptii* de conficiendis remediis, cognoſcendis aromatum, & herbarum viribus, conſervanda ſanitate, aliiſque ad artem medicam ſpectantibus.

Codex mutilus eſt fine, & a fol. 231. uſque ad finem ita dilutus, ut quamplurima legi non potuerint.

Fol. autem 225. incipit index aromatum, lapidum, herbarum, aliarumque rerum, quæ uſu in arte medica veniunt, cum interpretatione Italа vulgari, at Hebræis literis minio delineatis, ſcripta in margine.

Exſtare ſimilem codicem MS. chartaceum in 4. *in Bibliotheca Vaticana*, ſcribit Bartoloccius part. IV. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 265.

CODEX LVI. *a.* VI. 13.

Chartaceus, charactere ſcriptus *Raſci*, folia habens 173. varia cõtinet opuſcula.

Fol. 1. uſque ad *fol.* 3. כללי ספר ראשית אבו עלי אלחסין בן עבד אלה בן סינה *ſumma capita libri primi Abù Alì Alchasìn Ben Aud Allàh Ben Sinàh*, ideſt AVICENNÆ.

Fol. 4. *pag.* 2. התחלת ספר חמשי מאס *principium libri quinti* AVICENNÆ, *de* רפואות מורכבות REPHUOTH MURCAVOTH *medicamentis compoſitis*.

Fol. 9. uſque ad *fol.* 167. commentaria MAGISTRI GHIRABAT DE SCIOLA in librum nonum ALMANSORIS *de variis infirmitatibus corporis humani*, ex interpretatione LEONIS JOSEPH CARCASSONENSIS, cum ejuſdem additionibus. Initium fit his verbis: אמר החכם מאגישתרי גיראבט דשולה וכול:

Præmittitur præfatio interpretis *Leonis Joſephi*, quam proxime ſequitur index rerum præcipuarum, quæ ſunt in commentariis DE SCIOLA. Incipit autem; אמר לאון יוסף המעתיק היושב קרקשונה וכול:

Fol. vero 267. hæc habentur: והנה נשלמה העתקתו עם תוספות המעתיק בעשרים ואחד יום לחדש אב שנת קנד פה קרקשונה: *Ecce completa eſt interpretatio ejus cum additionibus interpretis die* 21. *menſis Ab*, ideſt Lunæ Julii, *anno creationis* 154. *ſecundum minoreus computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1394. *hìc Carcaſſone*.

Commentarium MAGISTRI GHIRABATI DE SCIOLA in *Almanſorem* omiſit Mangetus in ſua *Bibliotheca Medicorum Scriptorum*.

Julius autem Bartoloccius part. I.

Digitized by Google

Bibliothecæ Rabbinicæ pag. 725. primo eum vocat MAGISTRUM GERAUT, quo nomine intelligit *Gilbertum, de Sciola*: deinde ait, ſe *MS. in folio Papyraceo vidiſſe apud eruditum virum*, & *in Hebraicis peritiſſimum D. Odoardum Altham Anglum*; ſed *percipere non potuiſſe, quo anno, & ubi, & qua lingua primo ſcriptus fuerit; attamen animadvertiſſe, quam diligentiſſime explicatos fuiſſe omnes morbos, qui a planta pedis uſque ad verticem capitis hominibus obvenire ſolent, ideoque exiſtimare eſſe librum valde bonum, & utilem, eoque magis utilem, ſi Latine redderetur*. Non exſtabat igitur in codice MS. *Odoardi Altham Angli* neque interpretis nomen, neque annus, quo interpretatio abſoluta fuit, neque interpretis præfatio, & additiones, quæ omnia apparent clariſſime in Taurinenſi, ut ex iis, quæ ſupra ex eodem codice tranſcripſimus, liquet: quoniam Bartoloccius horum nullam mentionem fecit. Chriſtophorus vero Wolfius, qui *Bibliothecam Rabbinicam Bartolocii* in compendium redegit, & ubi opus fuit, eam emendavit, & adauxit, nomen duntaxat *Scriptoris* in titulo Hebræo aliqua ex parte immutavit. Scribit enim neſcio quo doctus exemplari גיראות די שולא, ubi Bartoloccius מאשמרו גיראבט די שולא, quæ ſcriptio plane convenit cum noſtro codice; & præterea addit, ſub nomine GERAUT intelligi poſſe non ſolum GILBERTUM, ſed etiam GERANDUM. Nos autem maluimus reddere GHIRABATUM ſono Latinæ linguæ magis conſono. Ceterum *Magiſtrum Ghirabatum*, ſive *Geraut* magno in pretio habitum fuiſſe ab Hebræis Medicis, patebit ex iis, quæ ſtatim ſubjiciemus ex hoc eodem codice de *Abraham Avigador*.

Fol. 168. uſque ad finem *regulæ medicinales ex libris erutæ medici excellentis Ghirabat* ab ABRAHAMO AVIGADOR. Scribit enim ipſemet *Avigador* initio *fol.* 167. *ſe aſcendiſſe ad viros doctos Academiæ Montiſpeſſulanæ, ut perdiſceret medicinam, ac inter libros permultos ad hanc ſcientiam ſpectantes inveniſſe libellum mole quidem exiguum, ſed utilitate grandem, in eorum uſum, qui cupiunt operam dare medicinæ, compoſitum ab excellenti Medico Ghirabat de Sciola, & tranſtuliſſe eum anno creationis* שנה מאה ושלושים והשעה לפרט האלף הששי 139. *ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1379.

Meminit quidem Wolfius pag. 31. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*, cujuſdam *Abrahami filii Avigador*; ſed alius profecto eſt a noſtro: ille enim vixit anno *Orbis conditi* 5303. ideſt *Chriſti* 1543. ut ſtatuit ipſemet Wolfius; hic vero anno 1379. Bartoloccius autem, Hottingerus, Buxtorfius, ceterique penitus omiſerunt.

Ex his manifeſtum fit, *Magiſtrum Geraut*, ſive *Ghirabatum de Sciola* floruiſſe ſæculo XIV. & medicinam docuiſſe in *Academia Montepeſſulana*, atque adeo Latine ſcripſiſſe, quod Bartoloccius loco ſupra citato *Bibliothecæ Rabbinicæ* faſſus eſt, ſe ex MS. codice *Odoardi Altham* percipere non potuiſſe.

CODEX LVII. *a.* VI. 19.

Chartaceus, charactere exaratus *Raſci* ſatis claro, & perpolito, folia habens 125. inſcribitur ספר צידת הדרכים SEPHER TZEDATH HADDERACHIM, *liber viatici in itineribus*. Eſt opus medicum ACHMED BEN ABRAHAM, Arabis ſcriptoris, a neſcio quo in linguam Hebræam translatum. Incipit interpretis præfatio: אמר מעתיק הספר הזה מלשון הגרי אל לשון עברי וכול:

Bartoloccius, & Wolfius tribuunt *Achmedi Ben Abraham* librum duntaxat על רפואה AL REPHUAH *de medicina*, ac propterea ignoraſſe videntur librum ejus, צידת הדרכים TZEDATH HADDERACHIM, *viaticum in itineribus*.

In

Digitized by Google

In-Quarto.

CODEX LVIII. *a.* I. 1.

Chartaceus, foliis conſtat 336. charactere *Hebræo-Italo* ſcriptus ſatis diluto. Diverſos continet tractatus:

Fol. 1. Sermones morales *Anonymi* ſcriptoris.

Fol. 5. Tractatus morales BEN AZAI.

Fol. 9. RITUALE cum precibus R. HAAI GAON.

Fol. 44. Commentarium HARAN in *Ritualia Hebræa*.

Fol. 71. הלכות טומאה HILCOTH TUMAH *deciſiones de immunditie*, ſine Autoris nomine.

Fol. 141. מסכת העניות MASECHETH TAANITH *tractatus de Jejunio*, ideſt *de variis jejuniis, quorum Scriptura meminit, & antiquo jejunandi modo*. Eſt liber IX. *Ordinis Miſcnici* מועד MOED *de ſacris diebus feſtis*.

In fine folii 175. hæc leguntur: תם ונשלם יו אלול רעו לפק תהלה לאל עולם אמן: *completus eſt, & abſolutus die* 16. *Elùl*, ideſt Lunæ Auguſti, *anno creationis* 276. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1516. *laus Deo Mundi. Amen.*

Fol. 176. ראש השנה ROSCH HASCIANAH *de novi anni initio*, quod incidit in Kalendas *Tiſrì*, ideſt Lunæ Septembris. Liber VIII. ejuſdem *Ordinis Miſcnici* מועד MOED *de ſacris diebus feſtis*.

Fol. 202. מסכת יומא MASECHETH JOMA *tractatus de die expiationis peccatorum*. Liber V. *ejuſdem* מועד *Moed*.

Fol. 215. מסכת פסח MASECHETH PESACH *tractatus de feſto die Paſchatis*. Liber III. ejuſdem מועד *Moed*.

Fol. 250. מסכת סכה MASECHETH SUCCHAH *tractatus de feſto die Tabernaculorum*. Liber VI. ejuſdem מועד *Moed*.

Fol. 314. שיר השירים SCIR ASSCIRIM, *Canticum Canticorum* cum commentariis R. ABRAHAM, *filii* R. ISAAC TIBBON. Incipit: אמר ר אברהם בר יצחק תבון וכול:

CODEX LIX. *a.* I. 2.

Chartaceus, folia habens 196. charactere exaratus quadrato ſatis nitido, in quo אגרת חברה החכם הגדול המשורר אנבוניט הנקראת בחינת העולם: IGGHERETH CHIBBERAAH HACHACHAM HAGGADOL HAMMESCIORER ANBONET HANNIKRATH BECHINATH HAOLAM *epiſtola, quam compoſuit ſapiens magnus Poeta* ANBONET ABRAHAM, *vocata* Bechinath Haolam *experimentum mundi*. Eſt ſcilicet R. JEDAAJAH HAPPENINI, cognomento *Anbonet Abraham*, & κατ' ἐξοχὴν vocatus המליץ HAMMELITZ *Rhetor*, qui floruit Barcinone anno *Chriſti* 1298. teſte Ganzio in *Tzemach David* ad hunc annum, quique inter alia opuſcula ſcripſit ſingulari dicendi elegantia libellum de rerum humanarum varietate, & de ratione ſectandi, adipiſcendique vitam beatiorem ſub titulo בחינת העולם BECHINATH HAOLAM *experimentum mundi*.

In fine libelli, ſive epiſtolæ hæc leguntur *fol.* 20. *pag.* 2. אנכי אשטלינה אשת הנכבד אברהם כתבתי זאת אגרת בחינת עולם עם עזר הצעיר יעקוב לוי מארץ פרונה מטרסקון: *ego Eſtelina, uxor nobilis Abrahami, ſcripſi hanc epiſtolam Bechinàth Olàm, cum auxilio junioris Jacobi Levi Taraſconenſis.*

Hunc librum cum interpretatione Latina, & ſuis animadverſionibus edidit *Alhardus Vehtmannus* primum ſub titulo בחינת עולם BECHINATH OLAM *experimentum mundi*, Lugduni *Batavorum* 1620. deinde vero ibidem 1688. ſub titulo הבל הבלי חלד HAVEL HAVLE CHELED, *vanitas vanitatum mundi*: & cum interpretatione Gallica *Pariſiis* 1629. *Philippus Aquinas*. MS. autem ſe habuiſſe refert Andreas Maſius in *indice Scriptorum* commentario in JOSUAM ſubjecto: & inter codices *Tengnagelianos* in *Bibliotheca Vindobonenſi* numerat Lambecius pag. 181. Tom. I. *commentariorum*. Habet etiam *Bibliotheca Regia Pariſienſis*.

Additur *fol.* 21. ספר נפת צופים SEPHER

Digitized by Google

SEPHER NOPHET TZUPHIN *liber liquoris favorum*, titulo desumto ex Psal. XIX. com. 11. Autor est *Rabbinus* JUDAS, vulgo dictus MESSER LEONE, *Mantuanus*, qui vivebat anno *Christi* 1470. ut statim dicitur a principio: אמר העבד הקטן האוהב הנאמן יהודה יצב חנקרא מסיר ליאון וכול: Agitur de Rhetore, ejusque officio, de oratione vitiosa, deque ceteris ad artem oratoriam spectantibus. Hunc librum laudat R. AZARIAS in *Meor Enaim*, & multa ejus Autorem observat, ex *Tullio*, & *Quinctiliano* desumsisse.

CODEX LX. *a.* I. 3.

Partim Chartaceus, partim membranaceus, charactere scriptus *Rascì*, constat foliis 61. Duos complectitur tractatus.

Primus caret titulo: agitur in eo de *pœnitentia pro peccatis subeunda*. Librum similis argumenti sub titulo איגרת התשובה IGGHERETH HATTESCIUVAH *epistola de pœnitentia* tribuunt Plantavitius, & Bartoloccius *R. Jacobo*, cognomento RABBENU TAM, *filio* R. MEIR, qui floruit anno *Christi* 1140. Christophorus autem Wolfius pag. 488. & 620. part. I. suæ *Bibliothecæ Hebrææ* R. JONÆ GERUNDENSI.

In fine hæc habentur:
תם ונשלם שבח לבורא עולם בשנת קמו לפרט על ידי אליהו בן דוד נבטריא יזכנו במוסרו וידריכנו לי ולזרעי עד סוף כל הדורות אמן: *absolutus, & completus est liber, laus Creatori mundi, anno creationis* 146. *secundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1386. *per manus Eliæ, filii Davidis Nautojæ: Deus erudiat nos, & dirigat nos, tam me, quam posteros meos usque in finem omnium generationum. Amen.*

Alter tractatus *fol.* 30. inscribitur; ספר הסדות מהחכם ר' משה מעיר ליאון SEPHER HASSODOTH MEHACHACHAM RABBI MOSCEH MEIR LEON *liber secretorum sapientis R. Mosis de urbe Leon*; ideſt R. MOSIS, *filii* R. SCEM TOU LEGIONENSIS, ex celebri familia ABEN חביב CHAVIV, qui floruit anno *Christi* 1290.

Nullum opus *R. Mosis Scem Tov Legionensis* memoratur a Bartoloccio, & Wolfio sub titulo ספר הסדות SEPHER HASSODOTH *liber secretorum*. Fortasse igitur idem fuerit, ac liber ejusdem Rabbini משקל החכמה MISCKAL HACHOCHMAH, *trutina sapientiæ*, qui MS. exstat in *Bibliotheca Leidensi*; ubi mendose Moses Scem Tov dicitur *Lugdunensis* pro *Legionensis*, ut notavit Wolfius pag. 898. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*.

In fine hæc sunt.
נשלם זה הספר מן סודות החכמה על ידי אליהו בן דוד נבטריא בעיר ליצי בשנת חמש אלפים וקס שבט לבריאת עולם האל יזכני ללמוד וללמד בני גלויין ונסתרין עד סוף כל הדורות אמן אמן סלא: *absolutus est hic liber secretorum sapientiæ per manus Eliæ, filii Davidis Nautojæ in urbe Litzi* * *anno creationis* 5140. ideſt æræ Vulgaris 1380. *mense Scevat*, ideſt Januario. *Deus concedat mihi discere, & docere filios meos manifesta, & occulta legis usque ad finem omnium generationum. Amen, & Amen. Sela.*

Animadverto, librum hìc inscribi סודות החכמה SODOTH HACHOCHMAH *secreta sapientiæ*, quod magis, magisque in ea sententia me confirmat, eundem esse, ac memoratum in *Bibliotheca Leidensi* משקל החכמה Miſckàl Hachochmàh, *trutina sapientiæ*.

* *Litzi* videtur *Aletium*, vulgo *Lecci* terræ *Hidruntinæ*.

CODEX LXI. *a.* I. 4.

Membranaceus, constat foliis 159. Est ei titulus עמודי גולה AMUDE GOLAH *columnæ captivitatis* ר' יצחק בן ר' יוסף מקורביל R. ISAACI, *filii* R. JOSEPHI DE KORBIL, sive CORBEIL, oppido Galliæ ad *Sequanam* fluvium, ideſt *Corbelensis*, qui floruit anno *Christi* 1240. vocatus communiter a magno naso בעל חוטם BAAL CHOTEN *habens nasum*. Est ab initio præloquium, quod proxime sequitur

Digitized by Google

tur index totius operis, & ad finem indicis hæc adnotantur: והנה בעונותינו לא הפסיק הגדול לשלם ספרו באלו המלכיות עד שנתבקש * בישיבה של מעלה יום שני פרשה במדבר כח באיר שנת ארבעים לפרט האלף הששי: *ecce ob noſtra peccata vir magnus perficere non potuit librum ſuum in his terris, donec requiſitus eſt in Academiam ſuperiorem, die ſecunda Paraſciah* במדבר *Bammidbar*, 28. *Jiar*, ideſt Lunæ Aprilis, *anno creationis* 40. *ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1280.

Liber duplici columna ſcriptus eſt, charactere Rabbinico nitidiſſimo ſecundum ſeptem hebdomadæ dies diſpoſitus, & ſeptem columnis mundi, quas ſtatuit Autor, ſuperſtructus.

I. Sermo eſt *de unitate Dei*. *Fol.* 8.

II. De *præceptis negantibus*, *fol.* 15.

III. De *primogeniti ſanctificatione*, *fol.* 42.

IV. De *periculis præcavendis*, *fol.* 59.

V. De *Animalium jugulatione*, *fol.* 85.

VI. De *anno ſeptimo*, *fol.* 120.

VII. De Sabbatho, ejuſque ſanctificatione, *fol.* 134.

Hinc ſcite Buxtorfius, ut obſervat Bartoloccius part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 903. unum, & eundem librum exiſtimavit eſſe עמודי גולה Amude Golah *columnæ captivitatis*, ac ספר מצות הקטן Sepher Mitzvoth Hakkaton *liber præceptorum parvus*. Buxtorfium ſecutus eſt Wolfius pag. 659. part. I. *Bibliothecæ Hebręæ*, qui allegat ſimilem MS. codicem in *Bibliotheca Georgii Eliezeri Edzardi*, & apud *Wagenſeilium* in adnotationibus ad *tela ignea Satanæ*. Bartoloccius autem citato loco in *Bibliotheca Vaticana*. Et nos nuper legimus in catalogo *MSS. codicum Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

* ישיבה של מעלה Jeſcivàh Scel Maalàh *Schola*, ſive *Academia ſuperior eſt apud Rabbinos Academia Cæleſtis*. Hinc de doctis hominibus ex hac vita decedentibus dicere ſolent, נתבקש בישיבה של מעלה Nithbakkeſc Biſcivah Scel Maalàh *requiſitus eſt in Academiam Superiorem*, ideſt *abiit in Cælum*.

CODEX LXII. *a.* I. 6.

Chartaceus, mutilus principio, foliis conſtat 90. charactere ſcriptus *Hebræo-Hiſpano*, ſed atramento ita diluto, ut aliquibus in locis vix legi poſſit. Continet commentaria in Librum X. Ordinis Miſcnici *Nezikin* פרקי אבות Pirke Avoth *capitula Patrum* R. Josephi Jaabetz, qui floruit anno *Chriſti* 1371.

In fine hæc leguntur:

תם ונשלם הספר הנהדר בחדש אב על ידי * הבחור ליאון בן שלמה רבינו במקום דישועה נקראת ממונפראטו אשר לדוכוס ממנטובא: ויתן לי בוח לכתוב ספרים הרבה עד אין קץ ומי שאמר לעולם די יאמר לצרותינו די וירים עלינו ברכה עד כל דורות אמן: *completus eſt, & abſolutus liber magnificus menſe Ab*, ideſt Julio, *per manus Juvenis Leonis filii Salomonis Rabbenu in loco, qui appellatur Servatoris Montisferrati ſub ditione Ducis Mantuæ. Adſit mihi Deus, ut multos alios libros ſine fine ſcribere poſſim, & qui dixit mundo, ſatis, idem dicat anguſtiis noſtris, ſatis, & exaltet ſuper nos benedictionem per omnes generationes. Amen.*

De hoc commentario Josephi Jaabetz in *Pirkè Avoth* ne verbum quidem in *Bibliotheca Rabbinica* Bartoloccii. Wolfius autem citat alteriusſi de, ſcilicet *Sciabbathæi* pag. 535. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*.

* בחור Bachur *Juvenis*: hoc nomine Judæi appellare ſolent eos in primis, qui ſtudiis operam dant.

CODEX LXIII. *a.* I. 10.

Membranaceus, folia habens 223. non numeratis foliis præloquii, & indicis, quæ ſunt 12. charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano* admodum nitido, continet primam partem טורים Turim *Ordinum* R. Jacobi, *filii* Ascer, אורח חיים Orah Chajim *via vitæ*.

In fine hæc ſunt.

סיימתי טור אורח חיים שבח לאלהים חיים: כתבתי זה הספר להר׳ אליעזר בר׳ אשר הלוי יצו להגות בו הוא וזרעו אני זרח

Digitized by Google

זרח בר דוד לפרש גמר וחסופר : *absolvi ordinem Orach Chajim, laus Deo viventi: scripsi hunc librum in usum R. Eliezeri filii R. Ascer Levi Itzau, ut illum meditetur ipse, & filius ejus, ego Zerach filius R. David anno creationis secundum minorem computationem* 243. ideſt æræ Vulgaris 1483. *Scriba*.

Pertinebat codex, ut dicitur initio, ad *Jacobum filium Eliezeri Segal Ticinenſem*, שלי זה הטור יעקוב בר אליעזר סגל מפוריאה :

Reperitur hic *Ordo* MS. ſejunctus ab aliis, etiam in Codice CXLVIII. *Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

CODEX LXIV. *a.* I. 11.

Chartaceus, charactere ſcriptus partim quadrato, partim *Hebræo-Italo*, conſtans foliis 100. continet præcepta *Legis Moſaicæ* verſibus Hebræis deſcripta a quodam SALOMONE, *filio* JUDÆ cum ejuſdem Scholiis.

CODEX LXV. *a.* I. 12.

Chartaceus, folia habens 60. charactere ſcriptus *Hebræo-Italo*, recentioris ævi, varia continet opuſcula.

I. Eſt קינה KINAH *lamentatio* ABRAHAMI *in obitu* SARÆ *uxoris ſuæ*, poeticis numeris ſcripta, *fol.* 1.

II. קינה KINAH *lamentatio in obitu* MARGARITÆ DUCIS SABAUDIÆ, poeticis itidem numeris, *fol.* 4.

III. קינה KINAH *lamentatio* in obitu EMMANUELIS OTTELINGI poeticis itidem numeris, *fol.* 4. *pag.* 2.

IV. קינה *lamentatio in obitu* R. JOSEPHI KARO, poeticis itidem numeris, *fol.* 5.

V. Eodem folio *pag.* 2. uſque ad *fol.* 11. ſequuntur alia cantica, parvi ceteroquin momenti.

VI. *Fol.* 11. ספר שלחן ארבע SEPHER SCIULCHAN ARBAA *liber tabulæ quadratæ* R. BECHAI HADDAJAN, qui floruit anno *Chriſti* 1140. ubi agitur I. ad quem finem referri debeat cibus, qui in menſa capitur. II. quæ debeant in menſa gratiarum actiones Deo haberi. III. Quo ſe quiſque modo debeat in menſa gerere. IV. De convivio illo, quod Deus noviſſime paraturus eſt hominibus juſtis. Vide Bartoloccium part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 507. qui multa diſputat de hoc Scriptore, num idem ſit, atque R. BECHAI ASCER, cui Wolfius pag. 233. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ* adſcribit librum שלחן ארבע *Sciulchàn Arbàa*.

VII. *Fol.* 37. סדר הזמנין SEDER HAZZEMANIM *ordo temporum*, KALENDARIUM JUDAICUM cum *Officiorum* ordinatione. Incipit : זה השלחן אשר וכול

VIII. *Fol.* 43. שיר על פורים SCIR AL PURIM *carmen in diem feſtum Purim*, ſive *Sortium*, Anonymi poetæ.

IX. Eodem *folio*, & *pagina*; קינה KINAH *lamentatio* ISAIÆ, *filii* LEVI in *morte patris ſui*.

X. Eodem folio *pag.* 2. קינה KINAH *lamentatio* in *morte Deboræ uxoris Jonæ Todròs*.

XI. *Fol.* 44. commentarius ſine interpretis nomine in *Pſalmum* 119. אשרי תמימי דרך ההולכים וכול : *Beati immaculati in via, qui ambulant &c.*

XII. *Fol.* 56. *pag.* 2. uſque ad finem alia adduntur carmina, nullius prorſus momenti.

CODEX LXVI. *a.* I. 14.

Membranaceus, folia habens 151. charactere exaratus *Raſci* ſatis eleganti, & perſpicuo, inſcribitur ספר חשבון המהלכות SEPHER CHESBON HAMMAHALACHOTH *liber de ſubducendis converſionibus Syderum*, autore ABRAHAMO, *filio* CHIIA *Hiſpano*, qui anno *Chriſti* 1105. defunctus eſt, cum præloquio R. JACOBI MACHIR, *filii* TIBBON *Montani*, cujus initium; בעבור שחזכיר החכם הנשיא וכול :

Fol. 116. hæc habentur.

ונשלם הספר הזה והוא חשבון המהלך
לנשיא הגדול לר אברהם בן הנשיא ר
חייא במדינה ברזלונה שנת תתצו כב
לעומר יום ו בחצות היום והוא עשירי
לאפריל

Digitized by Google

לאפריל מחדשי חמה: *completus eſt liber hic, qui eſt de ſubducendis converſionibus Syderum, principis magni R. Abraham, filii Principis R. Chijà in provincia Barcellonæ, anno creationis* 896. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1136. 22. * *Omer, die* 6. *in meridie, qui eſt decimus Aprilis ex menſibus Solis.*

* עומר Omer eſt *manipulus hordei*, qui olim offerebatur in Templo die ſecundo *Paſchatis*. Hinc numerabantur hebdomadæ ſeptem, ſive dies quinquaginta uſque ad feſta *Pentecoſtes*: unde dies 22. *Omer* eſt 22. a die ſecundo Paſchatis.

Fol. autem 117. eſt רובע ישראל ROVAA ISRAEL *quadrans Iſraelis*, (titulus ex com. 10. cap. 22. *Numerorum* deſumtus) ſcil. de *quadrante Aſtrolabii*, JACOBI, *filii* MACHIR ABEN TIBBON; qui floruit ſæculo XIV. ineunte.

Uterque tractatus, ſed chartaceus, habetur MS. etiam in *Bibliotheca Vaticana*, ex Bartoloccio part. I. pag. 25. & part. III. pag. 859. *Bibliothecæ Rabbinicæ*. De priore meminit etiam Buxtorfius filius in appendice ad *Bibliothecam Rabbinicam Patris*, & Autor catalogi *codicum MS. Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*: & poſterior exſtat cum commentariis inter Codices *Laudanos*, ut aſſerit Wolfius pag. 606. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*.

CODEX LXVII. *a.* I. 19.

Partim membranaceus, partim chartaceus, foliis conſtans 258. characterе exaratus *Hebræo-Hiſpano* ſatis claro, & facili, eſt אוקלידס EUCLIDES, ex Arabico ſermone in Hebræum converſus a R. MOSE, *filio* SAMUELIS, *filii* TIBBON *Hiſpano*, anno *creationis* 5030. ideſt æræ *Chriſtianæ* 1270. ut ipſe TIBBONIDES aſſerit in præfatione.

Sunt figuræ Mathematicæ, & adnotationes in margine. Exſtat MS. etiam in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*.

CODEX LXVIII. *a.* I. 21.

Chartaceus, folia habens 91. characterе ſcriptus *Hebræo-Italo* non ſatis diſtincto ab IMMANUELE, *filio* JACOBI, ut dicitur in fine, continet eadem elementa Geometrica EUCLIDIS cum figuris, & adnotationibus in margine: אני עמנואל בן יעקוב כתבתי אלו המשניות מספר אוקלידיס לעצמי וסיימתי זה הספר יום ו' כ' טבת של שנת קו לפרט האלף הששי: *Ego Immanuel, filius Jacobi ſcripſi has ſectiones libri Euclidis in uſum meum, & finem impoſui huic libro die ſexto*, 20. *Teveth*, ideſt Lunæ Decembris, *anno creationis* 106. *ſecundum minorem computationem*, *ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1346.

CODEX LXIX. *a.* I. 22.

Chartaceus, foliis conſtans 84. characterе *Hebræo-Italo* conſcriptus, commentarios exhibet ABEN RASCIAD, ſive AVERROIS in libros ARISTOTELIS השמים והעולם HASSCIAMAIM VEHAOLAM *de Cælo, & Mundo*. Sunt adnotationes in margine.

In fine autem

והנה השלמתי בעשירית הביאור הזה יום שני לחדש רגב שנת תקסו לחשבן ישמעאלים וזה בעת היותי באשבילייאה אני שלמה בן איוב הספרדי השלמתי העתקת זה הספר השמים והעולם לארסטוטליס ביאור החכם אבן רשד בשנת חמשת אלפים ותשע עשרה ליצירה במדינה בדרש: *Et ecce complevi opus commentarii hujus die* 2. *menſis Rageb anno* 566. *ſecundum computationem Iſmaelitarum*, ideſt æræ Vulgaris 1188. *quo tempore Hiſpali commorabar. Ego Salomon filius Jobi Hiſpanus abſolvi translationem hujus libri de Cælo, & Mundo Ariſtotelis cum commentariis Ben Raſciàd anno creationis* 519. ideſt æræ Vulgaris 1219. *in Provincia* * *Badràs*.

Interpretatio addenda Bibliothecis *Buxtorfii*, *Bartoloccii*, *Hottingeri*, &

Digitized by Google

Wolfii in voce אבן רשד ABEN RASCIAD.

* ברדש *Badràs*, vel *Bedràs* videtur esse urbs *Galliæ Narbonensis*, quæ incolis *Beziers*, Latine *Betiræ*, vel *Biterræ* appellatur, quatuor parasangis a Narbona sejuncta, ut scribit Beniaminus Tudelensis pag. 4. *Itinerarii*. Hinc R. Jedaja Happenini dictus est ברדשי Bedrascì *Bederscnsis*.

CODEX LXX. *a.* I. 23.

Chartaceus, constat foliis 221. charactere exaratus communi Rabbinico. Est liber *arithmeticus* incerti autoris, multis tabulis Arithmeticis instructus, ubi etiam sermo de valore *monetarum*, *mercium*, *& cambiorum*, ut vulgo dicitur.

CODEX LXXI. *a.* I. 24.

Partim chartaceus, partim membranaceus, constans foliis 195. vario conscriptus charactere, carens insuper principio, & fine, foliorum etiam serie perturbata, ut vix percipi possit, quibus de rebus agatur.

In primis habetur sermo de *multiplici literarum pronunciatione, & virtute* ad sacra mysteria cognoscenda, *de septem Angelis*, *de septem stellis*, de *septem Cœlis*, literis Alphabeti repræsentatis, de *nominibus Angelorum*, & *divinis attributis*: tum Tabulæ quamplurimæ Cabbalisticæ.

Fol. 82. *pag.* 3. hæc leguntur: עד כאן לשון החכם הרב ר עזריאל שקבל מפי הרב: *huc usque sermo sapientis Rau R. Azarielis, quem accepit de ore Rau*: idest *de ore* ABBA ARICHA, qui per excellentiam dictus fuit RAU *Doctor*, quique instituit Academiam in urbe סורא *Sorà*, eamque rexit usque ad mortem, scilicet ad annum *Mundi* 4903. *Christi* 243. ut testantur *Harravad*, idest *R. Abraham Ben David*, *Abrahamus Zacuthus* in יוחסין JUCHASIN, *R. Gedalia* in שלשלת הקבלה SCIALSCELETH HAKKABBALAH, *R. David Ganz* in צמח דוד TZEMACH DAVID, & alii omnes Hebræi Chronographi.

Postea *fol.* 175. incipit ספר סלם המזלות SEPHER SULAM HAMMAZALOTH *liber de gradibus planetarum*, omisso autoris nomine, cum tabulis Astronomicis.

CODEX LXXII. *a.* I. 25.

Chartaceus, folia habens 920. multiplici scriptus charactere. Agitur in eo de natura astrorum, eorumque influxu, de circulis Cœlestibus, ac de diversitate influxuum, absque titulo, & Autoris nomine.

In fine hæc sunt
כותב משה בר׳ אברהם בר׳ נחמיה פוא: *Scriba Moses, filius R. Abraham, filii R. Nehemiæ Fua.*

Apparent identidem tabulæ Astronomicæ, & adnotatiunculæ in margine.

CODEX LXXIII. *a.* I. 26.

Chartaceus, constat foliis 196. charactere scriptus *Hebræo-Italo* perquam diluto, & lectu difficili. Continet ABU ACHMED ALGOZALI libros de כוונות CHAVVANOTH *opinionibus* Philosophorum circa הדשגחה האלהית HAHASCGACHAH HAELAITH *providentiam divinam*, & תועלת ההגיון TOELETH HAHIGGAJON *de utilitate Logices* ex lingua Arabica in Hebræam conversos a R. MOSE, *filio* JOSUÆ ISAI, *filii* DAVIDIS DE NARBONA. Ambo hi libri MSS. reperiuntur etiam in *Bibliotheca Vaticana*, sed in membrana, & in *folio*, teste Bartoloccio part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 3.

Sunt quamplurimæ adnotationes in margine.

Fol. 102. Est ספר הפלת החפלה SEPHER HAPPALATH HAHAPPALAH LEBEN RASCIAD *dejectio dejectionis Ben Rascià*, tituhus non tam Arabicus, ut existimavit Nicolaus Antonius in *Bibliotheca Hispanica* V. T. Tom. II. pag. 248. quam Hebræus. Est confutatio libri ab ABU ACHMED ALGOZALIO scripti sub titulo הפלת פילוסופים HAPPALATH PILOSOPHIM *destructio Philosophorum* circa æternitatem mundi, Autore BEN RASCIAD, idest AVERROE.

Probat

Digitized by Google

Probat ſcilicet argumentis Philoſophicis contra ALGOZALIUM, mundum ab æterno fuiſſe, & perpetuo duraturum.

Opus in Codice eſt imperfectum; caret enim fine. Recenſetur etiam, & quidem quinquies in *Catalogo Leidenſi*, & in *Catalogo Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Latine prodiit *Venetiis* anno 1560. in Tomo X. *Operum* ARISTOTELIS cum expoſitione *Auguſtini Niphi*.

CODEX LXXIV. *a.* I. 27.

Chartaceus, foliis conſtans 166. charactere ſcriptus *Hebræo-Hiſpano*, mutilus fine, eſt commentarius in קאנון אבו עלי אבן סינא KANON ABU ALI ABEN SINA, *Canonem Avicennæ*. De ejus Autore nihil eſt compertum.

CODEX LXXV. *a.* I. 28.

Membranaceus, foliis conſtans 160. charactere exaratus *Hebræo-Germanico* admodum eleganti, & perpolito. Habetur in eo ספר קאנון אבן סינא SEPHER KANON ABEN SINA, *Canon Avicennæ*, interprete R. NATHAN HAMATHI BAGAD, *filio* ELIEZERI. Præit interpretis præfatio, poſtea AVICENNÆ, deinde ſubſequitur index capitum. Sunt paſſim adnotationes in margine.

Fol. 156. hæc leguntur:
תם ונשלם שבח לבורא עולם ביום ט בטבת ז דיזיינברא בשנת ורלו לפק אני הוא הכותב חיים בן יוסף: *completum eſt, & abſolutum opus, laus Deo, creatori Mundi, die* 9. *Teveth*, 7. *Decembris*, *anno creationis* 236. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1476. *Ego Scriba Vita filius Joſephi*.

Occurrit etiam legentibus in Catalogo MSS. *codicum Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

CODEX LXXVI. *a.* I. 29.

Partim chartaceus, partim membranaceus, habens folia 250. charactere exaratus *Raſci* ſatis claro, & lectu facili, Opera medica complectitur ALMANSORIS *Arabis*, ex lingua Arabica in Hebræam converſa a R. SCEM TOU BAR ISAAC *Hiſpano*, cognomento הטרעישי HATTARISCI, anno *Mundi* 5028. *Chriſti* 1264. ut aſſerunt Bartoloccius. part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 220. & Wolfius ejus veſtigia ſecutus, part. I. *Bibliothecæ Hebrææ* pag. 188. Eſt a principio elenchus variorum medicamentorum; in fine autem *Lexicon Anatomicum*, *Aromaticum*, *Botanicum*, itemque *omnium animalium*, *avium*, *piſcium*, quod memorant etiam Bartoloccius, & Wolfius, omiſit autem Sciabbathæus in ſua *Bibliotheca Rabbinica*, quam inſcripſit שפתי ישנים SCIPHTE JESCENIM *labia dormientium*.

Fol. denique 233. hæc leguntur, ſcripta charactere quadrato.
אני עזרא בר מדרוס כתבתי זה הספר מאלמנצורי לר יצחק בן בנימין וסיימתיו באחד עשר יום בחדש תמוז שנת חמשת אלפים ששים ושש לפרט: *Ego Eſra, filius R. Todròs ſcripſi hunc librum Almanſoris in uſum R. Iſaaci, filii Beniamini, & complevi illum die* 11. *menſis Tamùz*, ideſt Lunæ Junii, *anno creationis* 5000. & 66. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1306.

De ſimili codice MS. *in folio* partim membranaceo, partim Chartaceo in *Bibliotheca Vaticanu* mentionem facit Bartoloccius loco *Bibliothecæ Rabbinicæ* ſupra citato.

CODEX LXXVII. *a.* I. 30.

Chartaceus, cui folia 465. charactere ſcriptus *Raſci* ſatis claro, & nitido, inſcribitur צורי הגוף TZORI HAGGUPH *opobalſamum corporis*. De hoc ſupra in codice LV.

CODEX LXXVIII. *a.* I. 31.

Chartaceus, foliis conſtans 138. charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano* ita diluto, ut aliquibus in locis legi non poſſit, tractatum complectitur הקדחות HAKKADDACHOTH *de febribus* ISAACI ISRAELITÆ,

Digitized by Google

LITÆ, qui ſecundum *Juſtum* in *Chronolog. Medic.* vixit anno *Chriſti* 1158. Vide Codices CLII. & CLV.

CODEX LXXIX. *a.* I. 32.

Chartaceus, foliis conſtat 172. charactere ſcriptus Hebræo partim *Italo*, partim *Hiſpanico*, mancus ubique, mutilus, & imperfectus. Agitur ab initio de rebus medicis, & Philoſophicis.

Fol. autem 24. inſerta ſunt tria poſtrema capita *Logicæ* R. MOSIS MAIMONIDIS: ad calcem enim *pag.* 2. *fol.* 29. hæc habentur: נשלם ביאור המילת ההגיון והעתיקו מלשון הגרי אל לשון העברי החכם הגדול ר׳ משה בן ר׳ שמואל אבן תבון: *abſoluta eſt expoſitio dictionum Logicarum, & tranſtulit eam ex lingua Arabica in Hebræam ſapiens magnus R. Moſes, filius R. Samuelis Aben Tibbon.*

CODEX LXXX. *a.* I. 33.

Chartaceus, foliis conſtans 94. vario ſcriptus charactere, complectitur

I. ספר תועלת ההגיון SEPHER TOELETH HAHIGGAJON *librum de utilitate Logicæ* ABU ACHMED ALGOZALI, translatum a R. MOSE NARBONENSI, *filio* R. JOSUÆ ISAI, *filii* DAVIDIS ex idiomate Iſmaelitico in Hebræum.

Sunt adnotationes in margine, & arbor *Porphyriana*: aſt tractatus eſt mutilus, & imperfectus. Idem codex MS. exſtat in *Bibliotheca Vaticana* ex Bartoloccio part. IV. pag. 225. & in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*, ut conſtat ex ejus catalogo.

II. Sequitur *fol.* 10. liber cujuſdam FURNIS, inſcriptus ספר נהרות SEPHER NAHAROTH *liber fluviorum*, liber ſcilicet Medicus ex lingua Latina in Hebræam converſus a R. HILLELE, *filio* R. SAMUELIS, *filii* R. ELIEZERI, una cum tabula omnium morborum, motuum pulſus, urinarum, & medicamentorum.

Fol. autem 85. hæc habentur. אני משה בן ר׳ יעקוב כתבתי זה הספר יש בו נהרות פורניש מחובר מספרים שחבר גאלינוס וכתבתיו לעצמי והנה השלמתי יום ששה ועשרים לחדש טבת שנת מאתים וששה לפרט האלף הששי: *Ego Moſes, filius R. Jacobi ſcripſi hunc librum, in quo eſt liber* נהרות *Naharoth Furnis, excerptus ex libris Galeni; ſcripſi eum in uſum meum, & ecce complevi illum die 26. menſis Teveth*, ideſt Lunæ Decembris; *anno creationis 206. ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1446.

Memorat quidem Mangetus Tom. II. *Bibliothecæ Scriptorum Medicorum* pag. 362. VITALEM DE FURNO, qui medicinæ ſcientia claruerit anno *Chriſti* 1486. Aſt longe alius eſt a *Furno*, cujus opus Medicum habemus idiomate Hebræo in codice Taurinenſi: hic enim, ſi vera ſunt, quæ ſupra attulimus, floruit ante annum 1446. Abeſt etiam a Bibliothecis Hebræis Buxtorfii, Bartoloccii, & Wolfii.

III. Diſputatur *fol.* 90. quomodo vivere debeant fœminæ, adventante partu, ut a doloribus, quoad fieri poteſt, immunes ſint. Autor eſt BONGODOS COHEN; & in fine notatur annus קיד לפרט האלף הששי ליצירה *creationis* 114. *ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1354. die ז׳ חדש טבת *ſeptimo menſis Teveth*, ideſt *Decembris*. Quis hic BONGODOS COHEN, & quo tempore floruerit, exploratum nobis non eſt.

CODEX LXXXI. *a.* I. 34.

Chartaceus, charactere ſcriptus *Hebræo-Hiſpano*, conſtat foliis 107. Eſt liber Medicus incerti autoris, cum adnotationibus in margine; aſt mutilus principio, & fine.

CODEX LXXXII. *a.* I. 36.

Chartaceus, vario conſcriptus charactere, ſed ita corruptus, & male habitus, ut nulla integra legi poſſint folia, mutilus etiam principio, & fine, con-

Digitized by Google

conſtat foliis 221. Ex iis, quæ ſuperſunt, agi videtur de *Chirurgia*.

CODEX LXXXIII. *a.* I. 37.

Chartaceus, ſcriptus eſt charactere *Hebræo-Hiſpano*, conſtatque foliis 39. non numeratis ſex, quibus continetur index, ſive tabula medicamentorum. Continet autem סודות על הרפואה SODOTH AL HAREPHUAH *Secreta Medicinæ* ſub titulo מקיץ נרדמים MEKITZ NIRDAMIM *excitans dormientes* דוד יוסף אלגואדיש DAVIDIS JOSEPHI ALGUADIS, ut ſcriptum legitur in fronte codicis charactere quadrato.

Incipit liber his verbis: אמר יוסף הכהן בר יהושע הכהן בר מאיר בר יהודה בר יהושע בר יהודה בר מאיר בר דוד בר משה וכול: *ait Joſeph Cohen filius Joſuæ Cohen, filii R. Meir, filii R. Judæ, filii R. Joſuæ, filii R. Judæ, filii R. Meir, filii R. Davidis, filii R. Moſis &c.* Hic JOSEPH COHEN eſt interpres, qui medica Secreta ALGUADIS ex lingua Hiſpanica tranſtulit in Hebræam *Genuæ anno creationis* 5306. ideſt æræ Vulgaris 1546. ut dicitur *fol.* 5.

Fol. 23. *pag.* 2. adduntur *Secreta Medica* ipſius JOSEPHI COHEN, ubi fol. 37. Secretum Medicum inſertum legitur, lingua Latina barbara ſcriptum.

De DAVIDE JOSEPHO ALGUADIS, & de JOSEPHO COHEN, *filio* JOSUÆ, ejus interprete, ne verbum quidem in vulgatis Hebræorum Bibliothecis.

CODEX LXXXIV. *a.* I. 38.

Partim Chartaceus, partim membranaceus, folia habens 68. inſcribitur ספר המסעדים SEPHER HAMMISADIM *liber ſuſtentaculorum*, liber ſcilicet, quo explicantur effectus ciborum, & potuum, quibus hominis vita ſuſtentatur, Autore MAGISTRO ABRAHAMO DE SCEKASCLAR, ſcriptus charactere *Hebræo-Hiſpano* ſatis nitido per *Salomonem Altzaigh*, ut dicitur in fine libri: תמו דברי החכם מאישתרי אברהם דישקאשלאר כתבתי אני שלמה אלצאיג זה הספר וסיימתיו בחדש שבט בשנת חמשת אלפים ומאה ועשרים ושתים ליצירה: *completa ſunt verba ſapientis Magiſtri Abrahami De Scekaſclar; ſcripſi ego Salomon Altzaigh hunc librum, & abſolvi eum menſe Scevat*, ideſt Januario, *anno creationis* 5122. ideſt æræ Vulgaris 1362.

De MAGISTRO ABRAHAMO *de Scekaſclar* nihil ſcriptum apud quempiam reperimus.

CODEX LXXXV. *a.* II. 4.

Membranaceus, concinno, & eleganti charactere quadrato conſcriptus, folia habens 24. eſt opus Immanuelis, *filii* JACOBI BAAL HACCHENAPHAIM de modo inveniendi momentum ipſum, quo Luna naſcitur, & Solis, Lunæque defectiones, una cum ſex tabulis, quas *alas aquilæ* autor appellavit, unde nomen BAAL HACCHENAPHAIM, ideſt *autoris alarum* accepit. Conſpiciuntur figuræ Signorum Zodiaci ridiculæ ſupra quam verbis dici poſſit.

Eſt fortaſſe idem, cujus commentatio de *annis*, *menſibus*, *motu Solis*, & *Lunæ* cum tabulis Aſtronomicis recenſetur MS. in *Bibliotheca Medicea*; aut etiam cujus tabulas aſtronomicas MSS. ſe vidiſſe teſtatur Plantavitius num. 274. ſub titulo לוחות בעל הכנפים LUCHOTH BAAL HACCHENAPHAIM *tabulæ aſtronomicæ Alitis*, ſive *Baal Hacchenaphaim R. Immanuelis*. Nec diſtinguendus forſan ab eo, quem Johannes Picus Mirandulanus lib. IX. cap. 5. contra *Aſtrologos* vocat *Immanuelem Hebræum*, *Aben Eſræ ſectatorem*.

CODEX LXXXVI. *a.* II. 5.

Membranaceus, charactere exaratus quadrato nitido, & pereleganti, conſtat foliis 57. Eſt ei titulus לוחות על התכונה LUCHOTH AL HATTECHUNAH *tabulæ Aſtronomicæ* ſecundum hypotheſes *R. Abraham Bar Chija, & R. Levi Ben Gherſom*. Autor autem R. JACOBUS, *filius*

Digitized by Google

filius Davidis, *filii* JOM TOU POEL, ut dicitur ab initio, אמר יעקוב בר דוד טוב פועל וכול: *anno æræ Chriſtianæ* 1361. ut ſcriptum eſt in *Rubrica fol.* 5.

Reperitur MS. etiam in *Bibliotheca Vaticana*, ſed chartaceus, ut ſcribit Bartoloccius part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 842.

CODEX LXXXVII. *a.* II. 6.

Chartaceus, charactere ſcriptus *Hebræo-Italo*, conſtat foliis 214. Præfixus eſt ei titulus ספר כללים מקבלה חבר ר׳ יצחק צרפתי שנת שכח לפרט SEPHER CHELALIM MIKKABBALAH *liber regularum Cabbaliſticarum, quem compoſuit R. Iſaacus Gallus anno creationis* 328. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1568. De R. *Iſaaco Gallo* infra recurret ſermo.

CODEX LXXXVIII. *a.* II. 8.

Chartaceus, folia habens 316. multiplici exaratus charactere, partim *Hebræo-Italo*, partim *Hebræo-Hiſpano*, & partim *Rabbinico-Raſci*, varios pariter continet tractatus & Cabbaliſticos, & Talmudicos, & Exegeticos.

I. Eſt ספר אידרא קדישא SEPHER IDRA KEDISCIA *liber areæ ſanctæ*. AREA SANCTA dictus eſt locus, quo multi cum SIMEONE, *filio* JOCHAI, conveniebant diſputantes de *Cabbalæ* excellentia. Eſt liber Cabbaliſticus, cujus meminit inter MSS. etiam Hottingerus ex Buxtorfio.

Duplici eſt ſcriptus columna: in prima eſt אידרא IDRA *area*; in altera פירוש PERUSC *commentarius*, & quidem prolixus, cujuſmodi ſe vidiſſe affirmat etiam Buxtorfius pag. 309. ſuæ *Bibliothecæ Rabbinicæ* ſecundæ editionis. Wolfius autem addit part. II. *Bibliothecæ Hebrææ* pag. 1255. ſapientes, & Doctores Hieroſolymitanos legere ſolitos eſſe hunc libellum poſt preces, & textus Biblicos, quos recitant in ſpelunca ſuper tumulum *Samuelis Prophetæ*.

II. *Fol.* 36. באר מים חיים BEER MAIM CHAJIM *puteus aquarum viventium*, titulo deſumto ex cap. 4. commate 15. *Cantici Canticorum*; liber itidem Cabbaliſticus, laudatus in catalogo librorum Cabbaliſticorum ſubjuncto libro *Jetziràh* editionis Mantuanæ, & vulgo adſcriptus R. MEIR DE ROTENBURGO, qui floruit anno *creationis* 5050. ideſt æræ Vulgaris 1290.

In calce libri *fol.* 130. hæc habentur: פה מודיליינו מדינה פיורנצה ע׳י יצחק צרפתי בן אברהם משה צרפתי מקונסטנזה מגורש צרפת היום יום א׳ החדש כסלו שנת חמשת אלפים ושיח לבריאת עולם: *hic Modiliani provinciæ Florentiæ per manus Iſaaci Galli, filii Abrahami Moſis Galli Conſtantienſis, ejecti ex Gallia, hodie die* 1. *menſis Chiſleu*, ideſt Lunæ Novembris, *anno creationis* 5318. ideſt æræ Vulgaris 1558.

Poſtea index ejuſdem libri.

III. *Fol.* 134. *Viſiones Angelorum*, quas habuiſſe ferunt R. ISMAELEM. Liber Cabbaliſticus.

IV. *Fol.* 139. *Diſcuſſio Divinæ eſſentiæ*. Liber Cabbaliſticus.

V. *Fol.* 144. סוד התורה SOD TORAH *arcanum datæ legis in monte Sinai*. Liber Cabbaliſticus.

VI. *Fol.* 146. סוד מצוות SOD MITZVOTH *arcanum præceptorum*, Liber Cabbaliſticus.

VII. *Fol.* 154. פירוש התפילות PERUSC HATEPHILLOTH *explicatio precum*. Liber Cabbaliſticus; idem fortaſſe, quem numerat Wolfius inter *ſcripta Hebræorum Anonyma* part. II. pag. 1404. *Bibliothecæ Hebrææ*.

VIII. *Fol.* 171. ספירות SEPHIROTH, *numerationes*, ſive *poſitiones myſticæ de decem attributis*. Hæ SEPHIROTH, inquit Reuchlinus lib. 3. *Cabbalæ*, ſunt *decem divina nomina, quæ nos Mortales de Deo concipimus, vel eſſentialia, vel perſonalia, vel notionalia, vel communia*. Nominantur autem ſic:

I. כתר CHETHER *Corona*.
II. חכמה CHOCHMAH *Sapientia*.
III. בינה BINAH *Intelligentia*.
IV. גבורה GHEVURAH *Potentia*.

V.

Digitized by Google

V. תפארת TIPHERETH *Ornatus*.
VI. נצח NETZACH *Æternitas*.
VII. הוד HOD *Majeſtas*.
VIII. יסוד JESOD *Fundamentum*.
IX. מלכות MALCHUTH *Regnum*.
X. אין סוף EN SOPH *Infinitas*.

IX. *Fol.* 178. ספר יצירה SEPHER JETZIRAH *liber Jetziràh*, ſive *Creationis*, librorum Cabbaliſticorum veluti baſis, & fundamentum, complectens, judice Lambecio pag. 52. *Prodromi Hiſtoriæ literariæ*, majori ex parte Pythagoricam philoſophandi rationem ex literis, & numeris; unde ejus argumentum eſt maxime Cabbaliſticum, & obſcuriſſimum.

In fine dicitur ספר יצירה לאברהם אבינו: *liber Jetziràh compoſitus ab Abrahamo Patre noſtro*. Conſueta Hebræorum deliria.

X. *Fol.* 180. פירוש ספר יצירה PERUSC SEPHER JETZIRAH *commentarius in librum Jetziràh* per שבתי בר אברהם רונולי הרופא SCIABBATHAI, *filium* R. ABRAHAM RONOLI MEDICUM, ut eſt in præloquio.

De SCIABBATHAI, *filio* ABRAHAM RONOLI, deque ejus commentario in librum *Jetziràh*, ne verbum quidem apud Bartoloccium, & Wolfium.

XI. *Fol.* 199. De *Chiromantia*, ubi etiam ſigna manuum, autore *Anonymo*.

XII. *Fol.* 203. סוד לב נתיבין SOD LEU NETHIVIN, *arcanum triginta duarum ſemitarum*. Liber Cabbaliſticus. Hæ autem 32. *Semitæ* conſtituuntur viginti duabus literis *Alphabeti*, & decem *Sephiroth*.

13. *Fol.* 208. כללי ספר הקנה CHILLE SEPHER HAKKANEH *ſumma capita libri calami*. Ita nuncupatur liber, quia ejus Autor KANAH AVENGADOR, *filius* NACHUM ex familia R. NECHONIÆ, *filii* KANAH, quem extulit ex quodam MS. codice *R. Sciabbathæus*, voluit hoc titulo tum ad nomen ſuum, tum ad rationem libri reſpicere, qui in 49. *calamos*, ſive *cannas* diſtinctus eſt. Aliis autem placuit legere SEPHER HAKKANAH, loco SEPHER HAKKANEH, habita ſolius autoris ratione. Sermo eſt in eo de præceptis legis Moſaicæ ſecundum Cabbaliſtarum myſteria. Sunt in margine adnotationes.

XIV. *Fol.* 217. כללי ספר פליאה CHILLE SEPHER PELIAH *ſumma capita libri Peliàh*, ideſt *mirabilium*, ut interpretatur Wolfius pag. 196. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*, quia myſteria multa ab Angelo tradita in eo recenſentur. *Liber*, pergit Wolfius, *totus Cabbaliſticus eſt, nec dum editus*. Vulgo circumfertur ſub nomine R. ELKANÆ BEN JERUCHAM BEN AVIGADOR, de quo altum eſt apud omnes Hebræorum Chronologos ſilentium, atque adeo etiam de ſcriptis, quæ ei tribuuntur, quod certe non contemnendum eſt novitatis argumentum. Hinc liber in quodam codice MS. *Oppenheimeri*, teſte laudato Wolfio, inſcribitur, ספר הקנה והוא הנקרא ספר הפליאה להחכם הכולל: SEPHER HAKKANAH VEHU HANNIKRA SEPHER HAPPELIAH LEHACHACHAM HACCAOLEL *liber Kanàh, qui etiam vocatur liber Peliàh, autore ſapiente perfecto*. Integram ejus analyſim legere eſt apud eundem Wolfium citato ſuperius loco *Bibliothecæ Hebrææ*.

XV. *Fol.* 226. *Quæ ſingulis diebus, & menſibus opportunum ſit facere, vel non facere*. Initium fit his verbis: יום א טוב לעשות כל דבר וכול: De autore nihil compertum.

XVI. *Fol.* 230. אידרא זוטא IDRA ZUTA *area parva*. Liber Cabbaliſticus nondum editus, cujus meminit etiam Hottingerus ex Buxtorfio.

XVII. *Fol.* 250. De *precibus matutinis, & benedictionibus*. Deſideratur initium.

XVIII. *Fol.* 280. Nonnulli ſermones in *Pentateuchum*, omiſſo autoris nomine. Primus incipit a *Paraſciàh* לך לך LECH LECHA *Vade tibi*.

CODEX LXXXIX. *a.* II. 11.

Chartaceus, folia habens 168. characte-

Digitized by Google

ractere exaratus *Hebræo-Hiſpano* præfefert titulum, מה שאחר הטבע MAH SCEACHER HATTEVAA *libri Metaphyſicorum Ariſtotelis cum commentariis* BEN RASCIAD, ſive AVERROIS, abſoluti יום א׳ כה מן רבוע האחרון משנת תקע׳ *die primo* 25. *ultimi quadrantis anni* 570. ſecundum computationem Iſmaelitarum, ideſt æræ Vulgaris 1192. ut legitur in fine, ex interpretatione R. KALONYMI, *filii* KALONYMI.

Idem codex MS. exſtat in *Bibliotheca Vaticana*, teſte Bartoloccio part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 13. & in *Leidenſi* ex Chriſtophoro Wolfio pag. 20. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*; & in *Regia Pariſienſi* ex Labbeo pag. 279. & ex ejus Catalogo.

CODEX XC. *a.* II. 12.

Chartaceus, folia habens 106. charactere *Hebræo-Italo* exaratus pereleganti, multa continet opuſcula.

I. Sunt גמטריות של הרמבן GHEMATRIOTH SCEL HARAMBAN *expoſitiones ſubtiles, & Cabbaliſticæ* R. MOSIS, *filii* NACHMAN, qui floruit initio ſæculi decimi tertii. In Bibliothecis Rabbinicis Bartoloccii pag. 221. part. IV. & Wolfii pag. 877. part. I. recenſentur ſub hoc titulo ביאור על התורה BIUR AL HATTORAH *expoſitio legis*.

Fol. autem 7. apparet circulus complectens ordinem tabernaculorum filiorum *Jacobi* in deſerto, in cujus latere dextero URIM, & TUMMIM.

MS. hunc librum habuiſſe etiam Henricum Muhlium, patet ex ejus *Apologia Talmudica*, in qua allegat locum ex MS. ſuo codice commentarii hujus in *Pentateuchum*, ex quo editos codices emendat.

II. *Fol.* 13. גמטריות על התבה GHEMARTIOTH AL HATTHEVAH *expoſitiones Cabbaliſticæ arcæ Fœderis*, prætermiſſo autoris nomine.

III. *Fol.* 21. ספר מכתב מתים לחכם ר׳ יהודה בן זברח SEPHER MICHTHAU METHIM LECHACHAM RABBI JEHUDAH BEN ZAVARAH *liber de reſurrectione mortuorum Sapientis R.* JUDÆ, *filii* ZAVARÆ. Bartoloccius legit סברה SABARAH, Wolfius זבדאה SABDAAH, & in *Catalogo Leidenſi* BEN SAVARAH.

IV. *Fol.* 42. ספר האמונה הרמה חברו הגדול החכם הנכבד ר׳ אברהם הלוי בן דמור: SEPHER HAEMUNAH HARAMAH CHIBBERO HAGGADOL HACHACHAM HANNICHBAD RABBI ABRAHAM HELLEVI BEN DAMOR *liber de fide excelſa, quem compoſuit magnus, ſapiens, nobilis R. Abraham Levi, filius Damor*. Procul dubio idem hic liber eſt, quem Bartoloccius part. I. pag. 20. & Wolfius part. I. pag. 44. tribuunt ſub hoc eodem titulo *Abrahamo* בן דאור *filio Dior*, ſive בן דארי *filio Diorì*, aut בן דאוד *filio Daùd*, aut etiam בן דוד *filio David*, ut aliis placuit nuncupare. Meminit præterea laudatus Bartoloccius eadem parte ſuæ *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 18. cujuſdam Rabbini ABRAHAM ABEN דאגור הלוי DAGUAR LEVITÆ, eique tribuit librum ejuſdem tituli אמונה הרמה EMUNAH HARAMAH, *de fide excelſa*. Hunc vero putat Wolfius eundem eſſe, ac ABRAHAM BEN DIOR: atque adeo idem erit, atque ABRAHAM BEN DAMOR. Facile enim mutari potuit דאור in דאגור, & דמור. Sermo eſt de principiis naturalibus, & quomodo ex his ad fidem quis aſcendere debeat; tum de principiis fidei, & Legis, & quomodo animus a rebus terrenis ad Cœleſtia avocandus ſit.

In fine hæc leguntur.
תם ונשלם שבח לבורא עולם יום צדק ט׳ אדר ראשון פה קירי: *abſolutus eſt, & completus liber, laus Creatori mundi, die Jovis, nono Adar primi*, ideſt primæ Lunæ Februarii, *hic Cherii*.

CODEX XCI. *a.* II. 13.

Chartaceus, foliis conſtans 155. charactere ſcriptus *Raſci* ſatis diluto, ut pleriſque in locis literæ evanuerint, inſcribitur ספר ניקמאכיה SEPHER NIKOMACHIAH *liber Nikomachiàh*, ideſt pars prima

Digitized by Google

prima moralium ARISTOTELIS cum commentariis ABEN RASCIAD, ſive AVERROIS, ut ſcriptum eſt *fol.* 153. *pag.* 2. נשלם ביאור בן רשד לספר המדות לארסטוטליס הנקרא בלשון יון ניקומאכיה והוא החלק הראשון: *abſolutus eſt commentarius Ben Raſciàd in librum Moralium Ariſtotelis, dictum lingua Græca Nikomachiàh, & eſt pars prima.*

Paullo poſt hæc adduntur: והעתקתי הספר הזה אני שמואל בן יהודה בן משלם בן יצחק בן שלמה ממרשלייאר ונשלמה העתקתו יום ב׳ אדר הראשון משנת השמנים ואחד לפרט האלף הששי: *& tranſtuli librum hunc ego Samuel, filius Judæ, filii Meſciullam, filii Iſaaci, filii Salomonis Maſſilienſis, & abſoluta eſt ejus translatio die* 2. *primi Adar*, ideſt primæ Lunæ Februarii, *anno* 81. *creationis ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1321.

Pagina autem 1. ejuſdem folii notatur annus, quo *Aben Raſciàd* confecit expoſitionem ſuam, תקעב לחשבון ישמעאלים 572. *ſecundum computationem Iſmaelitarum*, ideſt æræ Vulgaris 1194.

CODEX XCII. *a.* II. 14.

Chartaceus, folia habens 36. charactere exaratus *Hebræo-Italo* lectu perdifficili, continet מסכת שבועות MASECHETH SCEVUOTH *tractatum de juramentis;* qui eſt liber VI. Ordinis Miſcnici נזיקין NEZIKIN *de damnis.*

CODEX XCIII. *a.* II. 16.

Chartaceus, folia habens 115. charactere ſcriptus *Hebræo-Germanico*, hiſtoriam complectitur gentis Hebrææ ab *Adami* genealogia uſque ad everſionem *Jeroſolymorum* ſub *Tito*. Incipit: אוליד את שת וכול: *genuit Seth* &c. omiſſo nomine *Adam*; quippe cum Scriba in animo haberet illud variis coloribus delineare, atque ob id ſpatium ei excipiendo ſatis idoneum reliquit. Duo priora folia exeſa ſunt, & lacera.

De hac hiſtoria, deque ejus autore, num ex Græco textu *Flavii Joſephi* translata ſit, num opus *Joſephi Gorionidis*, an recentioris Scriptoris, legere eſt, quæ fuſius differit Chriſtophorus Wolfius pag. 508. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*. Certe in noſtro Codice apparet communis Hebræorum ſententia, qui eam attribuunt *Joſepho, filio Gorionis*, quem a Joſepho, filio Mattathiæ, non diſtinguunt. Dicitur enim *pag.* 2. *fol.* 113. שלי זה הספר שנקרא יוסף בן גוריון הקטן יצחק טריוש: *eſt meus hic liber, qui vocatur* JOSEPH, *filius* GORIONIS, *minoris Iſaaci Treves.*

Fol. autem 112. *pag.* 2. & *fol.* 113. *pag.* 1. Sunt quædam carmina Itala literis Hebræis ſcripta de *infelici conjugum ſtatu.*

CODEX XCIV. *a.* II. 19.

Membranaceus, foliis conſtans 243. charactere ſcriptus eſt quadrato cum punctis vocalibus, in quo phraſes *Hebræo-Hiſpanicæ* ordine alphabeti digeſtæ a quodam R. ABRAHAMO, *filio* JOSEPHI COHEN.

CODEX XCV. *a.* II. 20.

Chartaceus, foliis conſtans 255. multiplici exaratus charactere, primam partem complectitur libri מכלול MICHLOL R. DAVIDIS, *filii* JOSEPHI KIMCHI, ſcilicet univerſam grammaticam linguæ Hebrææ. Contextui aliquot animadverſiones R. ELIÆ LEVITÆ *Germani* interjectæ leguntur; & loca *Scripturæ* exhibentur cum punctis vocalibus. Sunt etiam adnotationes in margine. Liber tamen paſſim mancus eſt, & imperfectus. *Nulla eſt alicujus nominis Bibliotheca*, inquit Bartoloccius part. II. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 34. *in qua MS. non reperiatur alterutra, aut utraque pars Michlòl.*

In fine *fol.* 191. dicitur liber ſcriptus fuiſſe *anno creationis* קה לפרט 105. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1345.

Digitized by Google

Poſt hæc adduntur nonnulla de libello repudii, excerpta ex libro quarto Ordinis Miſcnici נשים NASCIM *de mulieribus*.

Fol. autem 195. ספר צחות SEPHER TZACHUTH *liber elegantiæ* : liber itidem *Grammaticus*, ſed paſſim mutilus, & ita aqua, & ſitu corruptus, ut literæ in multis pagellis penitus evanuerint, non indicato autoris nomine. Wolfius autem tribuit librum hujus tituli, & argumenti R. SAADIÆ GAON, *filio* JOSEPHI, *Ægyptio* pag. 934. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*; & autor catalogi *Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis* Codice CCCCXLVIII. ABRAHAMO ABEN ESRÆ.

Fol. 233. חליצה CHALITZAH *de ablatione calcei* excerpta quædam ex libro primo Ordinis Miſcnici נשים NASCIM *de mulieribus*.

Fol. 235. Eſt iterum ſermo de re grammatica, ſed mancus, & imperfectus, & ſine autoris nomine.

CODEX XCVI. *a.* II. 21.

Chartaceus, charactere exaratus eſt *Hebræo-Italo*, adjectis adnotationibus in margine, conſtatque foliis 116. Agitur primum in eo de Legis ſtudio inſtituendo, de Legis præceptoribus, de linguæ genere, de accentibus, de punctis vocalibus, & regulis grammaticis. Abeſt autoris nomen, & titulus libri.

Fol. 113. *pag.* 2. brevibus verbis deſcribitur *phænomenon*, quod ſe vidiſſe teſtatur מרדכי פנצי MARDOCHÆUS PINTZUS. Incipit enim אמר מרדכי פנצי הנה ראיתי וכול : *dixit Mordechai Pintzi, ecce vidi* &c.

In fine autem narrationis hæc habentur : ובזה נתבאר מה שנראה לנו בזה עתה ביום העשרים לחדש ניסן של שנת חמשת אלפים ומאתים ושבעה ליצירה : *& ſic explicatum eſt id, quod apparuit nobis hodie die* 20. *menſis Niſan*, ideſt Lunæ Martii, *anno* 5207. *creationis*, ideſt æræ Vulgaris 1447. MARDOCHÆUM PINTZUM ſcripſiſſe *de novilunii*, *æquinoctiis*, *& ſolſtitiis*, tradit Bartoloccius part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 16. ejuſque librum non niſi MS. ait reperiri : num vero & hoc *phænomenon*, quod in MS. codice Taurinenſi legitur, exſtet in eodem libro, dijudicaverint illi, quibus ejus perlegendi copia fuerit.

Fol. 114. pag. 2. החלק השלישי מספר רב פעלים HACHELEK HASSCELISCI MISSEPHER RAU POALIM, *pars tertia libri*, qui inſcribitur, RAU POALIM, *magnus operationibus*, vel *conjugationibus*, ut vertit Bartoloccius part. III. pag. 804. *Bibliothecæ Rabbinicæ*, ſive *Magiſter verborum*, ut Wolfius pag. 528. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*. Eſt ſcilicet pars tertia grammaticæ JOSEPHI ZARKA, Scriptoris ſæculi XVI.

In fine: ובכאן נשלם מה שמצאתי מן הספר רב פעלים : *& jam completum eſt id, quod inveni, libri Rau Poalim.*

Hujus Grammatici meminit etiam Autor *Scialſceleth Hakkabbalah* pag. 60. eumque conjungit cum Elia Germano, qui floruit anno 1510. Recenſetur præterea in catalogo Grammaticorum Hebræorum, quem protulit Morinus ex codice MSS. *Bibliothecæ Oratorianæ* lib. II. *Exercit. Biblic.* pag. 431.

CODEX XCVII. *a.* II. 22.

Chartaceus, foliis conſtans 229. charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano*, non ab eodem ſemper ſcriba, quamplurima continet opuſcula.

I. Sunt עמודי כסף AMUDE CHESEPH *columnæ argenteæ*, titulo deſumto ex com. 10. cap. III. *Cantici Canticorum*; commentarius R. JOSEPHI ABEN CASPI, qui floruit Sæculo XIII. in *Moreh Nevuchim Maimonidis*.

Reperitur MS. etiam in *Bibliotheca Vaticana*, uti teſtatur Bartoloccius part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 811.

II. *Fol.* 45. מסכיות כסף MASCHIJOTH CASEPH *cogitationes argenteæ*, ſive אוצר השם OTZAR HASSCEM *theſaurus Dei*, ut

ab

Digitized by Google

ab initio præfationis etiam inſcribitur; commentarius pariter CASPI in *Morèh Nevuchìm*, ubi, quæ ad ſecretiorem Theologiam ſpectant; סודות האלהות SODOTH HAELAHUTH, *ad ſecreta divinitatis*, ut ait eodem in loco ipſemet *Caſpì*.

Hujus commentarii non meminit ſpeciatim Bartoloccius in voce יוסף אבן כספי *Joſeph Aben Caſpì*, neque Wolfius, neque ceteri, qui *Bibliothecas Rabbinicas* confecerunt.

III. *Fol.* 80. מנורת כסף MENORATH CHESEPH *candelabrum argenteum*, titulo deſumto ex lib. I. *Paralipom.* cap. XXVIII. com. 15. Eſt itidem commentarius ejuſdem *Caſpì* in *Morèh Nevuchìm*, ubi ſermo eſt præſertim de *Hierarchiis Cæleſtibus*.

IV. *Fol.* 121. ספר גביע כסף SEPHER GHEVIAA CHESEPH *liber ſcyphi argentei*, titulo deſumto ex cap. XLIV. com. 2. *Geneſeos*. Commentarius pariter CASPI in *Morèh Nevuchìm*, ubi de *myſteriis legis*, omiſſus a Bartoloccio.

V. *Fol.* 157. ספר המוסר אשר שלח החכם ר׳ יוסף אבן כספי אל בחור ר׳ שלמה בנו לבלנסיה: SEPHER HAMMUSAR *liber moralis, quem miſit ſapiens R. Joſeph Aben Caſpì ad juvenem R. Salomonem, filium ſuum, Valentiam*; ignotus Buxtorfio, Hottingero, Plantavitio, Bartoloccio, Wolfio, ceteriſque omnibus, qui de *Joſepho Aben Caſpì* verba fecerunt.

VI. *Fol.* 165. ספר שלחן כסף SEPHER SCIULCHAN CHESEPH *liber tabulæ argenteæ*: tractatus ejuſdem CASPI de lingua Hebræa, ejuſque excellentia, & recta ſcribendi ratione. Et hic omnibus ignotus.

VII. *Fol.* 208. יסוד מורא וסוד תורה JESOD MORA VESOD TORAH *fundamentum timoris, & arcanum legis*, autore R. ABRAHAMO, *filio* MEIR, *filii* ESRÆ. Prior tractatus eſt *Theologicus*, alter *Cabbaliſticus*. Unde apparet, falſum omnino fuiſſe Bartoloccium, & qui eum ſecutus eſt, Jacobum Baſnagium Tom. V. *Hiſtoriæ Judaicæ* pag. 38. quando ait part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 38. יסוד מורא JESOD MORA *fundamentum timoris* eſſe librum Grammaticum. Sed erroris anſam præbuerunt fortaſſis Bartoloccio codices nonnulli MSS. in quibus præmittuntur his tractatibus elementa *linguæ ſanctæ* ejuſdem R. ABRAHAMI, *filii* ESRÆ: cujuſmodi porro eſt codex CCXXII. *catalogi MSS. codicum Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Uterque MS. reperitur etiam in *Bibliotheca Vaticana*, ut teſtatur Bartoloccius citato loco.

VIII. *Fol.* 219. איגרת אשר קלזנפר אל החכם ר׳ מנחם אנלפר והוא הספר היחוד לדרך החיים: IGGHERETH ASCER KALISNAPHAR EL HACHACHAM RABBI MENACHEM EGLAPHAR VEHU HASSEPHER HAIICHUD LADDERECH HACHAJIM. *Epiſtola Aſcer Kaliſnaphar ad ſapientem R. Menachem Eglaphar, ideſt liber de unica via vitæ*; a nemine, quod ſciam, memorata.

IX. *Fol.* 225. Ratio inveniendi ſolſtitia, & æquinoctia, autore R. IMMANUELE HACCHENAPHAIM. Vide codicem LXXXV.

X. *Fol.* 227. Commentarius *Anonymi* ſcriptoris in primum caput ברכות BERACHOTH *de benedictionibus*.

XI. *Fol.* 229. מבוא הגמרה לרבי שמואל הנגיד MEVO HAGGHEMARAH LERABBI SCEMUEL HANNAGHID *introductio in Ghemaram Rabbini* SAMUELIS HANNAGHID, antiquiſſimi Poetæ; ſed vix eſt initium. Bartoloccius part. IV. *Bibliothecæ Rabbinicæ*. pag. 400. citat hunc eundem librum, & quidem MS. ſub hoc titulo, בן משלי BEN MISCLE, *filius Proverbiorum*.

CODEX XCVIII. *a.* II. 24.

Chartaceus, folia habens 186. Hebræis literis Germanicis, & lingua Germanica ſcriptus; eſt *Antidotorum* liber.

CODEX XCIX. *a.* II. 25.

Chartaceus, foliis conſtans 144. charactere *Hebræo-Hiſpano* ſcriptus, ſitu fœdus, putriſque, ut foliorum extre-

Digitized by Google

mæ partes deperditæ ſint, & characteres alicubi vix appareant. Sunt in eo.

I. שערי תשובה SAARE TESCIUVAH *portæ pœnitentiæ*, ideſt commentatio de *pœnitentia*, autore RABBINO JONA, ut ſcriptum eſt *fol.* 53. Num hic JONAS ſit *Gerundenſis*, ut exiſtimant Buxtorfius, & Wolfius, an *Pragenſis*, ut Plantavitius, an denique *Catalaunus*, ut Bartoloccius, legere eſt Wolfium pag. 489. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*, & Bartoloccium pag. 787. part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ*. Ex noſtro codice nihil definiri poteſt.

II. *Fol.* 54. תחיית המתים TECHIJATH HAMMETHIM *de reſurrectione mortuorum*, *R.* MOSIS *Ægyptii*, ſive *filii* MAIMONIS, ex interpretatione *R. Samuelis*, *filii Judæ Aben Tibbon*; non *R. Judæ Aben Tibbon*, qui fuit pater R. *Samuelis*, ut perperam exiſtimavit Buxtorfius, & poſt Buxtorfium Hottingerus. Præit *Tibbonidis* præfatio, cujus initium; אמר החכם וכול

Exſtat etiam in *Bibliotheca Vaticana*, ut ſcribit Bartoloccius part. IV. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 393. & *Regia Pariſienſi*, ut vidimus in ejus catalogo.

III. *Fol.* 67. איגרת תימן IGGHERETH TEMAN, *epiſtola meridionalis*, ideſt epiſtola, qua R. MOSES, *filius* R. MAIMONIS hortatur, & monet omnes Synagogas meridionales *Africæ*, ut conſtantes ſint in cultu legis Moſaicæ; converſa ex Arabico idiomate in Hebræum a R. NACHUM. Eadem eſt, ac epiſtola nuncupata in fine editionis Baſileenſis anni 1629. פתח תקוה PETHACH TIKVAH *janua ſpei*; & quæ prodiit, ſed mutatis nonnullis, in collectione *opuſculorum R.* SALOMONIS DEL MEDICO eodem anno 1629. eodemque in loco, & quæ in calce ספר מצות SEPHER MITZVOTH *libri de præceptis* Amſtelodami anno *Orbis conditi* 420. *Chriſti* 1660.

IV. *Fol.* 87. תוכחת מוסר TOCHACHATH MUSAR *correctio diſciplinæ*, liber didaſcalicus, quo R. CHAJIM, *filius* R. ABRAHAM corrigit, & caſtigat ſuorum mores. Altum de hoc libello apud omnes eſt ſilentium. Ejus initium אמר החכם ר' חיים בר' אברהם וכול:

V. *Fol.* 98. פירוש פרק חלק PERUSC PEREK CHELEK *commentarius* R. MOSIS, *filii* R. MAIMONI, *in caput Chelek*, ſeu in caput X. libri SANHEDRIN. Bartoloccius meminit duntaxat præfationis part. IV. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 109.

VI. *Fol.* 112. מורה נבוכים MOREH NEVUCHIM, *Doctor perplexorum*, liber R. MOSIS, *filii* R. MAIMON, ſed mutilus, & imperfectus, de quo in codice XLI.

VII. *Fol.* 122. *Antidotorum* libellus, mutilus fine, & ſine autoris nomine.

VIII. *Fol.* 123. Sermo *Anonymi* de laudibus Legis.

IX. *Fol.* 127. Sermo *Anonymi* pariter Scriptoris de laudibus Jeruſalem.

X. *Fol.* 130. *pag.* 2. Paraphraſis Poetica R. JECHIELIS, *filii* TUBIELIS *Romani* de deſtructione Jeruſalem.

XI. *Fol.* 133. Ejuſdem JECHIELIS tractatus de virtutibus moralibus.

CODEX C. *a.* II. 26.

Chartaceus, folia habens 240. charactere ſcriptus *Hebræo-Italo*, in quo

Fol. 1. ספר כללים מהזוהר SEPHER CHELALIM MEHAZZOHAR, *ſumma capita libri* ZOHAR.

Fol. 48. ספר ספירות SEPHER SEPHIROTH *liber Sephiroth*, de quo in codice LXXXVIII. num. 8.

Fol. 102. כללי שערי אורה CHILLE SCIAARE ORAH *ſumma capita libri Cabbaliſtici, qui inſcribitur* SCIAARE ORAH *portæ lucis*; non indicato autoris nomine.

Fol. 132. מפתחות שערי צדק MIPHTACHOTH SCIAARE TZEDEK *apertiones portarum juſtitiæ*, ideſt *introductio* in librum Cabbaliſticum, cui titulus SCIAARE TZEDEK *portæ juſtitiæ*, autore *Anonymo*.

Fol. 157. Nonnulla excerpta ex libro Cabbaliſtico דרך אמונה DERECH EMUNAH *via veritatis*.

Fol. 159. טעם הקרבנות TAAM HAKKORBANOTH *de ratione ſacrificiorum*, ubi explicantur ſacrificia ex principiis Cabbaliſticis. Abeſt explanatoris nomen.

Fol.

Digitized by Google

Fol. 170. אגרת חמודות IGGHERETH CHAMUDOTH *epiſtola deſiderabilium*; tractatus eſt Cabbaliſticus, citatus in præfatione libri *Cozrì*, ut monet Buxtorfius pag. 431. ſuæ *Bibliothecæ Hebrææ*, cum adnotationibus in margine; & quem recenſuit, tamquam *Anonymum*, Bartoloccius pag. 58. part. I. laudatæ ſæpius *Bibliothecæ Rabbinicæ*. Fortaſſis eſt eadem epiſtola *deſiderabilium*, quam autor *Catalogi MSS. codicum Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis* tribuit R. ELIÆ, *filio* BENIAMIN, & in qua ait, ſermonem haberi de *decem Sephiroth*: aut etiam, quam Wolfius ſub titulo אגרת החמדה IGGHERETH HACHEMDAH *epiſtola deſiderii*, ſeu *deſiderabilis* part. 1. pag. 876. *Bibliothecæ Hebrææ* adjudicat Rabbino *Moſi Nachmanidi*; parte autem II. pag. 1250. refert inter *Scripta Hebræorum Anonyma*. Ceterum deſideratur initium.

Fol. 197. גלגול GHILGUL *de revolutione*, ſive *tranſmigratione animarum*, autore *Anonymo*.

Fol. 202. Folia tranſpoſita ſunt, & videntur ſpectare ad *Epiſtolam deſiderabilium* uſque ad *folium* 204.

Fol. 205. Sequuntur varii tractatus Cabbaliſtici uſque ad *folium* 232. ubi & explicatio quarumdam vocum Cabbaliſticarum.

Fol. 236. Diſputatio de ספירות SEPHIROTH inter R. MENACHEM, & R. DAVID.

CODEX CI. *a.* II. 27.

Chartaceus, foliis conſtans 122. vario exaratus charactere, multa complectitur opuſcula.

Fol. 1. Eſt איגרת חי בן מקיץ עם ביאור החשוב .... המעלה בן סינא: IGGHERETH CHAI BEN MEKITZ IM BIUR HACHASCIUV ... HAMMAALEH BEN SINA, ut ſcriptum eſt *folio* 18. in fine *pag.* 2. *epiſtola Chai Ben Mekitz cum commentariis viri magnæ exiſtimationis ... & excellentis* BEN SINA, ideſt AVICENNÆ, ſed mutila principio.

Fol. 19. שאלות ששאל החכם ר׳ יוסף בן ר׳ ישראל מהחכם הגדול הפילוסוף ר׳ שמואל בן תבון: *interrogationes, quibus interrogavit ſapiens R. Joſephus, filius R. Iſraelis, ſapientem magnum Philoſophum R. Samuelem, filium Tibbon*. Quærit nimirum R. JOSEPH, *filius* ISRAELIS, explicationem aliquot locorum *Morèh Nevuchìm* a R. SAMUELE, *filio* TIBBON.

Fol. 31. Ejuſdem ad eundem epiſtola de rebus quibuſdam ad *Matheſim* ſpectantibus.

Fol. 97. מאזני העיונים לחכם אבן רשד MOZENE HAIJONIM LECHACHAM ABEN RASCIAD *ſtateræ contemplationum ſapientis* ABEN RASCIAD, ideſt AVERROIS: liber, in quo ponderantur ea, quæ ſcripſit *Averroes de divina autoritate, providentia, & prima rerum creatarum cauſſa*, non indicato autoris nomine.

De his omnibus nemo unus, (quod ſciam) eorum, qui *Bibliothecas Rabbinicas* compoſuerunt, mentionem fecit.

CODEX CII. *a.* II. 28.

Chartaceus, folia habens 195. vario ſcriptus charactere Rabbinico, eſt collectio miſcellanea, in qua

Fol. 1. Grammatica Hebræa ſine autoris nomine, cum ortographia ejuſdem linguæ. Prima folia partim lacera ſunt, partim fœdata, ut vix legi poſſint.

Fol. 9. על תפילין AL THEPHILLIN *de Thephillin*, ideſt loris coriaceis, quæ Judæi precaturi alligant circa caput, & ſiniſtro brachio, tractatus R. MEIR DE ROTENBURGO. Et hìc aqua diluta folia omnia, ut pleriſque in locis characteres evanuerint.

Fol. 19. De *primo die anni, quo Deus aperit librum Juſtorum, Mediorum, & Impiorum*, charactere adeo exili, ut oculorum aciem fere effugiat.

Fol. 34. Interpretationes legis R. MEIR, *filii* ISAACI JAPHE.

Fol. 36. ספר מדות SEPHER MIDDOTH *liber de Moribus*, mutilus fine, ſine autoris nomine, & tam exili ſcriptus charactere,

Digitized by Google

ractere, dictionibusque invicem adeo compactis, ut ægre, multoque negotio singulæ dignosci possint.

Fol. 50. *pag.* 2. ספר מהריל SEPHER MAHARIL, *liber Maharil*, ideſt ספר מנהגים SEPHER MINHAGHIM *liber rituum* R. JACOBI LEVITÆ, qui obiit anno *Mundi* 5187. *Christi* 1427. ut scribit Rab. David Ganz, dicti per compendium literarum מהריל *Maharil*, ideſt מורנו הרב ר׳ יעקובלוי *Morenu Harau Rabbi Jacob Levi*, non *R. Jacob Levita Veilensis*, ut minus recte interpretatus est Buxtorfius pag. 115. *de Abbreviaturis*. Edisseruntur in eo omnes ritus a Judæis per totum annum recepti. Et quidem citato *folio* 50. est sermo de *festis diebus*; ast caret initio.

Fol. 67. *pag.* 2. תפילות TEPHILLOTH *de precibus* & ספר תורה SEPHER TORAH *de libro Legis*.

Fol. 68. *De* ברכות BERACHOTH *benedictionibus*, & de מזוזה MEZUZAH *Schedis*, quas Judæi in postibus januarum absondunt.

Fol. 69. De *luctu*, & *exequiis*.

Fol. 70. De *matrimonio*, & *divortio*.

Fol. 72. *pag.* 2. de *formula libelli repudii*.

Fol. 73. De *ascensu Mosis in Cœlum*.

Fol. 77. Hæc leguntur ביום ד׳ יב׳ תשרי שלמתי *die quarta duodecima mensis Tisri*, ideſt Lunæ Septembris, *anno creationis* 270. *secundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1510. *absolvi* דרשות שכתב אבי מהריל *homilias*, sive *conciones allegoricas*, *quas scripsit pater meus Maharil*, *quarum aliquot missas feci*, quod שלא יכולתי לקרותו כי היה הכתב קטן מאד *compendiosis literis*, & *minutissimo charactere scriptæ*, *ut nullo modo legere potuerim*.

Fol. autem 78. De *sonitu cornu primo die anni*, cum adnotationibus in margine.

Fol. 85. De כפור CHIPPUR, *expiatione peccatorum*, cum adnotationibus in margine.

Fol. 88. De סכות SUCCHOTH *tabernaculis*.

Fol. 90. De חנוכה CHANUCHAH, *dedicatione templi*, & de פורים PURIM, *die festo Purim*, sive *Sortium*.

Fol. 92. *pag.* 2. *de mulierum purificatione*.

Fol. 93. De *culinæ vasis ad festa Paschatis*.

Fol. 95. De עומר OMER *manipulo hordei*, qui offerebatur die secundo *Paschatis*, a quo die numerare incipiebant Hebræi septem hebdomadas *Pentecostes*, & *de primo die anni*.

Fol. 98. De *Sabbatho*.

Fol. 100. De *matrimonio*, de *redemtione primogeniti*, & de *circumcisione*.

Fol. 102. *pag.* 2. *formula* habetur *libelli repudii*, cui hæc subjiciuntur: זה העתקת מגיט שניתן לפני אבי מהריל והועתק יוה כיוה בשבעה עשר יום לחדש סיון שנת ח משת אלפים ומאה ושמנים ושש בעיר מוגנתייא: *hoc est exemplar Scripturæ repudii datæ coram patre meo Maharil*, *& transcriptum est verbo ad verbum die* 17. *mensis Sivan*, ideſt Lunæ Martii, *anno creationis* 5186. ideſt æræ Vulgaris 1426. *Moguntiæ*.

Fol. 104. De אסור והיתר ISSUR VAHETER, *vetitis*, & *licitis*.

Fol. 106. *pag.* 2. סדר סילוק SEDER SILLUK *Ordo Silluk*, ideſt carmen, quod in die festo communibus precibus interponere solent Judæi ante קדושה *Keduscìàh*, ideſt antequam dicant precationem illam, quæ incipit יתגדל ויתקדש Ithgaddel Veithkaddesc *magnificetur*, *& sanctificetur nomen ejus &c.* Vocant autem סלוק SILLUK, *finis*, *absolutio*, quia est earumdem precum finis. Hoc carmen dicitur in codice nostro præcepisse MAHARIL una cum jejunio trium dierum, & trium noctium se proximę consequentium *Moguntiæ*, feria scilicet prima, secunda, & tertia אחר שבת בראשית שנת קפא *post Sabbathum Berescith ann. creationis* 181. *secundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1421.

Fol. 107. *pag.* 2. Regulæ de *dando libello repudii*.

Fol. 108. De שחיטה SCECHITAH *jugulatione animalium*.

Fol.

Digitized by Google

Fol. 110. De חליצה CHALIZAH, *ablatione calcei*.

Fol. 113. De שולחן SCIULCHAN *menſa*.

Fol. 119. De מילה MILAH *Circumciſione*, & de אסור והיתר ISSUR VAHETHER *vetitis*, & *licitis*.

Fol. 121. De *carne ſale condienda*, tractatus R. ISAACI DURENSIS cum commentariis in margine multorum Rabbinorum, minutiſſimo ſcriptus charactere, fœdo interdum, & ſpurco.

Fol. 153. ספר פרנס SEPHER PARNAS *liber Parnàs*, ideſt liber R. MOSIS PARNAS de ROTENBURGO, *qui eſt ritualis, aliquoties allegatus in libro Maharil*, ut ſcribit Wolfius pag. 887. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*. Fugit autem diligentiam Bartoloccii.

Fol. 164. Excerpta nonnulla ex טעמי המסורת TAAME HAMMASORETH *criticis obſervationibus* R. MEIR, *filii* BARUCH, in *textum Biblicum*, quas integras exſtare in *Codice MS. Vaticano*, affirmat Bartoloccius part. IV. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 16. His ſubjiciuntur perbreves multorum Rabbinorum in aliquot *Legis* præcepta animadverſiones.

Fol. 178. Hiſtoria cujuſdam mulieris gravidæ, quæ partum tribus annis in utero geſtavit, nec parere potuit, niſi per jejunium, ſine autoris nomine.

Fol. 182. De *diſcrimine naturæ Angelorum, hominum, & Brutorum*, incerti pariter autoris.

Fol. 185. Teſtamentum morale R. ELIEZER LEVI.

Fol. 190. Tractatus moralis, ignoti Scriptoris, mutilus fine.

CODEX CIII. *a.* II. 29.

Chartaceus, conſtans foliis 74. charactere ſcriptus *Hebræo-Italo* inconcinno admodum, & lectu perdifficili, mancus paſſim, & imperfectus, perturbata etiam foliorum ſerie. Tres in eo habentur tractatus.

Primus inſcribitur כוזרי COSRI, ſive CHUZARI; ſive CHUZRI, de cujus autore videre eſt Bartoloccium, qui multa differit pag. 62. part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ*, tum Chriſtophorum Wolfium pag. 440. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*.

Dividitur liber in quinque partes, agiturque in univerſum de vera religione inquirenda, & uno Deo colendo, quem *Chavèr* Regi ſuo *Cuzàr* oſtendere ſatagit, illi ſuadens, *Deum Iſraelitarum* eſſe verum Deum, Cœli, & terræ Creatorem, & conſervatorem: unde eſt ſermo de *Deo, ejuſque eſſentia*, de *Mundi creatione*, de *Angelis*, de *Sacra Scriptura, ejuſque autoritate*, de *traditione*, de *Providentia divina*, de *Decretis Dei*, de *libero arbitrio*, de *reſurrectione mortuorum*, de *vita æterna*, de *cultu Dei*, de *idololatria*, de *præſtantia*, & *dignitate Judaici populi, terræ promiſſæ, linguæ Hebrææ*, de *prophetia*, & *prophetis*, de *Cabbala*, & *Cabbaliſticis myſteriis*, de *anima, ejuſque potentiis*, & *facultatibus*, atque *immortalitate*, & de aliis innumeris rebus ad Judaicam religionem ſpectantibus. Addita ſunt commentaria R. JUDÆ MUSCATI, quæ cum libro ipſo prodierunt *Venetiis* anno 1594.

Alter *Anonymi* de *expectatione Meſſiæ*.

Tertius pariter *Anonymi* de quibuſdam rebus ad Aſtronomiam pertinentibus, una cum tabulis Aſtronomicis.

CODEX CIV. *a.* II. 31.

Chartaceus, folia habens 271. charactere *Hebræo-Italo* exaratus, continet miſcellanea. Et primo quidem eſt expoſitio Cabbaliſtica aliquot precum, & cantionum, quas ſolent Hebræi ad Deum adhibere, R. MENACHEM RECANATENSIS, qui floruit anno *Chriſti* 1280.

Deinde *fol.* 6. שערי אורה SCIAARE, ORAH, *portæ lucis*, notiſſimus liber Cabbaliſticus R. JOSEPHI GIGATELLÆ *Hiſpani*, המקובל האלהי HAMMEKUBBAL HAELAHI *Cabbaliſtæ divini*, ut plerumque vocatur, quo univerſa fere ſecretior Judæorum Theologia comprehenditur,

Digitized by Google

ditur, ſpeciatim de nominibus, & *Atributis* divinis, ac decem *Sephiroth*, cum adnotationibus in margine.

Eundem librum MS. habuit etiam Plantavitius, ut ipſemet teſtatur num. 704. Servat etiam *Bibliotheca Medicea*, ut patet ex ejus catalogo pag. 137. *editionis Fabricii*, & *Regia Pariſienſis*, ut eſt pariter in ejus catalogo. Maſius autem in indice *Scriptorum* commentariis in *Joſuam* addito tribuit librum Josepho Nyctelo, deceptus litera נ *Nun*: legit enim ניקטילה *Nyctela* pro ניקטליח *Gigatella*, ſive *Gigatelia*, ſive *Gecatilia*, ut in omnibus, etiam in noſtro, eſt MSS. codicibus. Corrupte etiam Archangelus a *Burgonovo* pag. 53. *Apologiæ* pro *doctrina Cabbaliſtica* inſcribit librum *Sera Hora* pro *Sciaarè Oràh*.

Floruit Gigatella Sæculo decimo quinto.

Poſtea *fol.* 206. בית השם Beth Hasscem *Domus Domini*, liber Cabbaliſticus R. Mosis Levi Alkabetz, qui vixit anno *Chriſti* 1575. De hoc libro multa habet Rabbinus Gedalia, autor *Scialſceleth Hakkabbalàh*. Buxorfius vero in ſua *Bibliotheca Rabbinica* tribuit librum hujus tituli בית השם *Beth Haſſcem* cuidam *Moſi Lota*. Sed utique eſt mendum typographi pro *Moſe Levi*.

Tum *Fol.* 218. מדרש חסיד Midrasc Chasid *commentarius myſticus*, ſive *Cabbaliſticus* in *Canticum Canticorum* R. Simeonis, *filii* Jochai, ex Judæorum ſententia Cabbaliſtarum Principis, qui claruit temporibus *Adriani Imperatoris*.

Et *fol.* 245. R. Josephi Aben Sarga *Hiſpani* explicatio myſtica *precum*, & *ceremoniarum*. Exſtat MS. etiam in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*.

Et *fol.* 246. De *Cabbala* liber R. Beniamin Maghiantzini; de quo nihil ſcriptum apud quempiam invenimus.

Fol. tandem 249. uſque ad finem ſequuntur alia multa ad eandem Cabbalam ſpectantia, hinc inde excerpta, & ſine ullo ordine congeſta.

CODEX CV. *a.* II. 42.

Membranaceus, foliis conſtans 262. charactere conſcriptus quadrato elegantiſſimo, partim cum punctis vocalibus, partim ſine punctis vocalibus, præter quotidianas Hebræorum preces ſecundum Synagogæ Germanicæ ritus, continet *fol.* 214. rationem conficiendi *Kalendaria*; & *fol.* 249. קינה Kinah *lamentationem* R. Salomonis in everſione Jeruſalem, cum commentariis, & adnotationibus in margine.

CODEX CVI. *a.* II. 43.

Chartaceus, cui folia 53. eſt *Rituale Hebræum* lingua Germanica, & literis *Hebræo-Germanicis* ſcriptum.

CODEX CVII. *a.* III. 2.

Membranaceus, conſtans foliis 614. charactere ſcriptus quadrato perquam nitido, & perpolito, cui ſubjecta puncta vocalia, & duplici diſtinctus columna, variis inſuper ornatus in foliorum margine, & fine figuris florum, animalium, circulorum, ſemicirculorum, pyramidum &c. magna ex parte minio pictis, quas plerumque effingunt Hebrææ dictiones Masoræ alio, atque alio modo diſpoſitæ, & circumductæ. Continentur in eo omnes *Scripturæ V. T.* libri, addita utraque Masora. In margine notantur ſuis locis Parascioth, & Haphtaroth, incluſæ ſingulæ figura aliqua verſicolori nunc animal, nunc florem, nunc aliquid aliud referente.

Fol. autem 424. eſt tabula omnium Parascioth, & Haphtaroth.

In calce codicis hæc leguntur: אני מנוח בר׳ מרדכי כתבתי אלו עשרים וארבעה ספרים תורה ונביאים וכתובים לר׳ ליאון סיני מקולונייא וסיימתי בירח אדר בששה ועשרים בשנת חמשת אלפים ושבעים לבריאת עולם כאן בשרדינייא: *Ego Manoach, filius R. Mordechai ſcripſi hos 24. libros, Toràh, & Neviim, & Che-*

Digitized by Google

Chethuvim in uſum R. Leonis Sinai Colonienſis, & abſolvi eos menſis Adar, ideſt Februarii, *die* 26. *anno creationis* 5070. ideſt æræ Vulgaris 1310. *hìc in Sardinia*.

CODEX CVIII. *a.* III. 3.

Membranaceus, folia habens 601. charactere ſcriptus quadrato nitidiſſimo cum punctis vocalibus, & duplici columna, BIBLIA continet cum utraque MASORA: aſt liber *Paralipomenon* eſt mutilus fine.

CODEX CIX. *a.* III. 4.

Membranaceus, foliis conſtans 479. charactere exaratus quadrato admodum perſpicuo, & triplici diſtinctus columna, BIBLIA tertio exhibet, addita utraque MASORA; & liber pariter *Paralipomenon* eſt mutilus fine.

Primo autem folio eſt index HAPHTAROTH: at deſideratur initium.

CODEX CX. *a.* III. 5.

Membranaceus, folia habens 499. charactere ſcriptus quadrato elegantiſſimo, cum punctis vocalibus, continet ſequentes *Scripturæ* libros una cum commentariis RASCI.

Incipit a *Joſua*, poſtea *Judicum*, *Samuelis*, & *Regum* libri: hos excipiunt prophetiæ *Jeremiæ*, *Iſaiæ*, *Ezechielis*, & *duodecim Prophetarum*, tum *pſalmi Davidis*, *Proverbia*, *Job*, *Daniel*, *Eſdras*, *Nehemias*, *Paralipomena*.

In fine hæc habentur: אני מתתיה בר׳ יצחק כתבתי זה העשרים וארבע לר׳ שלמה בן נכבד ר׳ יהודה טוביה וסיימתיו יום ג׳ פ׳ ויצא שנת צזה לפרט: *Ego Matthathias, filius R. Iſaaci, ſcripſi hos viginti quatuor libros in uſum R. Salomonis, filii Nobilis R. Judæ Tobiæ, & eos complevi die* 3. *Paraſciàh* ויצא *Vaiietzè anno creationis* 95. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1335.

Deſiderantur igitur reliqui libri.

CODEX CXI. *a.* III. 6.

Membranaceus, conſtans foliis 284. charactere ſcriptus quadrato, cum punctis vocalibus, & triplici columna, ſequentes continet *Scripturæ* libros cum utraque MASORA, & hoc ordine.

Fol. 1. תורה TORAH *Pentateuchum*; ſed deſideratur בראשית BERESCITH, *Geneſis*, & incipit a *Paraſciàh* בשלח *Beſcialàch*.

Fol. 56. תהלים TEHILLIM, *Pſalmos*.

Fol. 77. משלי MISCLE, *Proverbia*.

Fol. 84. איוב JOB.

Fol. 93. רות RUTH.

Fol. 95. שיר השירים SCIR HASSCIRIM, *Canticum Canticorum*.

Fol. 96. קהלת KOHELETH, *Eccleſiaſten*.

Fol. 99. איכה ECHAH, *lamentationes Jeremiæ*.

Fol. 100. מגילת אסתר MEGHILLATH ESTHER, *volumen Eſtheræ*.

Fol. 103. דניאל DANIELEM.

Fol. 109. עזרא ESRAM.

Fol. 113. נחמיה NEHEMIAM.

Fol. 119. דברי הימים DIVRE HAIJAMIM, *Verba dierum*, ideſt *Paralipomena*.

Fol. 147. MACCHABÆORUM *hiſtoriam*.

Fol. 249. יהושע JOSUAM.

Fol. 160. שופטים SCIOPHETIM, *Judices*.

Fol. 169. שמואל SAMUELEM.

Fol. 194. מלכים MELACHIM, *Regum libros primum*, & *ſecundum*.

Fol. 221. ישעיה ISAIAM.

Fol. 236. ירמיה JEREMIAM.

Fol. 254. יחזקאל EZECHIELEM.

Fol. 273. שני עשר נביאים SCENE ASCIAR NEVIIM, *duodecim Prophetas*. Aſt deſideratur *Malachias*, & *Zachariæ* prophetia caret fine.

CODEX CXII. *a.* III. 7.

Membranaceus, foliis conſtans 250. charactere ſcriptus quadrato cum punctis vocalibus, & duplici columna, in quo תהלים TEHILLIM, *Pſalmi* DAVIDIS cum commentariis R. DAVID KIMCHI.

Digitized by Google

CODEX CXIII. *a.* III. 17.

Chartaceus, foliis conſtans 347. charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano*, in quo

Fol. 1. שלש עשרה עקרים SCELOSC ASCIARAH AKARIM, *tredecim articuli fidei*, quos primus conſtituit R. MOSES, *filius* MAIMON. Deſiderantur aliquot folia.

In fine *folii* 110. hæc habentur: כתבתיו אני אברהם תלמיד בשנת הרמג לפרט שבט כו: *Scripſi ego Abraham Talmid anno* 243. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1483. *menſis Scevàt*, ideſt Januarii, *die* 27. Reperitur etiam in catalogo MSS. *codicum Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Fol. 111. מורשת קהלת יעקב MORESCETH KOHELETH JAAKOU *hæreditas congregationis Jacob*, titulo deſumto ex cap. 32. *Deuteronomii*; commentarius R. JACOBI, *filii* ISAACI TZAHALON *Romani*, & *Doctoris Synagogæ Ferrarienſis*, qui natus eſt anno Mundi 5290. Chriſti 1530. in tres priores tractatus libri היד חזקה HAIIAD CHAZAKAH *manus fortis* ejuſdem MAIMONIDIS, ſcilicet מדע MADAA de *ſcientia*, אהבה AHAVAH *de amore*; & זמנים ZEMANIM *de temporibus*.

Fol. 193. Commentarius R. SCEM TOU, *filii* R. JOSEPHI, *filii* PALKERÆ, qui floruit anno *Chriſti* 1509. in verba, quibus R. MOSES ÆGYPTIUS determinavit cauſſas inimicitiarum inter homines: mutilus eſt fine.

Exſtat MS. etiam in *Bibliotheca Vaticana*, ut ſcribit Bartoloccius part. IV. pag. 407. *Bibliothecæ Rabbinicæ*.

Fol. 271. פירוש המשנה PERUSC HAMMISCNAH *commentarius* MAIMONIDIS *in corpus Miſcnicum*. Eſt itidem mutilus, & imperfectus.

Fol. 296. ביאור ספר יסוד עולם BIUR SEPHER JESOD OLAM, *commentarius* R. SALOMONIS KORKOS in librum Aſtronomicum R. ISAACI, *filii* ISRAELIS, cui titulus יסוד עולם JESOD OLAM *fundamentum mundi*. Recenſens Bartoloccius genealogiam familiæ KORKOS part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 821. omiſit *Salomonem*, *filium Abrahæ*, autorem hujus commentarii: omiſit etiam Chriſtophorus Wolfius in ſua Bibliotheca Hebræa.

CODEX CXIV. *a.* III. 19.

Chartaceus, folia habens 445. charactere ſcriptus *Hebræo-Italo* פירוש על התורה PERUSCH AL HATTORAH *commentarios Cabbaliſticos*, & *allegoricos* complectitur R. MENACHEM RECANATENSIS in *Legem*. Habet eoſdem MSS. etiam *Bibliotheca Regia Pariſienſis*.

In fine ſunt quædam myſteria Cabbaliſtica ad agnoſcendas res ſecretiores.

CODEX CXV. *a.* III. 20.

Membranaceus, folia habens 118. charactere exaratus *Raſci* nitido, & perſpicuo, in quo *Anonymi* animadverſiones in commentarium SALOMONIS JARCHI in *Legem*.

CODEX CXVI. *a.* III. 21.

Membranaceus, foliis conſtans 123. charactere ſcriptus quadrato, eſt commentarius *Anonymi* explanatoris in *Legem* ſub hoc titulo פענח רזין PAANEACH RAZIN *revelatio ſecretorum*, quia autor in qualibet ſectione *Pentateuchi* revelat, ſive explicat duo, vel tria loca recondita, & obſcuriora, deſumta ex MIDRASC, & ex PARASCIAH.

In fine hæc leguntur, סיימתי זה פענח רזין טוֹ בתמוז קנד לפרט בראשון יום שבח ליחוה דר במרום הד: נתן בר משה הכהן: *abſolvi librum Paanèach Razìn die* 15. *Tamuz*, ideſt Lunæ Junii, *anno creationis* 154. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1394. *die primo*, *laus Deo Cælum inhabitanti*; *manus eſt Nathan*, *filii R. Moſis Cohen*. In margine ſunt paſſim adnotatiunculæ.

Similis commentarii MS. in *Bibliotheca Vaticana* mentionem facit Bartoloccius part. IV. *Bibliothecæ Vaticanæ* pag.

Digitized by Google

pag. 322. Memorat etiam Wolfius part. II. *Bibliothecæ Hebrææ* inter *Anonymos* ſub titulo פענח רזא PAANEACH RAZA, *revelatio ſecreti*. Parte autem I. pag. 627. tribuit *R. Iſaaco, filio Levitæ*; & librum Cabbaliſticum appellat, *in quo ſæpe adhibetur modus interpretandi per Notarikon*.

CODEX CXVII. *a.* III. 22.

Chartaceus, foliis conſtans 227. charactere ſcriptus *Hebræo-Italo* non ſatis diſtincto, & mutilus principio; multa continet myſteria *Cabbalæ Rabbinicæ*.

Primo enim eſt myſtica expoſitio *Legis*, incipiens a *Paraſciàh* וירא VAIJERA, *& apparuit*, & deſinens in *Paraſciàh* ויחי VAIHECHI, *& vixit*, non indicato autoris nomine.

Secundo *fol.* 33. *pag.* 2. explicatio myſtica *Alphabeti Hebræi* per *Rabbinum* AKIBAM, *filium* JOSEPHI, qui floruit ſæculo ſecundo, ubi ſingulæ literæ variis ornatæ apicibus, ſecundum Cabbaliſtarum myſteria exponuntur. Recenſetur etiam in *Catalogo Codicum Manuſcriptorum Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Fol. 35. ZOHAR in *Geneſim*, & *Exodum* uſque ad *Paraſciàh* יתרו ITRO, *Jetro*.

Fol. 138. explicatio myſtica *precum matutinarum*, autore R. AZARIELE. Fortaſſe eſt AZARIEL SAGHINAHOR, Cabbaliſta inſignis, qui Gerunda Burgum miſit ad ſuos librum Cabbaliſticum, inſcriptum מערכת אלהות MAARECHETH ELAHUTH, *ordinatio divinitatis*, de quo inferius in hoc eodem codice.

Fol. 145. ספירה עשירית SEPHIRAH ASCIRITH, *Sephiràh decima*, quæ eſt אין סוף EN SOPH, *ſine fine*, ideſt *Infinitas*.

Fol. 147. uſque ad *fol.* 165. *dies feſti Hebræorum* cum myſtica rituum explicatione, abſque autoris nomine.

Fol. 165. כללי הזוהר CHILLE HAZZOHAR *ſumma capita libri Zohar* uſque ad Paraſciàh בשלח *Beſcialàch*.

Fol. 198. *pag.* 2. מערכת האלהות MAARECHETH HAELAUTH, *ordinatio divinitatis*, liber Cabbaliſticus R. AZARIELIS SAGHINAHOR. Chriſtophorus autem Wolfius part. I. *Bibliothecæ Hebrææ* pag. 995. tribuit R. PEREZ, *filio* ISAACI COHEN, *Gerundeſi*, qui per compendium dicitur הרח HARAH, & qui vixit circa annum *Chriſti* 1241. Bartoloccius tamen recenſet part. II. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 284. ſub nomine רבי עזריאל שגיהור *Rabbi* AZARIEL SAGHINAHOR. Prodiit *Ferrariæ* cum commentariis anno *Chriſti* 1558. & exſtat MS. etiam in *Bibliotheca Oppenheimeriana*, & *Senatoria Lipſienſi* inter codices *Wagenſeilii*, ut citato loco notat Wolfius.

CODEX CXVIII. *a.* III. 23.

Chartaceus, folia habens 254. charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano*, varias continet expoſitiones *Legis* Cabbaliſticas, & myſticas, deſumtas ex libro ZOHAR.

CODEX CXIX. *a.* III. 24.

Chartaceus, foliis conſtans 233. charactere ſcriptus *Hebræo-Hiſpano*, in quo primum מגלת סתרים MEGHILLATH SETHARIM *volumen occultorum*; commentarius לר שמואל בר סעדיא בן מוטוט *Rabbini* SAMUELIS, *filii* R. SAADIÆ, *filii* MOTOT in loca quædam obſcuriora *commentariorum Aben* ESRÆ in *Pentateuchum*. Minus accurate igitur R. Sciabbathæus ſcripſit ממוט *Matot*, & Bartoloccius מוהות *Mothoth*, quod obſervavit etiam Chriſtophorus Wolfius part. I. *Bibliothecæ Hebrææ* pag. 1111. qui eundem commentarium MS. teſtatur ſe vidiſſe in *Bibliotheca Oppenheimeri*, & nos legimus in *Catalogo MSS. codicum Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*. Deeſt ultima *paraſciàh* זאת הברכה ZOTH HABBERACHAH; ſed locus a ſcriba relictus fuit ei excipiendæ ſatis idoneus, poſito duntaxat titulo.

Fol. 173. *pag.* 2. סור ליהוה ליריאיו אמר עזרא בר שלמה בן גאטיני המכונה אשתרוק

Digitized by Google

אשתרוק שלמה: Sod Ladonai Lireau, *secretum Dei timentibus eum, dixit* Esra, *filius* R. Salomonis, *filii* Gatini, *qui cognominatur* Astruk Salomon: est scilicet commentarius Esræ, *filii Salomonis*, in Pentateuchum, de quo ne verbum quidem apud *Bibliothecarum Hebræarum* Scriptores. Exstat tamen numero CX. *Catalogi MSS. codicum Bibliothecæ Regiæ Parisiensis.*

In fine; נשלם יום ששי עשרים יום לחדש טבת שנת שקיד לפרט הכותב רודו אלי יעקוב בן ברזילי בן יצחק הספרדי: *completus est liber die sexto*, 20. *mensis Teveth*, ideſt Lunæ Decembris, *anno* 214. *secundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1454. *scripsit Rhodi Eli Jacob, filius Barzilai, filii Isaaci, Hispanus.*

CODEX CXX. *a.* IV. 1.

Chartaceus, folia habens 175. in quo הזוהר מספר שמות Hazzohar Missepher Scemoth *Zohar in librum Exodi.*

In fine, ותכל מלאכת הזה ספר הזוהר מספר שמות שמצאתי בהעתק ר׳ אליהו חלפן והשלמתי שבט שיד לפרט פרת ארימנו עי יצחק צרפתי בן אברהם דקוסנטצה מאיריונו: *& completum est opus hujus libri Zohar in librum Exodi, quod inveni in exemplari R. Eliæ Chalphan, & absolvi mense Scevat*, ideſt Januario, *anno creationis* 316. *secundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1556. *hic Arimini per manus Isaaci Galli, filii Abrahami Constantiensis de Avenione.*

CODEX CXXI. *a.* IV. 2.

Chartaceus, foliis constans 212. characterе exaratus *Hebræo-Italo*, in quo שערי אורה Sciaare Orah, *portæ lucis*, tractatus Cabbalisticus, de quo supra Cod. CIV.

Tum *fol.* 26. Zohar in *Leviticum.*

In fine *fol.* 161. hæc habentur: ה תמוז שדי לאלף חמישי פה ארימנו בחנות מנחם מפולונייה יצחק צרפתי יצו בן אברהם משה דקוסטנצה הכותב: *die* 5. *Tamùz*, ideſt Lunæ Junii, *anno creationis* 5314. ideſt æræ Vulgaris 1554. *hìc Arimini in officina Menachem Poloni Isaacus Gallus Itzau, filius Abrahami Mosis Constantiensis, scriba.*

Sequitur deinde *fol.* 162. Zohar in librum *Numerorum.*

Fol. autem 199. חקירה באכילת הפרי שאכל אדם ואשתו וחטאתם: Chakirah Baachilath Happeri Sceachal Adam Veisco Vechatatham, *examen manducationis fructus, quem manducavit Adam, & uxor ejus, & peccati eorum.* Incipit; בזוהר פרשת בראשית וכול: omisso autoris nomine.

Fol. 202. Excerpta ex Harambam, & Zohar de animarum qualitatibus. Incipiunt: בהרמבם בהלכות יסודי התורה וכול: Sunt passim in margine adnotatiunculæ.

CODEX CXXII. *a.* IV. 5.

Membranaceus, charactere exaratus quadrato nitidissimo, foliis constat 86.

Est primo ביאור קהלת לוי גרשום Biur Koheleth Levi Ghersciom *commentarius in Ecclesiasten* R. Levi Gershom.

In calce *pag.* 1. *fol.* 32. hæc notata sunt: ובכאן נשלם ביאור קהלת והיתה השלמתו בתשעי לחדש מרחשון של שנת שמנים ותשע לפרט אלף הששי: *& jam completus est commentarius in Ecclesiasten, & quidem completus est die* 9. *mensis Marchesvan*, ideſt Lunæ Octobris, *anno creationis* 89. *secundum minorem computationem, sexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1329.

Postea *fol.* 32. *pag.* 2. ביאור שיר השירים Biur Scir Hasscirim *commentarius ejusdem* Levi Ben Ghersom *in Canticum Canticorum.*

Et in fine *fol.* 75. hæc, ובכאן נשלם זה הביאור והיתה השלמתו בסוף תמוז שנת שמנים וחמש לפרט לאלף הששי: *absolutus est jam hic commentarius, & quidem absolutus est, in fine Tamùz*, ideſt Lunæ Junii, *anno creationis* 85. *secun-*

Digitized by Google

ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii, ideſt æræ Vulgaris 1325.

Deinde *fol.* eodem *pag.* 2. ejuſdem Rabbini commentarius in מגילת רות MEGHILLATH RUTH *volumen Ruth*: & in fine *fol.* 79. *pag.* 2. ובכאן נשלם ביאור זאת המגילה והיתה השלמתו בראש חדש ניסן של שנת פט לפרט אלף השש: *completus eſt jam commentarius hujus Meghillàh, & quidem completus eſt initio menſis Niſan*, ideſt Lunæ Martii, *anno creationis* 89. *ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1329.

Denique *fol.* 80. ביאור מגילא אסתר לחכם ר׳ אברהם אבן עזרא BIUR MEGHILLATH ESTHER LECHACHAM RABBI ABRAHAM ABEN ESRA, *commentarius in Volumen Eſther Sapientis* R. ABRAHAM, *filii* ESRÆ.

Iidem commentarii MSS. habentur etiam in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*.

CODEX CXXIII. *a.* IV. 6.

Membranaceus, folia habens 140. charactere *Raſci* exaratus perpolito, eſt commentarius RALBAG, ideſt R. LEVI BEN GHERSOM in librum *Jobi*.

In calce *fol.* 139. hæc habentur: וחיתה השלמת זה הביאור בשני בשלשה עשרים לירח טבה של שנת חמשת אלפים ושמנים ושש לפרט: *completa eſt hæc expoſitio die ſecundo* 23. *menſis Tevèth*, ideſt Lunæ Decembris, *anno creationis* 5000. & 86. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1326.

Fol. autem 140. ותכל מלאכת עבודת זה ספר על ידי מאיר דשלוש מפרובינצא יצו והיתה השלמתו פה.... ראש חדש אדר של שנת חמשת אלפים ומאה ותשעים וארבע לבריאת עולם: *completum eſt opus hujus libri per manus Meir de Silvis Provincialis Itzau hìc*..., (abraſum iniqua manu loci nomen) *initio menſis Adar*, ideſt Lunæ Februarii, *anno creationis* 5194. ideſt æræ Vulgaris 1434.

Sunt in margine adnotationes alterius manus, & textui *Scripturæ* ſubjecta puncta vocalia.

CODEX CXXIV. *a.* IV. 7.

Membranaceus, folia habens 317. charactere ſcriptus quadrato ſatis nitido, & duplici columna, mutilus principio, continet

Fol. 1. Commentaria RASEI in libros *Judicum*, *Samuelis*, & *Regum*, *in Iſaiam*, *Jeremiam*, *Ezechielem*, & *duodecim Prophetas minores*.

Fol. 188. תוספות הרב אליעזר מיוורונא בישעיה בחלק ח על פסוק וכי יאמרו אליכם; *appendix* RAU ELIEZERI DE JORONA *in Iſaiæ caput* 8. *commate* וכי יאמרו אליכם *& cum dixerint vobis*. Nomen *Eliezeri de Jorona* non apparet in Vulgatis Hebræorum Bibliotheeis.

Fol. 189. *pag.* 2. incipit commentarius ABEN ESRÆ in *Paralipomena*, ad cujus calcem *fol.* 210. hæc adnotata leguntur: סיימתי פירוש דברי הימים הגדול הפילוסוף ר׳ אברהם אבן עזרא על יד שמואל בר׳ ירחמאל הסופר: *abſolvi commentarios in Paralipomena ſapientis magni Philoſophi R. Abrahami Aben Eſræ per manum Samuelis, filii R. Jerachmeel, Scribæ*.

Fol. 210. *pag.* 2. Eſt fragmentum commentarii ejuſdem ABEN ESRÆ in *Malachiam*. Inquit enim ſcriba ſtatim ab initio: מצאתי בהשלמת הפירוש מעט מפירוש מלאכי חתם הנזכר: *inveni, cum abſolverem commentarium, fragmentum commentarii in Malachiam ſapientis memorati*.

Fol. 211. Sequuntur commentarii RASCI in *Pſalmos*, in *Proverbia*, in *Jobum*, in *Danielem*.

Fol. 310. Eſt commentarius *Anonymi* interpretis in librum *Eſdræ*; ſed poſtrema folia lacera ſunt, & fœda, ut vix literæ appareant: quod idem obſervare contigit etiam in quibuſdam foliis commentariorum *Raſci*.

CODEX

Digitized by Google

CODEX CXXV. *a.* IV. 9.

Membranaceus, foliis conſtans 46. charactere *Raſcì* conſcriptus ſatis nitido, & duplici columna, in quo multa explicantur *Scripturæ* loca ab ignoto interprete; cujus fortaſſe nomen fuerit ab initio codicis: nam *fol.* 36. *pag.* 2. hæc habentur: עד הנה ביאורים שמצאתי מן החכם קדם זכרו: *hactenus expoſitiones, quas inveni, ſapientis antea memorati.* Sed prima folia neſcio quo fato deperdita, abſtulerunt etiam autoris nomen.

Fol. igitur I. proſequitur ſermo de *Paſquate*, & *de ſervitute Ægyptiaca.*

Fol. eodem *pag.* 2. ביאור עניין שבועות Biur Inian Scevuoth *expoſitio ſenſus abſconditi, ſive myſtici ſeptem Hebdomadarum*, ideſt *feſti diei Pentecoſtes.*

Fol. 4. *pag.* 2. ביאור מראה הסנה Biur Mareh Hassinah *explicatio viſionis in monte Sina.*

Fol. 6. ביאור אחר על המראה המתוארה *explicatio alia deſcriptæ viſionis.*

Fol. eodem *pag.* 2. ביאור אחר על המראה חמתוארה *explicatio alia deſcriptæ viſionis.*

Fol. eodem, eademque *pag.* ביאור פרשת אליהו הנביא זכור לטוב על דרך הנסתר *expoſitio ſectionis* (cap. 19. l. 3. *Regum*) אליהו הנביא *Elias Propheta, ut recordemur boni per viam occultam*, ideſt, qua docemur, multa bona occultis modis evenire, quemadmodum evenerunt Eliæ Prophetæ.

Fol. 9. *pag.* 2. ביאור פרשת בשנת מות המלך עוזיהו *explicatio ſectionis* בשנה מות המלך עוזיהו *in anno mortis Oziæ.*

Fol. 12. ביאור כלי המשכן Biur Chele Hammischan *explicatio vaſorum Tabernaculi.*

Fol. eodem *pag.* 2. ביאור סוד המנורה Biur Sod Hammenorah *explicatio arcani candelabri.*

Fol. 13. ביאור סוד השלחן Biur Sod Hassciulchan, *explicatur arcanum menſæ.*

Fol. eodem *pag.* 2. ביאור בגדי כהונה גדולה Biur Bigde Chehunah Ghedolah *explicatio veſtium Sacerdotii magni.*

Fol. 14. סעם השלחן והלחם אשר לפני השם יערכנו ביום השבת *ratio menſæ, & panis, quem coram Domino ſingulis Sabbathis apponebant.*

Fol. 19. *pag.* 2. ביאור ארבע דגלים שבמדבר Biur Arbaa Deghalim Scebammidbar *explicatio quatuor Vexillorum, quæ in deſerto.*

Fol. 20. טעם למה נחלק שוה שבט מנשה לנחול חצי בארץ סיחון ועוג וחצי מעבר לירדן ועוד למה נחלק שבט מנשה יותר משאר שבטים *ratio, cur diviſa æqualiter Tribus Manaſſis partem hæreditatis habuerit in terra Sehon, & Og, & partem cis Jordanem, & rurſus, cur eadem Tribus Manaſſis magis, quam ceteræ Tribus, diſpertita fuerit.*

Fol. eodem *pag.* 2. ביאור פסוק לא תלבש שעטנז וכול: גדלים תעשה לך *explicatio commatis* (cap. 22. com. 11. *Deuteronomii*) non indueris veſtimento heterogeneo &c. funiculos facies tibi.

Fol. 21. ביאור פסוק כי הצור אל עיר ימים רבים וכול: רק עץ אשר תדע וכול: *explicatio commatis* (cap. 20. com. 19. *Deuteronomii*) cum obſederis urbem multis diebus &c. verumtamen arborem, quam cognoſces &c.

Fol. eodem *pag.* 2. ביאור פסוק לא תלין נבלתו על העץ כי קבור תקברנו ביום ההוא *explicatio commatis* (cap. 21. com. 23. *Deuteronomii*) non permanebit cadaver ejus in ligno, ſed ſepeliendo ſepelies illud in illo die.

Fol. eodem, eademque *pag.* ביאור ענין ענלה ערופה וטעמו Biur Inian Eghlah Arupha Vetaamo *explicatio ſenſus abditi*, ſive *myſtici vitulæ decollatæ, & ejus ratio.*

Fol. 22. ביאור פרשה וידבר העם Bivr Parasciah Vajedabber Aam *explicatio Paraſciàh* & locutus eſt populus.

Fol. 23. ביאור טרה וזבח *explicatur quid ſit* טרה & זבה.

Fol. 24. ביאור על פסוק הבה נבנה לנו עיר ומגדל וראשו בשמים *explicatio commatis* (cap. 11. com. 4. *Exodi*) agedum ædificemus nobis civitatem, & turrim, & caput ejus in Cœlo.

Fol.

Digitized by Google

Fol. eodem *pag.* 2. ענין פרה ארומה INJAN PARAH ARUMAH *ſenſus abditus*, ſive *myſticus Vaccæ Rufæ*.

Fol. 27. ביאור טעם עדים זוממים BIUR TAAM EDIM ZOMEMIM *explicatur ratio teſtium* זוממים ZOMEMIM, *cogitantium malum*.

Fol. 28. ביאור טעם בהמות חי ועופות ודגים שאסרה לנו התורה *explicatur ratio jumentorum, ferarum, avium, & piſcium, quos prohibet nobis lex*.

Fol. 29. ביאור משנת אם מן דרך ארץ *explicatio textus Miſcnici*, אם מן דרך ארץ *ſi ex conſuetudine terræ*.

Fol. eodem *pag.* 2. ביאור משנת סוף פרק בן זומא *explicatio textus Miſcnici finis capitis* BEN ZUMA.

Fol. 30. ביאור טעם מצוות יבום נגלה ונסתר *explicatur ratio præceptorum* יבום נסתר & נגלה

Fol. 32. ביאור ענין בלעם *explicatio ſenſus myſtici Hiſtoriæ Balaam*.

Fol. 35. *pag.* 2. ביאור פרשת ויצא האשה הישראלית *explicatio Paraſciàh* ויצא האשה הישראלית & exivit mulier Iſraelitis.

Fol. 37. *pag.* 2. איגרת המוסר לארסטוטליס IGGHERETH HAMMUSAR *epiſtola moralis*, ſive *Ethica* ARISTOTELIS, e Græco textu in linguam Arabicam ab *Alì Iſmaelita*, & in Hebræam a R. *Juda*, *filio Salomonis Charizì*, poeta Hiſpano, converſa. Incipit: אמר יהודה בן חריזי וכול:

Exſtat MS. etiam in *Bibliotheca Vaticana* ex Bartoloccio part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 132.

Fol. 40. *Tractatus* R. ISAACI, *filii* BENIAMIN, quod *Mundus non ſit ab æterno*, abſque titulo, ignotus Buxtorfio, Hottingero, Plantavitio, Bartoloccio, Wolfio, ceteriſque.

Fol. 42. מאמר לחכם ר יהודה בר משה MAAMAR LECHACHAM RABBI JEHUDAH BAR MOSCEH *tractatus Sapientis R. Judæ, filii R. Moſis*; ſcilicet de *Prophetia*. Forte JUDAS, *filius* R. MOSIS, eſt idem, ac JUDAS, *filius* MOSIS, *filii* DANIELIS, qui multa ſcripſit de prophetarum geſtis, teſte Wolfio pag. 488. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*. Incipit: אמר יהודה בר משה וכול:

Fol. 43. ערוגת המזימה ופרדס החכמה לבן עזרא ARUGHAT HAMMEZIMAH UPARDES HACHOCHMAH *areola cogitationis, & paradiſus ſapientiæ* R. ABRAHAMI ABEN ESRÆ: duo libelli Grammatici elegantiſſimi. Exſtat uterque MS. etiam in *Bibliotheca Vaticana*, ut teſtatur Bartoloccius part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 40. Wolfius autem pag. 80. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ* recenſet primum ſub titulo ערמת המזמה ORMAD HAMMEZIMAH *calliditas*, ſeu *prudentia cogitationis*: & R. Schiabbathai utrumque titulum refert.

CODEX CXXVI. *a.* IV. 13.

Membranaceus, foliis conſtans 235. characte re ſcriptus *Hebræo-Germanico* cum punctis vocalibus, & duplici columna eſt MACHAZOR *Germanicum*.

In fine hæc leguntur: בשנת וגק לפרט כתב יוסף המחזור בסירן *anno creationis* 109. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1349. *ſcripſit Joſeph hoc Machazor in* * *Serran*.

* סירן *Serran*, niſi ſint *Serræ*, urbs Macedoniæ, quid loci ſit, fateor me ignorare.

CODEX CXXVII. *a.* IV. 25.

Membranaceus, foliis conſtans 336. charactere exaratus quadrato partim craſſiore, partim exiguo, partim cum punctis vocalibus, partim ſine punctis vocalibus, eſt MACHAZOR *Italicum*.

CODEX CXXVIII. *a.* V. 2.

Membranaceus, folia habens 398. charactere ſcriptus quadrato ſatis claro, & diſtincto, partim cum punctis vocalibus, partim ſine punctis vocalibus, eſt itidem MACHAZOR *Italicum*.

CO-

Digitized by Google

CODEX CXXIX. *a.* V. 6.

Membranaceus, folia habens 50. charactere ſcriptus quadrato majori cum punctis vocalibus, inſcribitur ערב פסח EREU PESACH *Veſpera Paſchatis*. Traduntur ritus celebrandi *pervigilium Paſchatis*.

CODEX CXXX. *a.* V. 11.

Chartaceus, foliis conſtans 234. charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano* lectu perdifficili, quatuor priores continet libros ARISTOTELIS על הטבע AL HATTEVAA *de phyſica auſcultatione*, cum ſcholiis in utroque margine R. MOSIS DE PALKERA, quemadmodum ſcriptum eſt *fol.* 233. בשנת חמשת אלפים ומאה ושנים בששי בשבת בראשון לירח אב כתבתי וסיימתי אני אשר כהן בן אברהם כהן אלה הארבעה מאמרים מספר השמע הטבעי לארסטוטליס והפירושם אשר המקצר קצר הפילוסוף ר׳ משה דפלקיירא מפירוש בן רשד הארוך: *anno creationis* 5102. ideſt æræ Vulgaris 1342. *die ſexto hebdomadæ, primo menſis Ab*, ideſt Lunæ Julii, *ego Aſcer Cohen, filius Abrahami Cohen, ſcripſi, & abſolvi hos quatuor tractatus de phyſica auſcultatione Ariſtotelis, & expoſitionem eorum, quam in compendium redegit Philoſophus R. Moſes de Palkera, ex magna expoſitione Aben Raſciàd*, ſive *Averrois*.

De Philoſopho *Moſe de Palkera* ne verbum quidem in vulgatis Hebræorum Bibliothecis.

CODEX CXXXI. *a.* V. 14.

Chartaceus, foliis conſtans 149. charactere ſcriptus *Hebræo-Hiſpano*, duos complectitur tractatus.

Primus eſt R. ANTOLI, ſive plenius, ut eſt in Codice MS. Vindobonenſi, teſte Lambecio Tom. I. *Commentariorum*, *Jacobi filii R. Aba Moſi*, *filii R. Simſon Antolì*, qui claruit Sæculo XIII. vocaturque רוח חן RUACH CHEN, *ſpiritus gratiæ*: & eſt commentarius in *decem prædicamenta* ARISTOTELIS. Recenſetur etiam in catalogo *MSS. codicum Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Alter *fol.* 14. מלחמות השם MILCHAMOTH HASSCEM *bella Domini* RALBAG, ideſt R. LEVI, *filii* GHERSON. Vide codicem X.

CODEX CXXXII. *a.* V. 15.

Chartaceus, folia habens 213. charactere ſcriptus *Hebræo-Italo*, inſcribitur מנחת יהודה MINCHATH JEHUDAH *Oblatio Judæ*, titulo deſumto ex com. 4. cap. III. MALACHIÆ. Eſt commentarius ר׳ יהודה חייט R. JUDÆ CHAIAT, qui vixit anno *Chriſti* 1492. ut narrat autor *Scialſceleth Hakkabbalah*, in librum R. PERETZ COHEN מערכת האלהות MAARECHETH HAELAHUTH *ordinatio divinitatis*, ubi agitur ex profeſſo, & enucleate de decem ספירות SEPHIROTH *numerationibus Cabbaliſticis*. Sunt etiam adnotationes in margine.

Huic commentario a fol. 157. uſque ad finem ſubjiciuntur expoſitiones aliquot פרשות *Paraſciòth*, quarum pleræque ex libro ZOHAR deſumtæ.

CODEX CXXXIII. *a.* V. 16.

Chartaceus, folia habens 112. charactere exaratus *Raſcì*, multa continet philoſophica, eruta e *Sacris Literis*: ſed mutilus eſt principio, & fine; & deſideratur autoris nomen.

CODEX CXXXIV. *a.* V. 17.

Chartaceus, foliis conſtans 218. charactere ſcriptus *Hebræo-Hiſpano*, continet ABEN RASCIAD, ſive AVERROIS commentarios in *Poſteriora* ARISTOTELIS, ex interpretatione *R. Jacobi, filii R. Samſonis Antolì*.

In fine, והיתה השלמתו בשנת תקסח לחשבון הישמעאלים וזה במדינה אסבילייא: *completus eſt liber anno* 568. *ſecundum computationem Iſmaelitarum*, qui reſpondet anno æræ Vulgaris 1190. in *Provincia Hiſpali*.

Repe-

Digitized by Google

Reperitur MS. etiam in *Bibliotheca Cæſarea* ex Spizelio, & in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*.

CODEX CXXXV. *a.* V. 18.

Chartaceus, folia habens 211. charactere ſcriptus *Raſcì* nitido, & eleganti, continet

Fol. 1. על תועלת ההגיון AL TOELETH HAHIGGAJON de *utilitate Logicæ*, ſive *Logica* ABU ACHMED ALGOZALI *Iſmaelitæ*, ex interpretatione R. *Moſis*, *filii Joſuæ Iſai*, *filii Davidis Narbonenſis*, & cum ejuſdem commentariis. Sunt paſſim adnotatiunculæ in margine.

Exſtare MS. ſed in membrana, & in *folio* etiam in *Bibliotheca Vaticana*, ſcribit Bartoloccius part. IV. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 73. & affirmat, nuſquam excuſum fuiſſe. Nos autem legimus in catalogo *MSS. Codicum Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Fol. 39. Eſt liber אבו אחמד אלגוזלי ABU ACHMED ALGOZALI *Iſmaelitæ* de כוונות הפילוסופים CHAVVANOTH HAPPILOSOPHIM, *opinionibus Philoſophorum circa* ההשגחה האלהית HAHASGACHAH HAELAHITH *providentiam Divinam*, ex interpretatione laudati *R. Moſis*, *filii Joſuæ Iſai Narbonenſis*, & cum ejuſdem obſervationibus.

Et hic MS. habetur cum antecedenti tractatu in citato codice *Vaticano*, & in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*.

Fol. autem 154. ejuſdem ABU ACHMED ALGOZALI liber de כוונות הפילוסופים CHAVVANOTH HAPPILOSOPHIM *opinionibus Philoſophorum* circa הטבעיות HATTIVIIOTH *res naturales*, cum commentariis pariter *R. Moſis Narbonenſis*. Hunc commentarium memorat etiam *R. Sciabbathai*, & inter codices *Warnerianos* reperiri MS. dicitur in *Catalogo Leidenſi*; cui adde Catalogum *MSS. codicum Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

CODEX CXXXVI. *a.* V. 19.

Chartaceus, inſertis identidem membranis, foliis conſtans 220. charactere exaratus *Raſcì* perpolito, eſt מורה הנבוכים MOREH HANNEVUCHIM *Doctor perplexorum* R. MOSIS, *filii* MAIMONIS ex interpretatione *R. Samuelis*, *filii Judæ Aben Tibbon*.

Ab initio duplex eſt index, primus locorum *Scripturæ*; ſecundus capitum libri a R. JUDA, *filio* SALOMONIS CHARIZI, altero *Maimonidis* interprete, concinnatus. Poſtea eſt præfatio interpretis *Tibbonidis*, quam excipit epiſtola *Maimonidis* ad diſcipulum ſuum *Joſephum*, *filium Judæ*.

Fol. autem 200. notatur annus, quo *Samuel*, *filius Judæ Aben Tibbon*, interpretationem ſuam confecit. Dicitur enim, השלמתי העתקת המאמר הזה בחדש טבת שנת ארבעת אלפים ותשע מאות וששים וחמש לבריאת עולם: *abſolvi interpretationem hujus tractatus menſe Tevеth*, ideſt Decembri, *anno creationis* 4965. ideſt æræ Vulgaris 1205.

Pag. 2. ejuſdem *folii* eſt nomen librarii, ſive ſcribæ, & annus, quo ſcripſit: כתבו פינחס והשלימו בחדש סיון קסא לפרט היצירה: *Scripſit eum Pinchas, & abſolvit eum menſe Sivan*, ideſt Majo, *anno creationis* 161. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1401.

Tandem *fol.* 201. Eſt פירוש מלות הזרות PERUSC MILLOTH HAZZAROTH *expoſitio vocum exoticarum*, quæ ex philoſophia, vel aliunde in interpretatione *Moreh Hannevuchim* uſurpatæ ſunt, ſecundum literarum Alphabeti ordinem, interprete eodem *Samuele*, *filio Judæ Aben Tibbon*.

CODEX CXXXVII. *a.* V. 20.

Membranaceus, folia habens 186. charactere exaratus *Raſcì* ſatis diſtincto, & duplici columna, eſt itidem מורה נבוכים MOREH NEVUCHIM *Doctor perplexorum* R. MOSIS MAIMONIDIS, interprete,

Digitized by Google

terprete, qui ſupra, *Rabbino Samuele, filio Judæ Aben Tibbon.*

Præmittitur præloquium *Aben Tibbon*, & epiſtola *Maimonidis* ad diſcipulum *R. Joſephum, filium Achanin, filii Judæ*, in cujus gratiam ſcripſit Arabice librum *Moreh Nevuchim*. Hæc reperitur inter ejus epiſtolas editionis Venetæ ann. 304. *ſecundum minorem computationem*, Chriſti 1544. pag. 17. & in *appendice Epiſtolarum Johannis Buxtorfii* num. 1. pag. 361.

Secunda pars fol. 54. eſt imperfecta, incipit enim a capite XII. Tertia quoque mutila principio, quippe incipiens a capite IX. & caret fine.

CODEX CXXXVIII. *a.* V. 22.

Chartaceus, inſertis paſſim membranis, charactere ſcriptus *Hebræo-Hiſpano*, foliis conſtans 249. Eſt pariter MOREH NEVUCHIM MAIMONIDIS, ſed mutilus fine.

CODEX CXXXIX. *a.* V. 23.

Membranaceus, foliis conſtans 50. charactere ſcriptus quadrato ſatis nitido, & duplici columna, multa complectitur opuſcula.

I. Eſt פירוש מלות הזרות PERUSC MILLOTH HAZZAROTH explicatio vocum exoticarum, quæ ſunt in MOREH NEVUCHIM MOSIS MAIMONIDIS, interprete *Samuele, filio Judæ, filii Tibbon.*

II. *Fol.* 16. פירוש מעשה מרכבה לחכם רבי דוד בן יוסף בן קמחי PERUSC MAASCEH MERCHAVAH LE CHACHAM RABBI DAVID BEN JOSEPH BEN KIMCHI, *explicatio operis currus Ezechielis Sapientis* R. DAVIDIS, *filii* JOSEPHI, *filii* KIMCHI, qui floruit ſecundum *Ganzium* anno *Mundi* 4950. *Chriſti* 1190.

III. *Fol.* 28. *pag.* 2. כתר מלכות CHETHER MALCHUTH *corona Regni*, titulo deſumto ex com. 17. cap. II. *Eſther*, R. SALOMONIS, *filii* GAVIROL, ſeu GHEBIROL, *filii* JUDÆ, *Hiſpani Malacenſis*, qui claruit anno *Chriſti* 1070. teſte Ganzio, qui eum laudat a muſices peritia. Sunt cantica, & preces rythmicæ in ſingulos dies, quæ libris precum ſecundum ritum *Synagogarum Germanicarum* addi ſolent.

MS. in 8. reperitur etiam in Catalogo *Bibliothecæ Seguerianæ*, & *Oppenheimerianæ*, ut teſtatur Chriſtophorus Wolfius part. I. *ſuæ Bibliothecæ Hebrææ* pag. 1044. & *Regiæ Pariſienſis*. Prodiit cum interpretatione Latina, ſtudio, & cura *Fr. Donati* Romæ anno 1718. in 4. & Germanice Amſtelodani anno 1674. in 4.

IV. *Fol.* 31. ביאור מפרקי הרמבם לרב יהודה הפילוסוף בר דניאל BIUR MIPPIRKE HARAMBAM LE RAU JEHUDAH HAPPILOSOPH BAR DANIEL *commentarius Rau Judæ Philoſophi, filii R. Danielis in quædam capita Harambam*, ideſt R. MOSIS BEN MAIMON, ſcil. *de unitate Dei, de Divinis attributis, de corporibus cæleſtibus, & de quatuor elementis.*

De *Juda Philoſopho, filio Danielis*, deque ejus commentario in quædam capita *R. Moſis, filii Maimonis*, nihil ſcriptum invenimus neque apud Bartoloccium, neque apud Wolfium, qui tamen diligentiſſime omnium ſcripta Rabbinica collegerunt.

V. *Fol.* 39. מאמר רבינו שמואל בן הבן על ענין האחדות יהוה MAAMAR RABBENU SEMUEL BEN TIBBON AL HAECHADUTH ADONAI, *tractatus Rabbenu Samuelis Ben Tibbon de ſenſu myſtico unitatis Dei*. Addendus hic tractatus operibus *Samuelis Tibbonidis*, quæ laudati Bartoloccius, & Wolfius in ſuis Bibliothecis Hebræis recenſuerunt. Incipit: מה שבא בתחילת ספר המדע וכול:

VI. *Fol.* 40. מבחר הפנינים MIVCHAR HAPPENINIM *ſelectio margaritarum* R. SALOMONIS, *filii* GHEBIROL. Complectitur hic liber multa philoſophica præcepta ad mores pertinentia ex antiquis philoſophis tum Græcis, tum Arabibus excerpta, & in unum collecta: multa etiam *Siracidis* dicta obſervantur. Scriptus fuit lingua primum Arabica hoc titulo MACHTAR ALGUAHAR, poſtea in Hebræum idioma converſus a

R.

Digitized by Google

R. Juda Ben Tibbon. Vide Bartoloccium part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 8. qui multa ſcribit de autore hujus libri, quamquam Bartoloccius ſibi non conſtat : nam part. IV. pag. 317. inter *Anonymos* refert, & mendoſe habet *Moſes* pro *Judas Ben Tibbon*. Vide etiam Chriſtophorum Wolfium pag. 404. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*; qui pluribus vindicat hanc ſententiarum, & apophtegmatum collectionem R. *Salomoni Ghebirol*, ſive *Gavirol* contra Gaulminum, Plantavitium, & Sciabbathæum, qui malunt eam adſcribere *R. Jedajæ Happenini, filio Abrahæ Bederſenſi*.

Habuere hunc librum MS. etiam Buxtorfius, Plantavitius, & Maſius; & ſervat *Bibliotheca Regis Galliarum*.

CODEX CXL. *a.* V. 24.

Chartaceus, folia habens 149. charactere ſcriptus *Raſci* pereleganti, & nitidiſſimo, initiis capitum minio ſplendentiſſimo pictis, continet פירוש PERUSC *commentarium* R. MOSIS, *filii* JOSUÆ ISAI, *filii* DAVIDIS in ספר חזאן בן יקטאן הנקרא יחיאל בן אוריאל SEPHER CHIZAN BEN JOKTAN HANNIKRA JECHIEL BEN URIEL, *librum Chizan, filii Joktan, dicti Jechiel Ben Uriel*.

Hic liber in Catalogo *Bibliothecæ Bodlejanæ* recenſetur ſub hoc titulo : *liber de Hai, filio Ioctan, autore Abu-Becro Ibn Topheil cum commentariis R. Moſis Narbonenſis ex Arabico*: & dicitur, eo contineri *expoſitio intentionis Abubecri, filii Alſaigh in libro ſuo de regimine Solitarii, nec non de poſſibilitate conjunctionis, ſeu communicationis cum Deo, autore Abuwalid Aben-rushd*, ideſt Averroe, *cum expoſitione Magiſtri Vidal, & R. Moſis Narbonenſis*. Eodem fere modo inſcribitur in Catalogo MSS. codicum *Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis* num. DVIII. ſcil. *Hiſtoria Hai, filii Jokton*.

Bartoloccius autem part. II. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 830. habet חזאן *Chizan* viri nomen, & nonnullos tractatus philoſophicos eum ſcripſiſſe ait, ſuper quos AVERROES poſtulata quædam evulgaverit, converſa ex Arabico idiomate in Hebræum a *Moſe, filio Joſuæ Iſai, filii Davidis Narbonenſi*.

R. vero Sciabbathæus pag. 13. ſub בן יקטן *Ben Joktan* addit, eum vocari יחיאל בן אוריאל *Jechielem, filium Urielis*, quemadmodum vocatur etiam in noſtro codice; ejuſque librum in duas tribuit partes, quarum prior de *vita ſolitaria* agat; poſterior autem octo capitibus exponat, quomodo quis Deo conjungi poſſit; additis commentariis *Abu-Becr Ben Tophail*.

In codice *Warneriano Bibliothecæ Leidenſis* pag. 283. inſcribitur *Hiſtoria animalium, filii Joktan, vocati Jechiel, filii Uriel cum commentariis Abi Bicr, filii Tophail Hiſpani*.

Chriſtophorus denique Wolfius pag. 365. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ* in voce חזאן בן יקטן *Chizan Ben Joktan* ingenue fatetur, ſe non aſſequi, quid ſibi velit חזאן *Chizan*, nihilque dubitat, *ſcriptorem, quem putavit Bartoloccius, Chimericum eſſe*. Pagina autem 13. in אבי יעפר אבן תופיל *Avi Jaaphar* (quem Hebræi dicunt *Abubecr*) *Ibn Thophail* exiſtimat, hunc Arabem Scriptorem epiſtolam, ſeu libellum compoſuiſſe de *Hai Ebn Joktan*, & ſub ejus Hiſtoria oſtendere voluiſſe, quomodo ex rerum inferiorum contemplatione ad ſuperiorum notitiam mens humana aſcendere poſſit. Et quia in fabuloſa hac narratione refertur, filium JOKTAN ſibi relictum, ab animali diſecto primum philoſophandi principium feciſſe, judicat, & quidem probabiliter, libellum in codice Warneriano *Hiſtoriam animalium*, idcirco appellatum fuiſſe : neque diſſentit, fuiſſe a Moſe Narbonenſi commentariis illuſtratum.

Quidquid ſit de voce חזאן *Chizan*, ſive ſit Scriptoris nomen, ſive etiam idem, quod *Hai*, aut pro *Hai* irrepſerit, id certum eſt, codicem noſtrum optimæ eſſe notæ, & lectionis. Habetur MS. etiam in *Bibliotheca Vaticana* ex ſæpius laudato Bartoloccio.

Digitized by Google

Fol. 148. *pag.* 2. habetur, והשלמנו פירושנו זה ערב שבועות שנת תשע ומאה לפרט אלף הששי: *& complevimus expositionem nostram hanc vespere Scevuoth anno creationis* 109. *secundum minorem computationem, sexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1349.

Hæc *folio* poſtremo ſequitur initium Epiſtolæ ABU BECHER BEN JECHIEL TZAIGH, ſive TZIGH, aut SAIGH ut legit Wolfius, Scriptoris Arabis, לאחד מאחיו *ad unum ex fratribus ſuis*, inſcriptæ הפטירה Haphtiràh *diſceſſus*, quia agitur de diſceſſu, ſive potius de abductione animæ a rebus terrenis, & prophanis ad Deum. Non exſtat nomen interpretis; at Bartoloccius part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 4. exiſtimat eſſe R. CHAIIM, *filium* JUDÆ ABEN VIVASCH. Præter Bartoloccium vide Wolfium pag. 6. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*, & Nicolaum Antonium in *Biblioth. Hiſpan. Vet.* Tom. II. pag. 235.

A *folio* 28. uſque ad finem deſiderantur initia capitum, quia exſcriptor in animo habebat ea minio, aliiſque coloribus diſtinguere, ut fecerat foliis antecedentibus, ſed morte præventus, vel oblivione, vel alia de cauſſa omiſit.

CODEX CXLI. *a.* V. 25.

Chartaceus, membranis paſſim inſertis, folia habens 123. multiplici exaratus characte, continet ביאור סודות הרמבן BIUR SODOTH HARAMBAN *explicationem myſteriorum legis Haramban*, ideſt R. MOSIS BEN NACHMAN uſque ad *Paraſciàh* בשלח BESCIALACH.

Fol. 37. adduntur טבעיות אבו אחמד TIVIIOTH ABU ACHMED *naturalia Abu Achmed*. Sunt commentarii Arabici *Abu Achmed* in libros *Phyſicorum* ARISTOTELIS, quos *R. Moſes Ben Tibbon* Hebræos fecit, & quorum exemplar MS. in *folio* exſtare Romæ in *Bibliotheca Medicea*, teſtatur Plantavitius n. 2.

Fol. 72. שאלות SCIALOTH *poſtulata* R. MOSIS NARBONENSIS ſuper BEN RASCIAD, ideſt AVERROEM cum adnotationibus in margine.

Scriba autem dicitur fol. 36. שמואל יצחק בירח אדר ראשון בעשרים ושבעה אחר אלף החמישי מאה ועשרים ושנים: *Samuel Iſaac die* 27. *primi Adar*, ideſt primæ Lunæ Februarii, *anno creationis* 5122. ideſt æræ Vulgaris 1362.

CODEX CXLII. *a.* V. 27.

Chartaceus, folia habens 261. characte exaratus *Raſci* nitido, & diſtincto, inſcribitur ביאור השמע טבעי BIUR HASSCEMAA TIVII *commentarius* in *libros* ARISTOTELIS *de phyſica auſcultatione*. Autor eſt ABEN RASCIAD, & quidem hæc eſt ejus magna expoſitio, ut dicitur in calce libri; interpres autem ex Arabico ſermone in Hebræum KALONYMUS, ut ibidem dicitur. Nam *fol.* 117. *pag.* 2. hæc habentur: והיתה השלמתו ביום שבת ראשון החדש רגב שנת תקסג לחשבון ישמעאלים תרח במדינת אישביליא ובבר יש לי אחר ביאור עשיתיו בעת הנערות והוא קצר וראיתי עתה לעשות זה הביאור יותר שלם: נשלם העתקת ביאור ספר השמע לבן רשד ביום יט אלול שנת עו לפרט והעתיקו החכם השלם קלונימוס בר קלונימוס: *completus eſt commentarius die Sabbathi, primo menſis Rageb, anno* 563. *ſecundum computationem Iſmaelitarum*, ideſt æræ Vulgaris 1186. *in provincia Hiſpali. Feci jam alium commentarium tempore meæ juventutis, qui eſt brevior; nunc conſtitui conficere hunc diffuſiorem. Interpretatio commentarii Ben Raſciàd in librum de Phyſica auſcultatione abſoluta eſt die* 19. *Elul*, ideſt Lunæ Auguſti, *anno creationis* 76. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1316. *Tranſtulit illum Sapiens perfectus R. Kalonymus, filius R. Kalonymi.*

Idem commentarius MS. exſtat etiam in *Bibliotheca Vindobonenſi, Bodlejana, Vaticana, & Regia Pariſienſi.*

Fol. 118. מה שאחר הטבע לארסטוטלים ביאור החכם הפילוסוף אבן רשד העתקת זרחיה בן יצחק הספרדי מעיר ברצילונה MAH SCEACHER HATTEVAA *libri Metaphyſicorum* ARISTOTELIS *cum commentariis ſapien-*

Digitized by Google

ſapientis Philoſophi ABEN RASCIAD, *ex interpretatione Zerachiæ, filii Iſaaci Hiſpani Barcellonenſis*. Caret fine. Sunt paſſim adnotatiunculæ in margine.

De hac *Zerachiæ, filii Iſaaci Hiſpani Barcellonenſis* interpretatione, ne verbum quidem apud Bartoloccium, & Wolfium.

CODEX CXLIII. *a.* V. 28.

Membranaceus, folia habens 16. charactere ſcriptus *Hebræo-Italo* admodum exili, mutilus principio, in quo primum שער השמים SCIAAR HASSCIAMAIM *porta Cæli*, ut eſt *fol.* 3. נשלם שער השמים NISCLAM SCIAAR HASSCIAMAIM *completa eſt porta Cæli*; liber, in quo agitur de *Dei, & rerum ſpiritualium exiſtentia, de Cælo, & Mundo, &c.* videturque ejus autor eſſe R. ISAAC ABEN LATEPH, qui apud Bartoloccium part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 911. & Wolfium part. I. *Bibliothecæ Hebrææ* pag. 669. libellum confecit ejuſdem & tituli, & argumenti.

Poſtea *fol.* 3. מלאכת ההגיון MALECHETH HAHIGGAJON *opus Logicum* R. MAIMONIDIS.

Tum *fol.* 8. *pag.* 2. רוח חן RUACH CHEN, *ſpiritus gratiæ*, liber phyſicus, de quo in Codice CLIX.

Denique *fol.* 15. כבוד אלהים CHEVOD ELOHIM, *gloria Domini*, titulo deſumto ex cap. VII. com. 19. *Joſuæ*. Sunt philoſophica nonnulla a neſcio quo excerpta ex libro מורה נבוכים *Morèh Nevuchìm* MAIMONIDIS, adjectis in margine adnotationibus.

CODEX CXLIV. *a.* V. 29.

Partim Chartaceus, partim Membranaceus, foliis conſtans 147. charactere ſcriptus *Hebræo-Hiſpano*, ſed ubique tineis exeſus. Folia inſuper tranſpoſita ſunt, & confuſa: multa etiam deſiderantur, ut ordo rerum, quæ tractantur, vix percipi poſſit. Præfefert hunc titulum, שער השמים SCIAAR HASSCIAMAIM, *porta Cæli*; titulo deſumto ex cap. XXVII. com. 17. *Geneſeos*: agiturque de rebus naturalibus, nempe de metallis, lapidibus pretioſis, herbis, earumque virtute, de animalibus, de elementis, de homine. Tractantur etiam res Mathematicæ ex ALMAGESTO, & ex tractatu BEN RASCIAD de *Cælo*, & *Mundo*, ut videre eſt *fol.* 29. & deinceps. Quin ſermo eſt poſtremis foliis de *Dei unitate*, & rebus divinis ſecundum verba, & mentem R. MOSIS MAIMONIDIS.

Eſt profecto liber Philoſophicus R. GHERSON, *filii* SALOMONIS, Scriptoris ſæculi XIII. ſub titulo eodem שער השמים SCIAAR HASSCIAMAIM *porta Cæli*, in tres partes diſtinctus, in quarum prima habetur ſermo de quatuor elementis, rebuſque tum animatis, tum inanimatis, vento, aqua, igne, nive, grandine, arboribus, lapidibus &c. In ſecunda de *Aſtronomicis*, & quidem, teſte Bartoloccio, ex libris *Ptolemæi*, & *Avicennæ*, ut & de Cœlo, & Mundo ex *Averroe*. In tertia de rebus divinis, ex Maimonidis libro הנפש HANNEPHESC de *anima*, ut obſervavit R. Sciabbathæus.

CODEX CXLV. *a.* V. 30.

Chartaceus, foliis conſtans 88. charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano* non ſatis diſtincto, cui eſt titulus ספר מערכת השמות SEPHER MAARECHETH HASSCEMOTH *liber ordinationis nominum Dei*: liber Kabbaliſticus, in quo

I. האחוד HAECHUD, *de Dei unitate*.

II. ספירות SEPHIROTH, de *numerationibus Cabbaliſticis*.

III. האדם HAADAM, de *Adamo*, *ejuſque peccato*.

IV. מעשה מרכבה MAASCEH MERCAVAH *opus quadrigæ*, ſcilicet de viſione currus Ezechielis.

V. עשיריות ASCIRIUTH, de *myſterio numeri denarii*.

VI. שביעיות SEVIIUTH, de *myſterio numeri ſeptenarii*.

VII.

Digitized by Google

VII. השם Hasscem, de *nomine Dei Tetragrammato*.

VIII. תפילות Tephilloth, de *precanibus*.

IX. הקדושה Hakkedusciah, de *ſanctitate*.

De autore vero nihil compertum.

In calce autem habetur: נשלמה כתיבת הזה הספר בעל יד משה שמואל דושקולא בתשעה ימים לירח מרחשון שנת קנט לפרט אלף הששי ליצירה: *abſoluta eſt ſcriptio hujus libri per manum Moſis Samuelis Doſcolà die* 9. *menſis Marcheſvan*, ideſt Lunæ Octobris, *anno creationis* 159. *ſecundum minorem computationem*, *ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1399.

CODEX CXLVI. *a*. V. 31.

Partim chartaceus, partim membranaceus, folia habens 106. charactere ſcriptus *Raſcì* non ineleganti, hunc in fronte geſtat titulum, ספר אורים להחכם ר' חסדאי קרשקש, vel קרישקאש ut ſcribit Wolfius, Sepher Urim Lehachacham Rabbi Chasdai Kresckasc, *liber luminum ſapientis R. Chaſdai Kreſkàs*. Autor ſcil. eſt R. Chasdai, *filius* Abrahami, *filii* R. Chasdai, *filii* R. Judæ Chasdai Kreskas *Hiſpanus*, qui ſecundum Abrahamum Zachutum in *Juchaſin* obiit Cæſarauguſtæ anno *Mundi* 140. ſecundum æram minorem, ideſt *Chriſti* 1380. & de quo multa obſervat Bartoloccius part. II. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 851. Scripſit ספר אור יהוה Sepher or Adonai, *librum luminis Dei*, ſive, ut habetur in noſtro codice, *fol.* 1. ספר אורים Sepher Urim, *librum luminum*; nam *fol.* 3. poſt præloquium inſcribitur etiam אור יהוה Or Adonai, *lumen Dei*. Ab aliis appellatur etiam נר מצוות Ner Mitzvoth, *lucerna præceptorum*, ut eſt apud Wolfium pag. 378. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*, qui exiſtimat eundem eſſe, ac אור תורה Or Torah, *lux legis*, quem Bartoloccius tanquam diſtinctum recenſet loco citato ſuæ *Bibliothecæ Rabbinicæ*. Differitur in eo de *lege Divina*, *ejuſque dignitate*, & *perpetuitate*, de *Deo*, *ejuſque providentia*, de *libero arbitrio*, de *ultimo hominis fine*, *Mundi creatione*, *animi immortalitate*, *mortuorum reſurrectione*, *metempſychoſi*, de *pueris nondum rationis uſum adeptis*, num *Mundus futurus ſit æternus*, num *unus*, an *plures*, num *Cæleſtes orbes anima conſtent*, & *aliquam in homines habeant poteſtatem*, & *an ſit res una*, *& eadem intellectus*, *intelligens*, *& intellectum*.

Corrigendus itaque Spizelius in *Indice Cæſareo* pag. 72. exiſtimans, hunc librum eſſe commentarium in *Morèh Nevuchìm* Mosis Maimonidis: ac fruſtra ejus defenſionem ſuſcipit Wolfius citato loco *Bibliothecæ Hebrææ*. Ut enim capta occaſione defendat *Chaſdai* aliquibus in locis Doctrinam *Morèh Nevuchim*, appellari tamen non poteſt ejus liber *commentarius* in *Morèh Nevuchìm*.

In fine notatur annus, quo codex ſcriptus fuit: והיתה השלמה למאמרים בחדש זיו שנת קעו לפרט אלף הששי ליצירה: *abſoluti ſunt tractatus menſe Ziu*, ideſt Aprili, *anno creationis* 170. *ſecundum minorem computationem*, *ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1410.

Eundem codicem MS. ſervat *Bibliotheca Regia Pariſienſis*, ut legimus in ejus catalogo Pariſiis edito 1739. & *Vindobonenſis* num. LIX. ut nos docet loco citato Chriſtophorus Wolfius.

CODEX CXLVII. *a*. V. 32.

Chartaceus, exceptis prioribus ſex foliis, quæ ſunt membranacea, folia habens 150. vario ſcriptus charactere, & principio, atque fine mutilus.

A *fol.* 1. uſque ad 7. agitari videtus quæſtio, *quomodo Scriptura tribuat Deo membra corporea*; & ſunt adnotationes in margine.

A *fol.* 7. uſque ad 60. ספר הדרושים הטבעיים חברו החכם אבו אלוליד בן רשד ועמו דרושים טבעיים להחכמים: Sepher Hadderuscim Hattiviim Chibbero

Digitized by Google

BERO HACHACHAM ABU ALULID BEN RASCIAD VEIMMO DERUSCIM TIVIIM LEACHACHAMIM *liber perquiſitionum naturalium, quem compoſuit ſapiens Abu Alulid Ben Raſciàd, & cum eo perquiſitiones naturales ſapientum*, præcipue vero *R. Moſis, filii R. Joſuæ Iſai, filii Davidis Narbonenſis*. Habetur in eo ſermo de materia prima, ceteriſque rerum naturalium principiis. Hebræum fecit R. KALONYMUS philoſophus.

Exſtat MS. etiam in *Bibliotheca Vaticana* ex Bartoloccio part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 13.

Fol. 61. מאמר לאבן רשד מעצם גלגל MAAMAR LEABEN RASCIAD MEETZEM GALGAL, *tractatus* ABEN RASCIAD *de ſubſtantia orbis cæleſtis*, interprete *Elia Hebræo*. Foliorum ſeries eſt aliquantulum perturbata. Eiuſdem in *Bibliotheca Vaticana* mentionem facit Bartoloccius citato loco pag. 14.

Fol. 102. *pag.* 2. hæc habentur: נשלם פירוש המאמר מעצם הגלגל ובו נשלם פירוש הדרשים הטבעיים בחדש אדר שני בחמישי: *abſoluta eſt expoſitio tractatus de ſubſtantia Orbis Cæleſtis, & cum ea abſoluta eſt expoſitio perquiſitionum naturalium, menſis Adar ſecundi*, ideſt Lunæ ſecundæ Februarii, *die quinto*.

Eodem *folio* 102. eademque *pagina* incipit de materia prima alter מאמר לחכם אבו אלא קאסם בן אדריס: *tractatus ſapientis* ABU AL KASAM BEN ADRIS, de quo nihil ſcriptum apud quempiam invenimus.

Fol. 105. *pag.* 2. de eadem materia prima tractatus לשופט המעלה אבו גאעפר בן סבאק *Judicis excellentis* ABU GAAPHAR BEN SBAK. Et hic autor nobis ignotus.

Fol. 107. *pag.* 1. tractatus *ſapientis* ABU AL KASAM BEN ADRIS de צורות TZUROTH *formis rerum creatarum*.

Fol. 109. uſque ad finem: ספר אותות השמים SEPHER OTHOTH HASSCIAMAIM *liber ſignorum Cæli*, ideſt tractatus de *meteoris*, compilatus ex operibus ARISTOTELIS a SAMUELE BEN JUDÆ ABEN TIBBON.

Sunt in margine adnotatiunculæ, quandoque etiam Latinæ; & circuli Aſtronomici. In fine deſiderantur nonnulla folia.

MS. habuit etiam Bartoloccius, ut ipſemet teſtatur part. IV. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 393.

CODEX CXLVIII. *a.* V. 33.

. Chartaceus, charactere ſcriptus *Raſci* admodum exili, & compacto, mutilus principio, folia habet 187. Sunt ספרי מדות האיטיקא SIPHRE MIDDOTH, ſeu HAETIKA *libri Ethicorum Ariſtotelis* ex Arabico ſermone in Hebræum converſi a *Don Meir, Medico Regis Caſtiliæ* anno *Mundi* 5165. *Chriſti* 1405. & a R. *Joſepho Scem Tou Aben Scem Tou* commentariis illuſtrati. Exſtant MSS. etiam in *Muſeo* Bartoloccii, in *Bibliotheca Bodlejana*, inter codices *Mareſchalli* num. V. & inter codices *Pokokii* num. CX. teſte Wolfio pag. 221. part. I. *Bibliothecæ* Hebrææ, & in *Bibliotheca Pariſienſi*.

CODEX CXLIX. *a.* V. 34.

Chartaceus, charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano*, lectu perdifficili, conſtat foliis 121. Eſt primo loco ביאור ספר טביקים והוא ספר הנצוח BIUR SEPHER TOVIKIM VEHU SEPHEE HANNITZUACH *expoſitio libri Topicorum, qui dicitur victoria*. Multæ ſunt adnotationes in margine, *Hebrææ* non ſolum, ſed etiam Latinæ.

Fol. 87. hæc habentur: נשלם ביאור ספר טביקים לאריסטוטלים והעתקתיו מלשון הגרי אל לשון עברי אני קלונימוס בן מאיר ונשלמה העתקתי בכג לירח אלול בשנת שביעים ושלש לפרט האלף הששי ליצירה: *completa eſt expoſitio libri Topicorum Ariſtotelis, & tranſtuli illam ex lingua Arabica in Hebræam ego Kalonymus, filius R. Meir, & completa eſt interpretatio mea die* 23. *Lunæ Elul*, ideſt Auguſti, *anno creationis* 73. *ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*,

Digitized by Google

narii, ideſt æræ Vulgaris 1313.

Fol. 88. ביאור ספר הטעאה לארסטוטליס BIUR SEPHER HATTAAAH *expoſitio libri de fallaci argumentatione* ARISTOTELIS. Sunt & hìc adnotationes in margine tum Hebrææ, tum Latinæ.

Fol. autem 120. *pag.* 2. נשלם ביאור ענייני ספר טוביקים לארסטוטליס והעתקתיו אני קלונימוס בר׳ קלונימוס בר׳ מאיר ונשלמה העתקתי בחמשה ימים לירח תשרי בשנת שבעים וארבע לפרט: *abſoluta eſt expoſitio rerum, quæ ſunt in libro Topicorum Ariſtotelis, & tranſtuli eam ego Kalonymus, filius Kalonymi, filii R. Meir, & translatio mea confecta eſt die* 5. *menſis Tiſrì*, ideſt Lunæ Septembris, *anno creationis* 74. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1314. Omiſerunt hanc interpretationem R. *Kalonymi* in ſuis Bibliothecis Rabbinicis Bartoloccius, & Wolfius.

Et *fol.* 121. אני נהנאל בר׳ מתתיה כתבתי זה הספר אשר יש ספר נצוח וספר הטעאה לעצמי וסיימתיו ביום כח לחדש אדר שנת מאה והשעים וחמש לפרט אלף הששי ליצירה: *ego Nathanael, filius R. Matthathiæ ſcripſi hunc librum, qui eſt liber victoriæ, & librum de fallaci argumentatione, in uſum meum, & abſolvi illum die* 28. *menſis Adar*, ideſt Lunæ Februarii, *anno creationis* 195. *ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1435.

CODEX CL. *a.* V. 35.

Membranaceus, foliis conſtans 101. Charactere ſcriptus *Hebræo-Hiſpano* cum punctis vocalibus, & duplici columna, paſſimque literis minio diſtinctis, duos complectitur tractatus philoſophicos; primum אבו אחמד אלגזלי ABU ACHMED ALGOZALI cum adnotationibus R. *Judæ Salomonis, filii Nathan*, cujus etiam præfatio acceſſit, & inſcribitur כוונות הפילוסופים CHAVVANOTH HAPPILOSOPHIM *opiniones philoſophorum* tum circa הגיוניות HEGHIONIOTH *Logica*, & ab initio eſt arbor *Porphyriana*: tum circa אלהות ELAHUTH *Divinitatem fol.* 25. tum circa טבעיות TIVHOTH *naturalia fol.* 72. *pag.* 2.

Fol. autem 97. hæc leguntur: .. אני כתבתי אל עצמי זה ספר כוונות הפלוסופים מעתקת החכם ר׳ מאנישתרי בנגודאש נתן וסיימיו בחדש אייר שנת מאה וארבעים ואחד לפרט בששה ועשרים לספירה הה זה יו׳: *ego... ſcripſi in uſum meum hunc librum Chavvanoth Philoſophim ex exemplari ſapientis R. Magiſtri Bengudàs Nathan, & abſolvi illum menſe Jar*, ideſt Aprili, *anno creationis* 141. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1381. *die* 26. * *Sephiràh, ideſt die* 16. Librarii nomen arte deletum fuit.

Alter tractatus *fol.* 97. *pag.* 2. ספר עין משפט הדרושים כפי דעת לארסטוליס לאבו ישמעאל פרבי והם ששים דרושים העתיקו מהגרי לעברי טודרוס בן משלם בן דוד טודרוסי בהגיעו לשנת העשרים SEPHER EN MISCPAT *liber oculus Judicii, in quo* 60. *perquiſitiones naturales ad mentem Ariſtotelis comprehenduntur, autore* ABU ISMAELE PHARABI philoſopho Iſmaelita. *Interpretatus eſt eum ex lingua Arabica in Hebræam Todròs, filius Meſciullam, filii Davidis Todrosì, cum attingeret annum vigeſimum*. Sunt ubique adnotationes in margine, ſed alterius manus.
Idem liber reperitur MS. etiam in *Bibliotheca Vaticana*, ex Bartoloccio part. II. *Bibliothecæ Rabbinicæ*. pag. 859.

Quid igitur Chriſtophorus Wolfius pag. 8. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ* ſuggillavit Julium Bartoloccium, quod *inſolenti*, (ejus verbis utor) *metamorphoſi* recenſuerit ſub nomine *Abu Iſmael Pharabi* librum עין משפט EN MISCPAT *oculus judicii*; quem ipſe nullius exemplaris fultus autoritate adſcribendum exiſtimavit *Abunaſari Alpharabio*? Confirmat enim egregie Taurinenſis codex ſententiam Bartoloccii, & conſonus plane eſt *Vaticano* ab eodem in ſua *Bibliotheca Rabbinica* allato.

* ספירת *Sephirah* eſt intervallum dierum quinquaginta inter Paſcha, & Pentecoſten.

CO-

Digitized by Google

CODEX. CLI. *a.* V. 36.

Membranaceus, foliis conſtans 46. mutilus principio, & fine, eſt TEPHILLAH *ordo precum* ſecundum Hebræorum Germanorum ritus.

CODEX CLII. *a.* V. 37.

Chartaceus, folia habens 139. charactere ſcriptus *Raſcì*, mutilus principio, & fine, in quo primum eſt elucidatio Cabbaliſtica *Legis* autore RAMBAN, ideſt R. MOSE, *filio* NACHMAN. *Folio* etenim 31. legitur נשלמו רזי הרמב"ן NISCLEMU RAZE HARAMBAN, *completa ſunt myſteria Haramban*.

Poſtea *fol.* 33. ספירות SEPHIROTH, *numerationes Cabbaliſticæ*. &

Fol. 101. Nonnullæ explicationes *Legis* excerptæ ex libro ZOHAR: incipiunt: ויהי כבא אברם מצרימה וכול

CODEX CLIII. *a.* VI. 15.

Chartaceus, inſertis paſſim membranis, folia habens 192. charactere ſcriptus quadrato ſatis nitido, & perpolito, mutilus principio; in quo primum ſeptem tractatus על הרפואה AL HAREPHUAH *de medicina*, autore ABU ACHMED, *filio* ABRAHAM, *Medico Arabe*, in linguam Hebræam ab Anonymo interprete translati. Eſt ab initio index omnium המאמרים *tractatuum*, & שערים *capitum*, quibus ſinguli conſtant tractatus: ſed non incipit, niſi a שער השמני *capite octavo* tractatus tertii.

Habetur idem liber MS. etiam in *Bibliotheca Vaticana*, teſte Bartoloccio pag. 2. part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ*.

Fol. 162. *pag.* 2. incipit tractatus ISAACI, *filii* SALOMONIS הקדחות HAKKADDACHOTH *de febribus*. Et hic mutilus principio. Fit enim initium a שער השני *capite ſecundo*.

In fine tractatus *fol.* 189. *pag.* 2. hæc leguntur: נשלם מאמר יצחק ובזה השער התשעי נשלמו חילוקי החולייס הכוללים לנוף: *completus eſt tractatus Iſaaci, & in hoc capite nono completi ſunt varii morbi univerſales corporis*. Nuſquam typis conſignatum fuiſſe hunc librum, aſſerit Bartoloccius pag. 924. part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ*. V. codicem CLV.

Poſtea eadem *pagina* ſubjicitur, תם הספר ונשלם על ידי יהושע בר' שלמ"ה הראש משפחת הענים יחיים: *abſolutus eſt liber, & completus per manus Joſuæ, filii R. Salomonis Haroſc, ex humili familia Jachiim*.

Fol. 190. מראות השתן MAROTH HASSCIATHAN *inſpectiones urinæ*; ideſt de ratione cognoſcendi morbos ex inſpecta urina, JOSEPHI, *filii* ASTAK. Incipit: אמר יוסף בן אסתאק צריך מי שרוצה וכול: Bartoloccius, & Wolfius legunt אספאק *Aſpak*. Septendecim traduntur rationes inſpiciendi urinam.

MS. reperiri etiam in *Bibliotheca Vaticana*, diſcimus ex Bartoloccio *pag.* 798. part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ*.

CODEX CLIV. *a.* VI. 16.

Chartaceus, conſtans foliis 279. charactere ſcriptus quadrato admodum exili, in quo

Fol. 1. Eſt index aliquot medicamentorum.

Fol. 9. Uſque ad *fol.* 40. multa diſputantur de rebus medicis: aſt deſideratur initium, & autoris nomen.

Fol. 41. Explicantur nonnullæ voces Arabicæ, quæ in libris medicis reperiuntur.

Fol. 43. כחות הסמים והמזונות CHOCHOTH HASSAMIM VEHAMMEZONOTH *virtutes aromatum*, & *alimentorum*, ſine autoris nomine.

Fol. 56. השתנים ממורה הרופא המומחה ממסילנו HASSCETHANIM *de urinis per* DOCTOREM MEDICUM HAMUMACHAH DE MESILANO; de quo nihil eſt compertum.

Fol. 60. Alter medicamentorum index.

Fol. 62. Commentarii R. MOSIS, *filii* EVED ELOHIM *Iſraelitæ* in *Aphoriſmos* HIPPOCRATIS. Incipiunt: אמר הרב הגדול משה בן עבד אלהים הישראלי וכול:

Digitized by Google

וכול: Iidem reperiuntur MSS. etiam in *Bibliotheca Leidenſi* ſub eodem autoris nomine.

Wolfius pag. 884. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ* exiſtimat, MOSEM, *filium* EVED ELOHIM, eundem eſſe, ac MOSEM AUDALLAM CORDUBENSEM, qui multa Arabice ſcripſit de medicina, ut conſtat ex ejus MSS. codicibus, qui reperiuntur in *Bibliotheca Scorialenſi*, & *Vaticana*.

Meminit libri *Aphoriſmorum* HIPPOCRATIS cum commentariis Hebræis etiam Spizelius in *Bibliotheca Cæſarea*, & Bartoloccius part. I. pag. 423. in *Bibliotheca Vaticana*; aſt פלוני אלמוני *Anonymo autore*.

Fol. autem 86. hæc adduntur, ex quibus dignoſcitur, & *Moſem filium Eved Elohim* Arabice ſcripſiſſe, & ejus Hebræum interpretem fuiſſe *Moſem*, *filium Samuelis Tibbon*; נשלם המאמר השביעי מפירוש פרקי אבקראט והעתיקו מלשון הגרי ללשון עברי החכם ר׳ משה בן החכם ר׳ שמואל בן תבון והשלים העתקהו בחדש טבת ביום כו׳ שנת חמשת אלפים ושמנה עשר לבריאת העולם: *abſolutus eſt tractatus ſeptimus commentarii in Aphoriſmos Hippocratis, & tranſtulit eum ex lingua Arabica in Hebræam Sapiens R. Moſes, filius Sapientis R. Samuelis, filii Tibbon, & perfecit translationem ſuam menſe Teveth*, ideſt Decembri, *die* 26. *anno creationis* 5018. ideſt æræ Vulgaris 1258.

Fol. 90. תועלות המים TOALOTH HAMMAIM *utilitates aquæ*, ſcilicet de commodis, quæ in uſu artis medicæ proficiſcuntur ex potu aquæ ſive frigidæ, ſive calidæ, abſque autoris nomine.

Fol. 93. *pag.* 2. De multis corporis infirmatibus, earumque remediis.

Fol. 113. משיחות לכל נגע MESCIACHOTH LECHOL NEGAA *de unguentis pro quolibet vulnere*.

Fol. 119. *pag.* 2. Index alphabeticus vocum Arabicarum, quæ ſunt in libris medicis, earumque Hebræa explicatio.

Fol. 124. *pag.* 2. מזרכת מה שבלל חבור קטן מאישהרי נואן נאקמי *ſyllabus rerum, quæ continentur in libello* MAGISTRI GOEN GAKMI.

Fol. 127. & quæ ſequuntur uſque ad *fol.* 132. extra locum ſuum poſita ſunt ab eo, qui codicem ultimo compegit; ſpectant enim ad tractatum de *vulneribus*, ſive de *unguentis* משיחות.

Fol. 132. סוד המלאכה SOD HAMMELACHAH *arcanum operis*, liber medicus GOEN GAKMI, ſive KAKMI, utroque enim modo ſcribitur. De hoc medico Scriptore ne verbum quidem apud quempiam invenimus.

Fol. 176. גרדון קצר GORDON KATZER, *Gordon brevis*. Eſt opus BERNARDI GORDONII Medici, & profeſſoris Academiæ Montiſpeſſulanæ celeberrimi, qui obiit anno *Chriſti* 1305. ut refert Mangetus pag. 494. Tom. II. *Bibliothecæ Scriptorum Medicorum*, inſcriptum *Lilium Medicinæ*, in compendium redactum, & ex lingua Latina in Hebræam converſum a DON GOYET NATHAN, Hebræo Scriptore nobis prorſus ignoto. Integrum ejus opus ſecundum numerum ſeptenarium *foliorum lilii* in ſeptem libros diviſum, prodiit MS. *Montiſpeſſuli* anno *Chriſti* 1300. Et exemplar ejus pariter MS. ſervatur nunc in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*.

Fol. 224. *pag.* 2. uſque ad *fol.* 233. ſunt nonnulla ſpectantia ad *anatomen*, ſine ordine a neſcio quo collecta.

Fol. 233. גדרי הרפואה GHIDRE HAREPHUAH *definitiones medicinæ*. Incipiunt הקדחת היא חום וכול: *febris eſt calor* &c.

Fol. 235. *pag.* 2. השאלות HASSCEALOTH *quæſtiones medicæ* יוחנן בן עסכר JOCHANAN, *filii* ASCHER, Medici Hebræi prorſus ignoti.

Fol. 239. ספר המבוא נקרא יובנאסי SEPHER HAMMAVO NIKRA JOVANASI, *liber introductio dicta Jovanasi*, ſive *Johannitii*, ut aliis placuit. Eſt introductio לספר גלינוס הניקרא טיגני *in librum Galeni dictum Teghni*, ideſt *artem parvam*, interprete *Johannitio*, ideſt *Chanin*,

Digitized by Google

Chanin, ſive *Chanen*, *filio Iſaaci*. כנין *Chanìn* etenim, *filium Iſaaci*, & יובנאסי *Jovanasì* unum, eundemque eſſe Scriptorem, multis probat Wolfius pag. 275. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*. Mangetus autem in *Bibliotheca Scriptorum Medicorum* Tom. II. pag. 772. vocat *Humain*, & Nicolaus Antonius in *Bibliotheca Hiſpanica veteri* Tom. II. pag. 239. effert plenius, *Abu Said Honain Ibn Iishagel Abedi*; eumque ait ſub Alphonſo X. anno *Hegiræ* 656. ideſt *Chriſti* 1278. Hiſpali floruiſſe. Typographi errore apud Bartoloccium part. I. pag. 701. pro *Chanin Ben Iſaac* eſt *Chajim Ben Iſaac*. Hujus meminit R. Moſes Ægyptius in *Epiſtola* ad Samuelem Aben Tibbon.

Eadem introductio MS. exſtat etiam in *Bibliotheca Cæſarea*, teſte Spizelio, & *Regia Pariſienſi*, ut liquet ex ejus catalogo; ac Latine edita fuit *Venetiis* 1487. in *fol.*

CODEX CLV. *a.* VI. 17.

Partim Chartaceus, partim membranaceus, folia habens 298. charactere exaratus *Raſcì* craſſiore, inſcribitur ספר הקדחות SEPHER HAKKADDACHOTH *liber de febribus* ISAACI ISRAELITÆ, ut eſt in fine, נשלם ספר הקדחות ליצחק הישראלי *completus eſt liber de febribus Iſaaci Iſraelitæ*. Fuit ISAAC ISRAELITA Doctor in jure Hebræorum, & medicus inſignis, ut tradit autor *Scialſceleth Hakkabbalàh* pag. 40. Deſideratur initium. Sunt aliquando adnotatiunculæ in margine.

Exſtat hic liber *de febribus* Latine in Opere *de febribus* Venetiis edito 1576. Memoratur etiam a Mangeto pag. 34. Tom. III. *Bibliothecæ Scriptorum Medicorum*, & Hebraice MS. ſervatur in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*.

CODEX CLVI. *a.* VI. 18.

Chartaceus, foliis conſtans 213. charactere ſcriptus *Hebræo-Hiſpano*, in quo ביאור הפילוסוף אבן רשד לספר האותות BIUR HAPPILOSOPH ABEN RASCIAD LASSEPHER HAOTHOTH *commentarius Philoſophi* ABEN RASCIAD, ideſt AVERROIS, *in librum Meteororum Ariſtotelis*, ut eſt *pag.* 2. *fol.* 45. ubi paucis interjectis hæc adjiciuntur; והיתה השלמה כב ימים לחדש ניסן רכט לפרט: מאיר בר יצחק הכותב וכתבתיו לר משה קשטליון פה עיר ווילה: *& completus eſt liber die* 22. *menſis Niſan*, ideſt Lunæ Martii, *anno creationis* 229. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1469. *Meir*, *filius R. Iſaaci ſcriba; & ſcripſi eum in uſum R. Moſis Kaſtaliòn hìc in urbe Vaila*.

Fol. 46. ספר איגרת בעלי חיים SEPHER IGGHERETH BAALE CHAJIM *liber*, *epiſtola animalium*; liber, in quo homo, feræ, jumenta, aves, reptilia ſimul colloquuntur, & vires, virtutes, vitia, proprietates, & natura ſingulorum explicantur.

Buxtorfius Pater in ſua *Bibliotheca Rabbinica* ſcribit, hunc librum translatum primo fuiſſe ex Græco idiomate in Arabicum, poſtea ex Arabico in Hebræum a R. *Kalonymo*. Buxtorfius autem Filius, qui in *appendice* juxta catalogum codicum Hebræorum ſibi ab *Antonio Legero Pedemontano* communicatum refert hujus libri titulum, putat ex Græco in Arabicum fuiſſe converſum ab *Abù Siphè*, & ex Arabico in Turcicum a *Laamì Abì*, poeta Sultani Solymanni, ab eodemque in Hebræum. Quos inter ſe ita conciliat Bartoloccius part. IV. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 358. ut Buxtorfius Pater R. KALONYMUM interpretem dixerit ex Arabica lingua in Hebræam, tacuerit interpretem ex Græca in Arabicam; Buxtorfius autem Filius aperuerit poſterius, reticuerit prius. Ipſe autem Bartoloccius recenſet inter פלוני אלמוני *Peloni Almoni*, ideſt inter *Scriptores Anonymos*, parte eadem IV. pag. 287. & pag. 358. nihil dubitat aſſerere, KALONYMUM ex Græco in Arabicum idioma tranſtuliſſe, quamvis ingenue

Digitized by Google

fateatur, se librum nusquam vidisse.

Plantavitius sibi non constare scribit num. 16. ex qua lingua, aut a quo autore hæc interpretatio adornata sit.

Wolfius denique Hebræam putat factam Epistolam ex Arabico exemplari a R. KALONYMO, *filio* KALONYMI.

In nostro codice dicitur tantum KALONYMUS interpres; ita enim incipit, אמר קלונימוס מעתיק זה הספר וכול: Ex qua vero lingua transtulerit, non dicitur. Litera præterea manca est, & mutila fine.

Fol. 124. *pag.* 2. incipit liber כוזרי CHUZARI, sive COSRI, charactere scriptus quadrato, sed carens initio. Desiderantur enim duo integri מאמרים *tractatus*; & tertius incipit ab his verbis prope suum finem אמר הכוזרי לא ראיתי ולא שמעתי וכול: Caret etiam fine. Folia præterea confusa sunt, & perturbata, ignorantia ejus, qui codicem compegit, ut vere dici non possit, quæ in eo desiderentur.

Fol. 186. explicatio מלות זרות MILLOTH ZAROTH *vocum exoticarum*, quæ sunt in *Morèh Nevuchìm* R. MOSIS MAIMONIDIS, per *Samuelem*, *filium Judæ*, *filii Tibbon*. Et hìc perturbata sunt folia; inserta *folio* 197. epistola MOSIS MAIMONIDIS ad Samuelem Tibbon de translatione sui libri מורה נבוכים *Morèh Nevuchìm*.

CODEX CLVII. *a.* VI. 21.

Membranaceus, folia habens 123. charactere scriptus *Rasci* satis nitido, inscribitur המאמר הראשון מן השמע הטבע לארסטוטליס ביאור הפילוסוף אבו אלוליד בן רשד הקרטבי העתקת זרחיה בן יצחק מן הערבי אל העברי: *tractatus primus de Auscultatione Physica* ARISTOTELIS *cum commentariis Philosophi* ABU ALULID BEN RASCIAD, idest *Averrois Cordubensis*, *ex interpretatione R. Zerachiæ*, *filii Isaaci Hispani ex lingua Arabica in Hebræam*.

Fol. autem 91. hæc habentur: נשלמה העתקת ספר השמע הטבעי מביאור הפילוסוף הגדול בן רשד ונעתקה לר יחיא בר צדקיה וזה היה במדינה רומא העיר הגדולה מהעתקת ר זרחיה בן יצחק הספרדי שנת נד לפרט לאלף הששי לבריאת עולם: *absolutum est exemplar libri de Physica auscultatione cum commentariis Philosophi magni Ben Rasciàd, & transcriptum est in usum R. Jachiæ, filii R. Sedeciæ, & hoc Romæ urbe magna, ex exemplari R. Zerachiæ, filii Isaaci Hispani anno creationis* 54. *secundum minorem computationem, sexti millenarii*, id-est æræ Vulgaris 1294.

Hæc interpretatio nondum lucem aspexit; nisi forte ZERACHIAS BEN ISAAC sit *Anonymus Hispanus*, quem libros *Physicorum* ARISTOTELIS ex Arabico sermone in Hebræum transtulisse, scribit Wolfius pag. 229. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*.

Sequitur *fol.* 92. המאמר הראשון מספר הנפש לארסטוטליס העתיק זרחיה בן יצחק הספרדי מלשון ערבי אל לשון עברי מהעתקת חנין: *tractatus primus libri de anima* ARISTOTELIS: *transtulit Zerachias, filius Isaaci, Hispanus, ex lingua Arabica in Hebræam, ex interpretatione Chanim*, sive *Isaaci, filii Chanin*, aut *Chonanim*, quem Arabice interpretatum fuisse opera ARISTOTELIS, testatur *Moses, filius Maimonis* in Epistola ad R. Samuelem Ben Tibbon. Neque etiam hujus interpretationis ullam fecere mentionem in suis Bibliothecis Hebræis Bartoloccius, & Wolfius. Imo uterque *Anonymum Hispanum* interpretem appellat.

Fol. 115. hæc habentur: השלמת מה שהעתיק יצחק בן חנין מזה המאמר שהעתיק אבי עיסי בן יצחק מן האשורי אל לשון ערבי: *complectum est id, quod transtulit Isaacus, filius Chanin; exinde tractatus, quem transtulit Abì Isì, filius Isaaci, ex lingua Assyriaca in Arabicam.* Hic autem tractatus est ספר מהות הנפש SEPHER MEHUTH HANNEPHESC, *liber de essentia animæ* ABUNASARIS ALPHARABI, ut in fine est ejusdem tractatus: נשלם המאמר במהות הנפש לאבו

: לאבו נצר אלפארבי *abſolutus eſt tractatus de eſſentia animæ Abunaſaris Alpharabì*. Quis autem ex idiomate Arabico in Hebræum converterit, non dicitur, neque nos definire audemus. Sciabbathæus quidem apud Wolfium pag. 8. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ* ab ANTOLIO translatum affirmat. Bartoloccius autem pag. 5. part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ* in voce אבונצר *interpretem* vocat *Anonymum*; pag. vero 824. part. II. ſui oblitus, ſtatuit R. ZERACHIAM HALLEVI, quem dubitat eundem eſſe, ac R. ZERACHIAM HISPANUM; additque MS. reperiri eundem librum in *Bibliotheca Vaticana*. Bartoloccio aſſentitur Wolfius part. I. Bibliothecæ Hebrææ pag. 362. Exſtat MS. etiam in *Vindobonenſi* ſecundum Neſſelii Catalogum num. LXX.

In-Octavo.

CODEX CLVIII. *a*. II. 15

Membranaceus, *folia habens* 147. charactere exaratus *Hebræo-Hiſpano*, & literis paſſim minio pictis, triplicique columna, inſcribitur שערי רבי יצחק מדורא SCIAARE RABBI ITZCHAK MIDDURA *portæ* RABBINI ISAACI DURENSIS, qui claruit anno *Chriſti* 1334. ideſt אסור והיתר ISSUR VAHETHER *de vetitis*, & *licitis* ad cibum pertinentibus, cum commentariis R. SALOMONIS LURIÆ. Prodiere *Lublini* in fol. ſub titulo עטרת שלמה ATERETH SCELOMOH *Corona Salomonis* anno *Mundi* 359. ideſt *Chriſti* 1599.

Fol. 99. Hæc habentur: תם ונשלם האסור והיתר אשר חברו הרב ר יצחק בן דורא: אני הוא הכותב אהרון בר יעקב: *abſolutus eſt liber* אסור והיתר *de vetitis, & licitis, quem compoſuit Rau R. Iſaac Durenſis. Ego ſcriba Aaron, filius Jacobi*.

Poſt hæc eſt index capitum libri, & *fol.* 100. legitur: סליקו הסימנים יום ה יא שבט שנת העשט פה אליכסנדריא: *abſoluta ſunt capita libri die quinto* XI. *menſis Scevat*, ideſt Lunæ Januarii, *anno creationis* 279. *ſecundum minorem computationem*, ideſt æræ Vulgaris 1519. *Alexandriæ*.

Fol. 101. ברכות מהרם BERACHOTH MEHARAM *benedictiones* HARAM, ideſt R. MEIR ROTENBURGENSIS, ut dicitur in fine *folii* 128. סליקו ברכות מהרם *completæ ſunt benedictiones Haram*; liber rationem præcipiens *precandi, & benedicendi*. Minus recte in *Theatro Anonymorum Placciano* pag. 687. explicatur cumpendium illud literarum מהרם per מהרבי משה *Rabbinum Moſem*. Eſt enim intelligendus RABBINUS MEIR ROTENBURGENSIS; quod ante nos notavit etiam Wolfius pag. 1272. part. II. *Bibliothecæ Hebrææ*; & patet apertiſſime ex indice alphabetico *Scriptorum* R. Sciabbathæi in שפתי ישנים *libro*, quem inſcripſit SCIPHTHE JESCENIM, *labia dormientium*.

Fol. 129. הלכות נדה HILCOTH NIDDAH *deciſiones de muliere menſtruis polluta*, R. ISAACI DURENSIS. Has MSS. reperiri etiam in *Bibliotheca Vaticana*, tradit Bartoloccius part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 898. & in *Bibliotheca Regia Pariſienſi*, diſcimus ex ejus catalogo.

CODEX CLIX. *a*. II. 32.

Chartaceus, folia habens 292. vario ſcriptus charactere Rabbinico, multis conſtat partibus.

Fol. 1. כתב תוכחת מוסר ששלח הרב רבינו שלמה בן אדרת לקהלת פרובינצא: *Scriptura caſtigationis moralis, quam miſit* RAU RABBENU SALOMON, *filius* ADDERETH, *ad Synagogam Provinciæ*: ideſt Epiſtola R SALOMONIS, *filii* ADDERETH, ſive ut legit Wolfius, ADRATH, *Hiſpani Barcinonenſis*, qui floruit anno *Chriſti* 1280. ad Hebræos Provinciæ, qua eos reprehendit, quod neglecto legis, & linguæ Hebrææ ſtudio ad Philoſophiam, & linguam Latinam

Digitized by Google

tinam unice incumbant. Nulla fit hujus epiſtolæ mentio in *Bibliothecis Rabbinicis*, quæ uſque adhuc prodierunt.

Fol. 3. כתב התנצלות ששלח ר׳ ידעיה בן אברהם בדרשי אל הרב הגדול ר׳ שלמה בן אדרת על עניני חכמורת חצוניות בפרובינצא *Epiſtola Apologetica, quam miſit* R. Jedaaiah, *filius* Abrahami Bedersensis (qui floruit anno *Chriſti* 1293. vulgo dictus Happenini) *ad Rau magnum R. Salomonem, filium Addereth de ſcientiis prophanis, quæ erant in Provincia*. Memorant hanc epiſtolam Bartoloccius, & Wolfius fide tantum *Juchaſin*, & *Scialſceleth Hakkabbalàh*.

Fol. 34. uſque ad *fol.* 47. explicantur voces Arabicæ, quæ ſunt in ſingulis שערים *capitibus* מלאכת הגיון *operis Logici R.* Mosis Maimonidis.

Fol. 47. רוח חן Ruach Chen, *ſpiritus gratiæ*; liber eſt phyſicus, de cujus autore multæ ſunt doctorum opiniones. Wolfius part. II. *Bibliothecæ Hebrææ* pag. 1428. putat, Arabice primum ab *Anonymo* ſcriptum fuiſſe, deinde vero a *R. Juda Aben Tibbon* in Hebræam linguam converſum; atque eo per compendium contineri, quæ in *Morèh Nevuchìm* Maimonidis ad res naturales ſpectant: quam opinionem ex parte confirmare videtur adnotatio, quæ eſt in fine codicis Taurinenſis CXLIII. ubi eſt idem tractatus: הוא היה שמואל בן תבון העתיק המאמר מלשון הגרי אל לשון העברי: *eſt Samuel, filius Tibbon, qui tranſtulit tractatum de lingua Arabica in Hebræam*. Wolfius vocat interpretem Judam Aben Tibbon. In noſtro vero codice dicitur Samuel Ben Tibbon. Johannes autem Iſaacus Levita in præfatione ad interpretationem ſuam Latinam exiſtimat, *Tibbonidem* ipſum ex Arabico *Morèh Nevuchìm* compendium hoc feciſſe; quod idem ſentiunt Buxtorfius, & Plantavitius. Si prima præfationis verba quis attente legerit, intelliget profecto, neque obſcure, ſcriptum Maimonidis huic libello occaſionem dediſſe. Inquit enim autor, quiſquis fuerit, רוח חן מהמאר הנכבד מורה הנבוכים יחלוף על פני וכו׳: *pergratum quendam ſpiritum cepi ex tractatu excellenti Morèh Nevuchìm &c.* Hinc fortaſſe judicavit Bartoloccius, librum ipſi Maimonidi tribuendum eſſe.

MS. inveniri, & quidem tribus commentariis illuſtratum, & in *folio*, etiam in *Bibliotheca Oppenheimeriana*, & apud *Uffembachium*, tradit loco citato Chriſtophorus Wolfius; & in *Regia Pariſienſi*, docet ejus catalogus.

Fol. 65. חיבור קצר מלות ההגיון Chibbur Katzer Milloth Hahiggajon *compendium dictionum Logicarum*, ideſt compendium *Logices* R. Maimonidis, mutilum fine, cum *arbore Porphyriana*, & figuris Logicis.

Fol. 77. *pag.* 2. מלאת אזכרה *impletio monumenti*. Eſt ratio cognoſcendi hominum nomina, & rerum eventus ope artis Cabbaliſticæ, præſertim autem divini nominis *Tetragrammati*, abſque autoris nomine. Incipit autem, בשם יהוה אשר לו ההפארת אתחיל מלאת האזכרה וכול׳:

In fine *fol.* 89. hæc habentur: ובכאן נשלם כל הקצור אשר מצאתי מהמלאת האזכרה העתקתיו מהעתק שהועתק על יד מרדכי פנצי שהעתיק ממכתב עצם בחדש טבת ביום כד׳ הר׳ לפרט אלף הששי הנה בעיר מנטובא: *completum eſt compendium, quod inveni, impletionis monumenti; tranſcripſi illud ex exemplari, quod tranſcriptum fuit per manus Mordechai Pintzi, qui tranſcripſit ex ipſo autoris ſcripto, menſe Teveth*, ideſt Decembri, *die* 24. *anno creationis* 205. *ſecundum minorem computationem, ſexti millenarii*, ideſt æræ Vulgaris 1445. *Mantuæ*.

Fol. 89. *pag.* 2. סדר המספר בשנים Seder Hammispar Bescianim, *ordo numerationis in annis*, autore Mordechai Pintzo: ſed vix eſt initium. Incipit: אמר מרדכי פנצי בעבור שמצאתי בלשון הקודש סדר המספר וכול׳:

Fol. 90. ספר משרת משר׳ Sepher Mesciareth Mosceh *liber ſervus Moſis*, titulo deſumto ex com. 25. cap. XI. Nume-

Digitized by Google

Numerorum, quo continentur conciones, & diſſertationes, quas pro magiſtro ſuo MAIMONIDE ſcripſit KALONYMUS. Bartoloccius refert inter *Anonymos*, & MS. exſtare ait in *Bibliotheca Vaticana* part. IV. pag. 241. *Bibliothecæ Rabbinicæ*. Habet MS. etiam *Bibliotheca Oppenheimeri*, & *Senatoria Lipſienſis* inter codices *Wagenſeilii*, teſte Wolfio pag. 1004. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ*: & memorat Sciabbathæus in libro שפתי הישנים *labia dormientium*.

Fol. 116. uſque ad *fol.* 188. multis verbis diſſeritur de hominis infirmitate res percipere non valentis, quæ ſunt ſupra humanum captum: opus *Anonymum*, perturbata inſuper foliorum ſerie.

Fol. 189. *Commentarius* MAIMONIDIS in מסכת אבות MASECHETH AVOTH *tractatum Talmudicum* AVOTH, ex Arabico ſermone in Hebræum translatus a *R. Samuele Ben Tibbon*.

Fol. 219. מסכת פורים MASECHETH PURIM *tractatus de feſto die* PURIM, ideſt *Sortium*, de quo in Hiſtoria Eſther. Eſt liber X. Ordinis Miſcnici מועד MOED *de ſacris diebus feſtis*.

Fol. 224. ספר הנפש SEPHER HANNEPHESC *liber animæ*, mutilus fine. Eſt liber *moralis*, *utilis*, & *jucundus lectu*, ut eum definit Bartoloccius, in quo introducitur GALENUS, & MAURIA, ſive MORIA, ut pronunciant alii, ejus diſcipulus, inter ſe confabulantes, & ad modum dialogi tractantes de *anima*, *corpore*, & *intellectu*. Compoſitum fuiſſe, ſcribit Bartoloccius pag. 27. part. I. *Bibliothecæ Rabbinicæ*, primum Arabice a R. ABRAHAM, *filio* CHASDAI, deinde a R. JUDA, *filio* SALOMONIS CHARIZI *Hiſpano* de verbo ad verbum in Hebræam linguam translatum, & a DANIELE BOMBERGO excuſum *Venetiis* anno *Chriſti* 1519. Wolfius autem pag. 58. part. I. & pag. 1375. part. II. *Bibliothecæ Hebrææ* exiſtimat, ABRAHAMUM, *filium* CHASDAI, librum ab *Anonymo* Græce ſcriptum, Arabice interpretatum fuiſſe, non autem compoſuiſſe, & JUDAM, *filium* SALOMONIS CHARIZI, in Hebræam linguam convertiſſe.

Hoc opuſculum in Latinam linguam translatum exſtare inter MSS. codices Latinos *Bibliothecæ Vaticanæ*, ſcribit Bartoloccius loco citato, ſub hoc titulo, *Verba Galeni ad ſuum diſcipulum Mauriam, per viam quæſiti de virtutibus, & bono regimine cum reſponſionibus*. Ex his ſatis non percipio, quemadmodum R. Gedalia retulerit librum ad rem medicam, qua in re ſectatorem habuit Wolfium part. II. *Bibliotheeæ Hebrææ* pag. 1375. Vocat enim *ſcriptum Anonymi Medicum*, eorum oblitus, quæ ſcripſerat part. I. pag. 58. *liber de Anima, in quo Galenus cum Moria ſermones miſcens de anima, corpore, & intellectu commentatur*; & ubi Gedaliam reprehenderat, quod *minus recte librum hunc ad rem medicam referendum putaviſſet*.

Fol. 232. מסכת יום כפור MASECHETH JOM CHIPPUR, *tractatus de die feſto expiationis*, & הלכות שביתת יום טוב HILCOTH SCEVITHATH JOM TOU *deciſiones de ceſſatione operis diebus feſtis*.

Fol. 234. הלכות חמץ ומצה HILCOTH CHAMETZ UMATZAH *deciſiones de azymo, & fermento*.

Fol. 235. uſque ad 259. nonnulla hinc inde excerpta, & ſine ullo ordine congeſta, de *ſacrificiis*, & *menſuris*.

Fol. 259. De *anno*, *menſibus*, *diebus*, & *horis*. Aſt deſideratur initium, & autoris nomen.

CODEX CLX. *a.* II. 34.

Membranaceus, folia habens 220. charactere ſcriptus *Raſci* admodum eleganti, & perſpicuo; adjecta ſunt etiam puncta vocalia, ſed a recentiore ſcriba. Continet

Fol. 1. Epiſtolam R. JEDAAJAH BEN ABRAHAM HAPPENINI, cognomento HABBEDRASCI, inſcriptam בחינת עולם BECHINATH OLAM, *experimentum mundi*, in qua de *vanitate Mundi contemnenda, &*

Regno

Digitized by Google

Regno Dei quærendo. Vide *Codicem LIX.*

Fol. 29. בקשה BAKKASCIAH *precatio* ejuſdem JEDAAJAH BEN ABRAHAM HAPPENINI, cujus voces omnes a litera מ *Mem* incipiunt. In codice MS. *Bibliothecæ Vaticanæ* exſtat ſub titulo תהלה לשם Tehillàh Laſſcem *laus Deo*, vel *precatio ad Deum*, ut refert Bartoloccius part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 7. Wolfius autem pag. 404. & 405. part. I. *Bibliothecæ Hebrææ* recenſet ſub utroque titulo, & addit ſub titulo בקשה *Bakkaſciàh* Hebraice cum punctis vocalibus, & Latina interpretatione, atque adnotationibus HILARII PRACHII prodiiſſe *Lipſiæ* 1662.

Fol. 34. *pag.* 2. ודוי ליום צום כפור לר׳ אברהם בדרשי קראו בית אל VIDDUI LAJOM TZUM CHIPPUR, *formula confeſſionis peccatorum die Jejunii Chippùr* RABBINI ABRAHAM BEDRASCI, cui *titulus* בית אל BETH EL *domus Dei*. De hac *confeſſionis formula Abrahami Bedraſci* nihil Bartoloccius, nec Wolfius, nec Buxtorfius, nec Hottingerus, nec ceteri.

Fol. 37. קערת כסף KAARATH CHESEPH *ſcutella argentea*, titulo deſumto ex com. 13. cap. VII. *Numerorum*. Eſt canticum didaſcalicum 130. conſtans verſibus, ſecundum pondus ſcutellæ, de qua fit mentio lib. *Numerorum* cap. VII. R. JOSEPHI EZOVI *Poetæ Hiſpani*, qui claruit anno *Chriſti* 1430. ad filium ſuum *Samuelem*, quem inſtruit, quomodo uxorem diligere, familiam gubernare, liberos educare, & in timore Dei inſtituere debeat.

Eſt primum præfatio, quam excipit canticum, cujus initium, עפר נפשי נפשי וכול: In fine autem *fol.* 86. pag. 1. hæc notantur, נשלם מוסר הנכבר המשורר ר׳ יוסף האזובי הנקרא שמו קערת כסף: *completa eſt inſtructio illuſtris poetæ R. Joſephi Ezovi*, ideſt *Æſopii*, ſive *Hyſſopei*, *nuncupata ſcutella argentea*.

Poſtea *pag.* 2. ejuſdem folii adduntur שבחים לפאר הקערה SCEVACHIM LIPHAR HAKKEARAH *laudes ad ornatum ſcutellæ*, quæ incipiunt, נפש קנה מוסר ובין שאלת וכול:

Demum *fol.* 48. Eſt epiſtola ejuſdem JOSEPHI HYSSOPEI, qui hìc dicitur בן חנן, *filius Chanen*, ad filium ſuum; quæ incipit כתבתי לך שלישים להודיעך וכול:

Exſtat MS. hoc Canticum etiam in *Bibliotheca Vaticana*, ut ſe vidiſſe teſtatur Bartoloccius part. III. *Bibliothecæ Rabbinicæ* pag. 796. In catalogo autem *Codicum MSS. Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis* Cod. CCCXLIII. recenſetur ſub titulo *poematis Anonymi*. Num vero in his codicibus MSS. & in editis etiam exemplaribus adjectæ ſint in fine *laudes ad ornatum Scutellæ*, *& epiſtola Joſephi ad filium ſuum*, quæ ſunt in noſtro Codice, nec Bartoloccius, nec Wolfius memorant, neque autor Catalogi *Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis*.

Fol. 51. אבן בחן AVEN BOCHAN *lapis Lydius*, titulo deſumto ex com. 16. cap. XXVIII. Iſaiæ: epiſtola, ſive liber *moralis*, & *aſceticus* de recta vitæ humanæ inſtitutione, & quomodo vitia cognoſci, & explorari debeant, quibuſve modis ab illis ſibi cavere homines poſſint, & virtutes conſectari, autore RABBINO KALONYMO, *filio* KALONYMI, ut eſt in fine epiſtolæ, סיימתי האיגרת בחדש העשרי הוא חדש טבת והעולם אחר האלף החמשי בן שלש ושמנים שנה קלונימוס בר׳ קלונימוס: *finem impoſui epiſtolæ menſe decimo, qui eſt menſis Teveth*, ideſt December, *& orbis conditi anno* 5000. ideſt æræ Vulgaris 1240. *natus annos octoginta tres*, *Kalonymus*, *filius Kalonymi*. Capitum initia paſſim deſiderantur, quia librarius in animo habuerat ea auro, rubroque colore diſtinguere, ſicuti cetera pinxerat. Deſideratur etiam titulus libri.

Similis codicis MS. fit mentio in *Bibliotheca Leidenſi*.

Fol. 152. איגרת אשר שלח החכם אנבוניט אברהם לרשבא על אשר התקצר ביושבי ארץ פרובינצא המתעסקים בחכמות

Digitized by Google

בחכמות חיצוניות *epiſtola, quam miſit, ſapiens* ANBONET ABRAHAM (ideſt *Jedaajàh Happenini*) *ad Hariſcbà*, ideſt *R. Salomonem Ben Addereth, quod invehatur contra Judæos degentes in Provincia, ſtudiis prophanis operam dantes*. Eſt eadem, quam recenſuimus *fol.* 3. Codicis CLIX. ſub titulo כתב התנצלות *epiſtola Apologetica R. Jedajæ Bederſenſis*.

Fol. 220. *pag.* 2. האפר חבר כתב זה לאחד שהיה שמו לפנים בישראל דוד בונית בן יורן *epiſtola Anonymi ad quemdam, cujus nomen antea in Iſraele erat David Bonet, filius Joran*: ſed vix eſt initium, unde ejus argumentum percipere non potuimus.

CODEX CLXI. *a.* II. 35.

Membranaceus, folia habens 228. charactere ſcriptus quadrato, & punctis vocalibus ornatus, continet

Primo תהלים TEHILLIM *pſalmos* DAVIDIS.

Secundo *fol.* 168. איוב *librum* JOBI.

Tertio *fol.* 234. משלי שלמה *proverbia* SALOMONIS.

CODEX CLXII. *a.* II. 36.

Membranaceus, foliis conſtans 162. charactere ſcriptus quadrato, una cum punctis vocalibus, mutilus principio. Sunt *Hebræorum* תפילות *preces* diſtributæ per annum ſecundum Germanorum ritus.

CODEX CLXIII. *a.* II. 37.

Membranaceus, folia habens 218. charactere exaratus quadrato, & punctis vocalibus inſtructus. Eſt ei titulus סדר התפילות SEDER TEPHILLOTH, *ordo precum*: preces recitandæ per hebdomadam, initio menſis, & Sabbatho ſecundum Hebræorum Italorum ritus.

CODEX CLXIV. *a.* II. 38.

Membranaceus, foliis conſtans 91. charactere conſcriptus quadrato, & punctis vocalibus diſtinctus, cui titulus תפילת רבינו אברם בן עזרא *precatio* RABBENU ABRAHAM BEN ESRA, ſed mutila fine. Hæc exſtat in MACHAZOR *Hiſpanico*, & legitur tempore matutino.

CODEX CLXV. *a.* II. 39.

Membranaceus, folia habens 267. charactere ſcriptus quadrato cum punctis vocalibus, continet preces pro ſingulis diebus hebdomadæ, & initio menſis.

CODEX CLXVI. *a.* II. 40.

Membranaceus, foliis conſtans 136. charactere ſcriptus *Raſci*, cum punctis vocalibus, eſt, ut dicitur *fol.* 1. מחזור לראש השנה ויום הכפורים MACHAZOR LEROSC HASCIANAH VEJOM HACCHIPPURIM, *preces recitandæ initio anni, & die expiationis peccatorum*, ſecundum Hebræorum Hiſpanorum ritus.

CODEX CLXVII. *a.* II. 41.

Membranaceus, conſtans foliis 196. multiplici exaratus charactere, cum punctis vocalibus, eſt MACHAZOR *Hiſpanicum*.

CODEX CLVIII. *a.* II. 46.

Chartaceus, folia habens 136. charactere ſcriptus *Hebræo-Hiſpano*, multa complectitur opera ABEN RASCIAD.

I. חבור CHIBBUR *conſtructionem*, ſive *Almageſtum* PTOLEMÆI ALEXANDRINI; ſed caret principio.

In fine hæc leguntur: נשלם החבור והעתיקו מלשון הגרי אל לשון עברי החכם הגדול ר' משה בן שמואל תבון: *completa eſt conſtructio, & tranſtulit eam ex lingua Arabica in Hebræam Magnus*

Digitized by Google

R. Moſes, filius Samuelis Tibbon.

II. *Fol.* 21. ספר המבוא SEPHER HAMMAVO *introductionem in Logicam* ARISTOTELIS.

III. *Fol.* 43. ביאור במאמרות BIUR BEMAAMAROTH *commentarios in librum Categoriarum*, ſive *prædicamentorum*.

IV. *Fol.* 90. ספר מליצה SEPHER MELITZAH *Commentarium in libros Perihermenias*, ſive de *Interpretatione*.

De his omnibus vide Codicem XL.

CODEX CLXIX. *a.* VI. 20.

Membranaceus, folia habens 210. charactere ſcriptus quadrato admodum eleganti, & literis paſſim minio pictis, inſcribitur ספר צירלושיאה ממאשטרו ברוט *liber Chirurgiæ* MAGISTRI BROT. In tres partes dividitur: in prima eſt ſermo de vulneribus in genere, at deſiderantur tria priora capita. In ſecunda, quæ incipit *fol.* 74. de morbis oculorum, labiorum, aurium, de ulceribus, de puſtulis, de polypo, aliiſque hujus generis. In tertia *fol.* 133. de unguentis, oleis, & aliis רפואות Rephuoth *medicamentis*.

In fine; ספר צירלושיאה ממאשטרו ברוט ובתבתי בו גם רפואות אחרות טובים הרבה מאד: *liber Chirurgiæ Magiſtri Brot; ſcripſi in eo etiam remedia alia bona permulta.*

CODICES

Digitized by Google

CODICES GRÆCI.

In-Folio.

CODEX Primus *b.* IV. 1.

Chartaceus, conſtans foliis 185. ſæculi XVI. Habentur in eo

Fol. 1. Tractatus Πορφυρίου Φιλοσόφου περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, Porphyrii Philoſophi *de abſtinentia ab eſu animantium*, in quatuor libros diſtinctus.

Fol. 67. Eustathii Diaconi commentaria in *Dionyſium Periegetem* ſub hoc titulo.

Πρὸς τὸν Πανσέβαστον Δοῦκαν Κύριον Ιωάννην Ευσταθίου Διακόνου ἐπὶ τῶν δεήσεων καὶ Μαίστορος τῶν ῥητόρων ἐπιστολὴ ἐπὶ ταῖς Διονυσίου τοῦ Περιηγητοῦ παρεκβολαῖς. μεθ' ὃν προοίμιον εἰς τὸ πράγμα. καὶ μετὰ τὸ προοίμιον αὐταὶ αἱ παρεκβολαί.

Ad Auguſtiſſimum Ducam Dominum Johannem Euſtathii Diaconi a ſupplicibus libellis, atque oratorum magiſtri epiſtola de ſuo in Dionyſium Periegetem commentario, poſt quam proœminm in ipſum opus; poſt proœmium vero ipſe commentarius.

Omiſſo *Periegetis* textu, commentaria tantum Eustathii exhibentur.

CODEX II. *b.* IV. 2.

Membranaceus, forma pene quadrata, ſæculi circiter XIII. folia habens 524. accurate deſcriptus, & optimæ notæ, ampliſſima continet commentaria in *Pſalmos*, & *Cantica utriuſque Teſtamenti*, quæ profecto eadem videntur, ac illa, quæ refert Carolus Dufreſne in *Gloſſario Mediæ, & Infimæ Græcitatis* pag. 516. ſub hoc titulo, quem ſe exſcripſiſſe ait ex Codice *Colbertino*.

Κοσμᾶ Ινδικοπλεύστου ἐξήγησις εἰς τοὺς Ψαλμοὺς ἱστορικῶς γε καὶ ἀναγωγικῶς, ὁ μὲν κατὰ στοιχεῖον ἐπὶ πάντων τῶν τῆς βίβλου χωρίων, ἀλλ' ἐπὶ τῶν χαλεπωτέρων, ἐξηρανιθεῖσα ἐκ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἐνδόξων, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα ἐν τόποις ἐπιτηδείοις ἐπιγράφει. ἔστι δὲ προθεωρία τις καὶ ἐξέτασις τοῦ αὐτοῦ περὶ συστάσεως Ψαλμῶν, καὶ ἄλλων τινῶν τῶν εἰς αὐτοὺς ἀναγκαίων θεωρημάτων.

Cosmæ Indicopleustæ *enarratio in Pſalmos hiſtorica, & anagogica, non quidem continua in omnia libri loca, ſed in difficiliora tantum, collecta ex præclarioribus Eccleſiæ Scriptoribus, quorum & nomina ſuo loco ponit. Et primum præfatio quædam, & inquiſitio ejuſdem de compoſitione Pſalmorum, & aliis quibuſdam neceſſariis in eoſdem animadverſionibus.*

Deeſt porro hic titulus in noſtro Codice; exſtitiſſe tamen putamus in aliquo folio, quod vel caſu, vel negligentia ejus, qui codicem ultimo compegit, interierit. Omnia enim, quæ in citato codicis *Colbertini* titulo exprimuntur, noſtro perfecte congruunt, & poſt breviſſima uniuſcujuſque Pſalmi argumenta, ſequitur ſtatim

Fol. 2. Præfatio cum epigraphe, quæ Cosmæ Indicopleustæ nomen præfert, eodem ſane modo, quo in *Barocciano* codice apud Oudinum tom. I. pag. 1412. Κοσμᾶ τοῦ Ινδικοπλεύστου πρόλογος εἰς τοὺς Ψαλμούς, *Coſmæ Indicopleuſtæ prologus in Pſalmos*. Immo eodem plane initio, nimirum μὴ τὸν Μωσέα καὶ τὸν τύπον Διάδοχον Ιησοῦν τὸν τοῦ Ναυὴ καὶ μετὰ τοὺς γενομένους Κριτὰς ἐν τῷ Ισραὴλ &c.

Digitized by Google

Hanc præfationem in *Pſalmos* edidit Montfauconius tomo V. *Operum Chryſoſtomi* pag. 540. ex MS. *Ottoboniano*, in quo *Johanni Chryſoſtomo* adſcribitur. Notat tamen ibidem vir doctiſſimus, eam, licet non ſpernendam, *Chryſoſtomi* fœtum haud eſſe. Nihil vero addit de *Coſma* illius legitimo autore, id forte ignorans.

Fol. 3. Præfatio altera habetur ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς Μαρκελλῖνον περὶ τῶν ψαλμῶν τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, *ex Sancti Patris noſtri* ATHANASII *epiſtola ad Marcellinum ſuper Pſalmos*; cujus initium: πᾶσα μὲν ὦ τέκνον ἡ καθ' ἡμᾶς &c.

Fol. demum 4. *pag.* 2. incipit *Pſalmorum expoſitio*. Eſt primum textus, poſtea difficiliora explicantur loca, ea prorſus ratione, quæ in titulo Codicis *Colbertini* a nobis allato expreſſa eſt.

En totius operis initium.

Ὁ τῆς βίβλου σκοπὸς τῶν Ψαλμῶν διδασκαλίαν περιέχει μετὰ τοῦ Μωσέως νομοθεσίαν, καὶ ὅτι δευτέρα μὲν τοῦ Μωσέως γραφὴ &c.

Dum vero *Catenam* a Corderio vulgatam evolveremus, ac una ſimul Codicem compararemus, forte fortuna occurrit nobis Expoſitio INDICOPLEUSTÆ, quam affert Corderius in ſuis adnotationibus, *commatis* 14. *Pſalmi* XVI. conſultoque MS. codice eadem prorſus verba invenimus *fol.* 69. *pag.* 2. finem verſus; ut propterea nullus amplius nobis ſuperfuerit dubitandi locus, quin hæc Catena *Coſmæ* prædicto adſcribenda ſit.

Autores, quibus uſus eſt in illa concinnanda, hi ſunt, quos alphabeti ordine ſubjicimus, eundem ſemper ordinem eadem de re ſervaturi.

CYRILLUS.
DIDYMUS.
EUDOXIUS PHILOSOPHUS.
EUSEBIUS EDESSENUS.
GENNADIUS.
GREGORIUS THEOLOGUS.
HESYCHIUS.
HYPPOLITUS ROMANUS.
JOHANNES CHRYSOSTOMUS.
NICOLAUS PRESBYTER.
ORIGENES.
THEODORETUS.
THEODORUS HERACLEENSIS.
VICTOR.

Illud interea prætermittendum non eſt, ad calcem præfationis *Indicopleuſtæ* ſcriptum eſſe, cui uſui nonnulli Pſalmi eſſent in precibus deſtinati, hoc fere modo.

Εἰσὶν οἱ λεγόμενοι ἐν προσδοκίᾳ ψαλμοὶ ἕξ.

Εἰς τὸν λογισμὸν τῆς ἀκηδίας -- ψαλμοὶ ΝΓ ἕως ΝΔ.

Εἰς τὸν λογισμὸν τῆς μνησικακίας -- ψαλμ. Λ.

Εἰς τὸν λογισμὸν τῆς πορνείας -- ψαλμοὶ ΛΔ ἕως ΛΞ.

Εἰς τὸν αἰχμαλωσίαν τοῦ λογισμοῦ -- ψαλμ. ΙΒ ἕως Ις.

Εἰς τὸν λογισμὸν τῆς καταλήψεως -- ψαλμ. Ε ἕως ΜΕ.

Εἰς πλήθη λογισμῶν -- ψαλμ. ΝΕ ἕως ΞΝ.

Εἰς τὸν λογισμὸν τῆς ἀπογνώσεως -- ψαλμὸς Κς.

Εἰς λογισμὸν τῆς βλασφημίας -- ψαλμὸς ΛΕ ἕως ΡΛΘ.

Εἰς αἴτησιν προσδοκίας -- ψαλμὸς ΚΔ ἕως Νς.

Οἱ αὐτοὶ λέγονται ἐπὶ παντὸς πολέμου ἐπηρείας.

Pſalmi in precibus recitandi hoc modo ſunt.

In tentationem acidiæ – *Pſalmus* LIII. *&* LIV.

In tentationem recordationis injuriæ acceptæ – *Pſalmus* XXX.

In tentationem fornicationis – *Pſalmus* XXXIV. *&* XXXVII.

In captivitatem tentationum, ſeu ad vincendam earum pervicaciam – *Pſalmus* XII. *&* XVI.

In tentationem deprehenſionis – *Pſalmus* V. *&* XLII.

In turbam tentationum – *Pſalmus* LV. *&* LXVIII.

In tentationem deſperationis – *Pſalmus* XXVI.

In

Digitized by Google

In tentationem blaſphemiæ – Pſalmus XXXV. *&* CXXXIX.

In petitionem orationis, ſeu gratiæ ad orandum neceſſariæ – Pſalmus XXIV. *&* LVI.

Hi Pſalmi dici etiam poſſunt cujuslibet belli, & mali tempore.

CODEX III. *b.* IV. 3.

Chartaceus, conſtans foliis 235. ſæculi XVI. Continet primos quinque libros *Hiſtoriæ* DIODORI SICULI, quibus fere omnibus deſunt tituli, quippe rubro colore eos delineare meditabatur librarius, uti incœperat.

Contulimus aliquot paginas cum editione anni 1604. typis *Wechelianis*, & omnia prorſus convenire animadvertimus.

Variantium autem lectionum, quæ in margine dictæ editionis appoſitæ ſunt, nullam in noſtro Codice invenimus.

CODEX IV. *b.* IV. 4.

Fol. 116. *pag.* 2. *Homilia de mutatione nominum tertia*, cujus initium, ἐνεκάλεσαν ἡμῶν τινὲς &c. In editione tom. III. pag. 115.

Fol. 126. *Homilia, quod Chriſtus ſit Deus*. Incipit: ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων &c. In editione tom. I. pag. 558.

Fol. 144. *Homilia de pœnitentia*, cujus initium: ἆρα ἐμέμνησθε ἡμῶν &c. In editione tom. II. pag. 279.

Fol. 151. *Homilia ſexta in epiſtolam ad Philippenſes*. Incipit: ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς μέλλων &c. In editione tom. XI. pag. 233. *Fol.*

Digitized by Google

Fol. 187. *Homilia in martyres* JUVENTINUM & MAXIMUM, cujus initium: ὁ μακάριος Βαβύλας &c. In editione tom. II. pag. 578.

Fol. 192. *Homilia in Sanctas* BERENICEN, PROSDOCEN &c. Incipit: ὅσῳ εἴκοσιν ἡμέρας &c. In editione tom. II. pag. 634.

Fol. 200. *Homilia in Sanctam* PELAGIAM. Incipit: ἀλογητὸς ὁ θεὸς ἐκ γυναικείας θανάτου &c. In editione tom. II. pag. 585.

Fol. 209. *pag.* 2. *Homilia in S.* ROMANUM *martyrem*. Incipit: πάλιν μαρτύρων μνήμη καὶ πάλιν ἑορτή &c. In editione tom. II. pag. 613.

Fol. 214. *Homilia in Martyres Ægyptios*, cujus initium: ἀλογητὸς ὁ θεὸς καὶ ἐξ αἰγύπτου &c. In editione tom. II. pag. 699.

Fol. 217. *pag.* 2. *Homilia in Sanctum*. IGNATIUM, cujus initium: οἱ πολυπλεῖς καὶ φιλότιμοι &c. In editione tom. II. pag. 592.

Fol. 225. *Homilia in Sanctum* PHILOGONIUM, cujus initium: ἐγὼ μὲν χθὲς ἡμέραν &c. In editione tom. I. pag. 492.

Fol. 231. *Homilia in Sanctum* LUCIANUM. Incipit: ἅπερ (in editione ὅπερ) χθὲς ἐδεδώκειν &c. In editione tom. II. pag. 524.

Fol. 235. *Homilia in Sanctum* METLETIUM, cujus initium: πανταχοῦ τῆς ἱερᾶς ταύτης &c. In editione tom. II. pag. 518.

Fol. 239. *pag.* 2. *Homilia in Sanctum* EUSTATHIUM *Antiochenum*. Incipit: σοφός τις ἀνὴρ καὶ φιλοσοφεῖν &c. In editione tom. II. pag. 603.

CODEX XIII. *b.* IV. 13.

Membranaceus, duplici exaratus columna, fæculi circiter X. optimæ notæ, atque characteris, folia habens 463. cui titulus in margine primæ paginæ recentiori charactere ſcriptus,

Βίβλος τοῦ Χρυσοστόμου ἡ ἐπιλεγομένη παραμυθίας, *Liber* CHRYSOSTOMI *continens allocutiones, ſeu conſolationes*, ideſt tractatus ad privatos homines miſſos, in quibus eos hortatur, alloquitur, conſolatur. Complectitur itaque hic Codex omnes hujuſmodi argumenti homilias.

Argumenta earum, & initia ſic habeto.

Fol. 1. *Homilia ad Theodorum lapſum duobus libris*, cujus initium: τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ &c. In editione tom. I. pag. 1.

Fol. 53. *pag.* 2. *Ad Demetrium de compunctione*, cujus initium: ἐγὼ σε ὁρῶν ὦ μακάριε Δημήτριε &c. In editione tom. I. pag. 122.

Fol. 76. *pag.* 2. *Ad Stelechium de compunctione*. Incipit: ἐκ πῶς ἐνὶ γενέσθαι. &c. In editione tom. I. pag. 140.

Fol. 93. *Homilia commonitoria ad Stagirium a Dæmone vexatum*. Incipit: ἔδει μὲν ἡμᾶς ὦ φίλτατε πάντων ἡμῶν Σταγείριε &c. In editione tom. I. pag. 154.

Fol. 125. *Libellus ſecundus ad eumdem*, cujus initium: ταῦτα μὲν ἦν ὑπὲρ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας &c. In editione tom. I. pag. 179.

Fol. 156. *Libellus tertius ad eumdem*, cujus initium: ἱκανὰ μὲν ἦν καὶ τὰ εἰρημένα &c. In editione tom. I. pag. 207.

Fol. 187. *pag.* 2. *De* ANNA *ſermo primus*, cujus initium: ἐπηδὰν ξένον τινὰ καταχθέντα &c. In editione tom. IV. pag. 699.

Fol. 203. *De* ANNA *ſermo ſecundus*, cujus initium: οὐδὲν ἄρα ἴσον ἀχῆς &c. In editione tom. IV. pag. 711.

Fol. 215. *Homilia ſecunda in* DAVID, & SAUL, cujus initium: ὑμεῖς μὲν πρώην ἐπλωίσατε &c. In editione tom. IV. pag. 759.

Fol. 226. *Homilia in illud*: Salutate Priſcillam &c. Incipit: πολλοὺς ὑμῶν οἶμαι θαυμάζειν &c. In editione tom. II. pag. 180.

Fol. 252. *Homilia prima in* LAZARUM, cujus initium: τῷ χθὲς ἡμέραν ἑορτῷ &c. In editione tom. I. pag. 707.

Fol.

Digitized by Google

Fol. 275. *pag.* 2. *Homilia ſecunda in* LAZARUM, cujus initium: ἐθαύμασα τὴν ἀγάπῃ ὑμῶν *&c.* In editione tom. I. pag. 726.

Fol. 288. *Homilia tertia in* LAZARUM, cujus initium: ὁ τὰ τυχόντα ἡμᾶς ὠνησεν *&c.* In editione tom. I. pag. 736.

Fol. 306. *Homilia quarta in* LAZARUM, cujus initium: τῆς τῦ Λαζάρυ παραβολῆς *&c.* In editione tom. I. pag. 751.

Fol 320. *Homilia ſexta in Geneſim*. Incipit: βέλομαι τῆς σωτήρυς πάλιν *&c.* In editione tom. IV. pag. 39.

Fol. 332. *Homilia in illud Apoſtoli de Dormientibus*. Incipit: ἡμέρας τεσσαρας *&c.* In editione tom. I. pag. 762.

Fol. 344. *pag.* 2. *Homilia, quando presbyter ordinatus fuit*. Incipit: ἆρα ἀληθῆ τὰ συμβάντα *&c.* In editione tom. I. pag. 436.

Fol. 351. *Homilia adverſus eos, qui monaſticam vitam impugnant*. Incipit: ὅτε τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν *&c.* In editione tom. I. pag. 44.

Fol. 365. *Homilia ad infidelem Patrem*, cujus initium: ικανὰ μὲν ἦν ἃ ταῦτα *&c.* In editione tom. I. pag. 57.

Fol. 384. *Homilia altera ad infidelem Patrem*, cujus initium: φέρε δὴ λοιπὸν ἃ τὸν πιστὸν *&c.* In editione tom. I. pag. 75.

Fol. 423. *pag.* 2. *Homilia in venerandam Crucem*, cujus initium: πολλάκις ἐζήτησα πρὸς ἐμαυτὸν *&c.* In editione tom. II. pag. 397.

Fol. 427. *pag.* 2. *Homilia in Viduam juniorem*. Incipit: ὅτι μὲν χαλεπῶ ἔλαβες τῶ πληγῶ *&c.* In editione tom. I. pag. 338.

Fol. 436. *pag.* 2. *Homilia altera ad Viduam juniorem*, cujus initium: τὸ μὲν τὰς ἀπείρυς ὁμιλίας *&c.* In editione tom. I. pag. 349.

Fol. 445. *pag.* 2. *Homilia adverſus eos, qui Virgines ſubintroductas habent*: Incipit: ἐπὶ μὲν τῶν πρωτογώνων *&c.* In editione tom. I. pag. 218.

Hujus, & præcedentis Codicis præſtantia vel maxime ex eo elucet, quod *homiliarum* DIVI CHRYSOSTOMI nullam comprehendant, quas veluti ſpurias, aut dubias viri critici rejecerunt.

CODEX XIV. *b.* IV. 14.

Membranaceus, duplici columna ſcriptus, circa finem ſæculi X. conſtans foliis 358. nitidi characteris, tituloſque omnes præſeferens literis aureis delineatos, κτῆμα olim *Gabrielis Severi*. Eſt in eo pars minima magni MENOLOGII. Continet enim dimidium tantum menſem *Novembrem*, ſeu vitas *Sanctorum*, quos Eccleſia Græca colit a primo uſque ad XVI. diem *Novembris*.

Fol. 1. Βίος καὶ πολιτεία τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων θαυματύργων ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιάνυ, *Vita, & mores Sanctorum, glorioſorumque thaumaturgorum Anargyrorum* COSMÆ, & DAMIANI. Incipit: ἄρτι τὴν δυσέβειας ἀναλαμπύσης καὶ τῦ εὐαγγελικῦ κηρύγματος τὸν πάντα κόσμον διαλαμβάνοντος *&c.*

Fol. 8. *Martyrium ſanctorum, atque glorioſorum martyrum* ACINDINI, PEGASII, ANEMPODISTI, APHTONII, & ELPIDIPHORI. Incipit: εἰ καὶ τοῖτοι Πέρσαι Χριστὸν ἐκ παρθένυ γεννώμενον προσεκύνησαν *&c.* Latine exſtat apud *Surium* die 11. *Novembris*.

Fol. 30. *Martyrium Sanctorum, & glorioſorum Chriſti martyrum* ACEPSIMÆ, JOSEPHI, & AITHALÆ, cujus initium: ἐλύττα. κατὰ Χριστιανῶν Σαβώριος ὁ Περσῶν βασιλεὺς τοῖς μάγοις *&c.* Latine apud *Surium* die XXII. *Aprilis*, Græce vero ex MS. codice *Mediceo*, & Latine ex interpretatione *Herveti* in *Actis Sanctorum* tom. III. *Aprilis* eadem die XXII.

Fol. 53. *pag.* 2. *Vita, & mores Sancti Patris noſtri* JOANNICII MAGNI. Incipit: τῶ πρὸς ἀρετῶ ὁδὸν φέρυσαν, τραχεῖαν εἶναι *&c.* Apud *Surium*, & *Lipomannum* die IV. *Novembris*.

Fol. 97. *Vita, & mores, & martyrium Sanctorum* GALACTIONIS, & EPISTEMIÆ, cujus initium: τῆς πρὸς τῷ Λιβάνῳ ὄρει φοινίκης, πολλαὶ μὲν πόλεις *&c.* Latine apud *Surium*, & *Lipomannum* die 5. *Novembris*.

Fol.

Digitized by Google

Fol. 108. *pag.* 2. *Vita, & mores Sancti Patris noſtri* PAULLI CONFESSORIS, cujus initium: *ὡίκα Κωνσάντιος ὁ τῦ μεγάλυ Κωνσαντίνυ τείτος υἱὸς τὰ τῆς ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἐχειρίζετο σκῆπτρα &c.* Latine apud *Surium* die VII. *Junii*.

Fol. 118. *Martyrium Sancti, & glorioſi magni martyris* HIERONIS, cujus initium: *Ἱέρωνι τῷ γενναίῳ πατρὶς μὲν ἡ δευτέρα τ Καππαδοκῶν. πόλις δε Τύαννα &c.* Latine apud *Surium*, & *Lipomannum* die VII. *Novembris*.

Fol. 126. *Vita, mores, atque certamen ſanctæ martyris* MATRONÆ, cujus initium: *τὺς σώφρονας τὸν βίον καὶ φιλαρέτυς κατὰ δωίαμιν ἐπαινεῖν ὅσιόν π ὁμῦ καὶ ὠφελιμώτατον &c.* Latine apud *Surium*, & *Lipomannum* die VIII. *Novembris*.

Fol. 150. *pag.* 2. *Vita, & mores Sanctæ matris noſtre* THEOCTISTIÆ LESBIÆ, cujus initium: *εἰκόνες καὶ σήλαι δ ἀνδριάντες. διὰ τῦτο πάντως εἰς τὸν ἡμέτερον &c.* Vitæ hujus mentionem facit, immo & loca adducit Allatius in diatriba de *Symeonum ſcriptis* pag. 49.

Fol. 164. *Martyrium Sancti, & glorioſi magni martyris* MENÆ ÆGYPTII: Incipit: *βασιλεύοντος Διοκλητιανῦ καὶ Μαξιμιανῦ, τῶν τῦ ἀληθῦς βασιλέως &c.* Latine apud *Surium*, & *Lipomannum* die XI. *Novembris*.

Fol. 172. *Vita, & mores Sancti, & glorioſi Patris noſtri* JOHANNIS ELEEMOSINARII, cujus initium: *τὰς τ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀναγράπτυς τίθεσθαι ωφάξεις &c.* Latine ex interpretatione *Gentiani Herveti* apud *Surium*, & cum adnotationibus apud *Bollandum* die XXIII. *Januarii*.

Fol. 227. *pag.* 2. *Vita, & mores Sancti, glorioſique Patris noſtri* JOHANNIS CHRYSOSTOMI *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*. Incipit: *καὶ πάντων μὲν τῶν κατὰ Θεὸν πολιτευσαμένων ὁ βίος τοῖς εὐσεβέσιν ὠφελιμώτατος &c.* Latine apud *Lipomannum* die XIII. *Novembris*, & apud *Surium* XXVII. *Januarii*. Græce autem in *Chryſoſtomo Savilii* tomo VIII.

Fol. 357. *pag.* 2. *Hypomnèma Sancti magnique Apoſtoli Chriſti* PHILIPPI, cujus initium: *ὁ Θεῦ λόγος ἀϊδίως συνὼν τῷ πατρὶ καὶ ἄχρονος ὢν &c.* Latine apud *Surium* die I. *Maii*.

Fol. 365. *Martyrium Sanctorum Chriſti confeſſorum* SURIÆ, SAMONÆ, & ABIBI. Incipit: *ἔτος μὲν ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρυ τῦ Μακέδονος ἀρχῆς ἑξακοσιοστὸν &c.* Latine apud *Surium* die I. *Novembris*.

Autor omnium creditur magnus *βιόγραφος* METAPHRASTES.

CODEX XV. *b.* IV. 15.

Chartaceus, ſæculi XVI. conſtat foliis 298. Habentur in eo præfatio, & ſcholia in APHTONII *progymnaſmata*, prætermiſſo *Scholiaſtæ* nomine. Scholia quidem diverſa ſunt ab *Exegeſibus* incerti autoris, editis ab *Aldo Manutio* anno 1509. iiſdemque longe prolixiora. Præfationis initium deeſt, cum primum exciderit folium: ex iis tamen, quæ ſuperſunt, liquet omnino & hanc aliam eſſe ab ea, quam edidit Montfauconius ex codice CCCLXXXVII. *Bibliothecæ Coiſlinianæ*. Hæc interea ſpeciminis gratia ſubjicimus excerpta ex *folio* 13. ubi incipiunt ſcholia.

Ἀφθονίυ προγυμνάσματα.

Ὁ μῦθος ποιητῶν μὲν προσῆλθεν.

Ζητῦσί τινες διὰ τί τὰ μὲν ἄλλα γυμνάσματα ὁρίζεται ἐν προκαταρκτικοῖς ἐπὶ δὲ τῦ μύθυ τῦτο ὐ ποιεῖ. ἀλλὰ πρῶτον μὲν λέγει τλὼ γένεσιν τῦ μύθυ. εἶθ' ὅτως ὁρίζεται αὐτόν. καὶ λέγομεν ἐπειδή τινες ἔλεγον μὴ δεῖν τοῖς γυμνάσμασι τὸν μῦθον σωτάττεσθαι ἅτε ὁμολογυμένως ψεῦδη ὄντα. διὰ τῦτο πρῶτον μὲν θεραπεύει, καὶ λέγει τλὼ αἰτίαν δι' λὼ δεῖ ἡμᾶς αὐτὸν δέχασθαι. εἶθ' ὅτως ἐπιχειρεῖ τῇ περὶ αὐτῦ διδασκαλίᾳ καὶ ὁρίζεται αὐτόν. τί γὰρ φήσιν ὅτι τοῖς ποιηταῖς ὅρηται ὁ μῦθος. εἰ ἦν ἐκεῖνοι τῷ μύθῳ ἐχρήσαντο, πῶς αὐτῷ καὶ ἡμεῖς ἐχρήσομεθα. κἀίτοι οἱ μὲν ποιηταὶ ψιλῆς ἕνεκα ψυχαγωγίας αὐτῷ ἐχρήσαντο. ἡμεῖς δὲ ἕνεκα παραινέσεως.

Digitized by Google

Aphtonii Progymnaſmata.

Fabula profecta quidem a poetis eſt. (Textus)

(Schol.) *Quærunt nonnulli, cur Aphtonius alia quidem gymnaſmata in ipſo orationis aditu definiat. At fabulæ, longe aliter faciens, originem primum dicat, deinde ſic eam definiat. Nos vero ita ratiocinamur. Quoniam quidam dixere fabulam gymnaſmatis adnumerari non debere, utpote quæ falſa contineat; idcirco hoc primum diluit, & cauſam dicit, propter quam deceat nos eam ſuſcipere. Deinde ſic adgreditur ejus expoſitionem, ipſamque definit: quid enim, inquit, quod apud poetas inveniatur fabula? Si igitur illi fabula uſi ſunt, quin ea & nos utemur? & poetæ quidem ad parvam animi inſtitutionem adhibuerunt, nos vero ad hortandum, monendumque.*

CODEX XVI. *b.* IV. 16.

Membranaceus, duplici columna exaratus, ſæculi circiter XI. folia habet 199. Primæ capitulorum literæ imagunculas exhibent auro, variiſque coloribus delineatas, quales Montfauconius deſcripſit in *Paleographia Græca* pagina 254. Tituli vero peculiaribus ornameniis incluſi ſunt. Continet autem ſequentes DIVI GREGORII NAZIANZENI *orationes*.

Fol. 1. *Oratio in ſanctum Paſcha, & tarditatem*, cujus initium: ἀναςάσεως ἡμέρα &c. In editione Pariſienſi ann. 1620. XLI.

Fol. 3. *Homilia ſecunda in ſanctum Paſcha*, cujus initium: ἐπὶ τ̃ φυλακ̃ης μ̀ ςήσομαι &c. In edit. XLII.

Fol. 16. *Oratio in novam Dominicam*, ideſt *in Albis*. Incipit: ἐνκαίνια τιμᾶσθαι παλαιὸς νόμος &c. In editione XLIII.

Fol. 29. *Oratio in laudem* MACCHABÆORUM, cujus initium: τί δὲ οἱ μακκαβαῖοι &c. In editione XXII.

Fol. 47. *Oratio de ſuis ſermonibus ad Julianum tributorum Exactorem*. Incipit: τίς ἡ τυραννὶς &c. In editione IX.

Fol. 55. *pag.* 2. *Oratio in Theophaniæ diem feſtum* Incipit: Χριςὸς γέννεται δοξάσατε &c. In editione XXXVIII.

Fol. 66. *Oratio funebris in Baſilium*, cujus initium: ἐμέλλειν ἄρα πολλὰς &c. In editione XX.

Fol. 105. *Oratio in ſancta lumina*. Incipit: πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμὸς &c. In editione XXXIX.

Fol. 114. *Oratio habita altero poſt Epiphaniam die*. Incipit: χθὲς τ̃ῇ λαμπρᾷ τ̃ῶν φωτ̃ῶν &c. In editione XL.

Fol. 140. *pag.* 2. *Ad Gregorium fratrem Baſilii*. Incipit: φίλε πιςὸν ὐκ ἔςιν &c. In editione VI.

Fol. 144. *pag.* 2. *Oratio in Sanctum Athanaſium*; cujus initium: Ἀθανάσιον ἐπαινῶν &c. In editione XXI.

Fol. 162. *pag.* 2. *Oratio habita coram CL. Epiſcopis*. Incipit: πῶς ὑμ̃ῖν τὰ ἡμέτερα &c. In editione XXXII.

Fol. 177. *pag.* 2. *Oratio de amore pauperum*, cujus initium: ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ συμπένητες &c. In editione XVI.

CODEX XVII. *b.* IV. 17.

Membranaceus, ſæculi XII. conſtans foliis 197. variis in locis mutilus, in quo ſequentes *Divi* JOHANNIS CHRYSOSTOMI *homiliæ* in epiſtolas quaſdam DIVI PAULLI.

Fol. 1. *In epiſtolam ad Coloſſenſes homiliæ XII.* Præmittitur initio hypotheſis *Epiſtolæ*, & capitum elenchus cum eorundem argumentis. Prima *folio* 2. incipit: πᾶσαι μὲν ἁγίαι αἱ ἐπιςολαὶ Παύλ̃ου ἔχουσι &c. In editione tom. XI. pag. 322.

Fol. 89. Sequuntur *homiliæ in epiſtolam ad Theſſalonicenſes*, præmiſſa pariter *Epiſtolæ* hypotheſi. Earum priores quatuor tantum integræ habentur, & pars quintæ; ceteræ deſunt. Prioris initium eſt: τί δήποτε Ἐφεσίοις μὲν ἐπιςέλλων &c. In editione eodem tomo pag. 425.

Fol. 124. Habetur fragmentum *homiliæ quartæ in epiſtolam ad Philippenſes*, a verbis nimirum . . . ἵνα σπεύσαι ὑμᾶς &c. uſque ad finem. Hæc in Codice noſtro numero quinta erat, aliqua forte

Digitized by Google

te præcedentium in binas diviſa: nam quæ ſtatim ſequitur, numero ſexta ſcribitur, ejuſque initium: ὐδὲν ἄμεινον, ὐδὲν φιλοσοργάτερον &c. In editione vero quinto ſtatuitur loco, eodem tomo pag. 227. Sequuntur deinde aliæ homiliæ in eamdem epiſtolam omnino, ut in editione, ſed aucto, ut notavimus; numero.

Decima ſub finem mutila eſt, & undecima initio deficiens: incipit enim *folio* 160. a verbis διὰ τί ὐδὲν γὰρ ἄλλο ποιῦσιν &c.

Porro legentibus, atque conferentibus multæ nobis occurrerunt variantes lectiones, non magni tamen faciendæ.

CODEX XVIII. *b.* IV. 18.

Chartaceus partim, partim Membranaceus, ſæculi XIV. folia habens 277. vetuſtate plurimum detritus, eſt MENÆUM quatuor menſium *Septembris*, *Octobris*, *Novembris*, *Decembris*, & hunc præſefert titulum: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ Μηναίῳ, *Initium Deo juvante, Menæi*. Singulis diebus unius, vel plurium Sanctorum occurrentium *Officium* digeritur: *troparia* ſcilicet in primis, & ſecundis *Veſperis*, *ac Miſſa*, nec non *Canones* in *Matutino*, aliiſque *divini Officii* partibus recitandi, tum *Synaxaria*, ſeu rerum ab iiſdem ſanctis geſtarum breves narrationes continentur. Fit etiam aliorum Sanctorum, licet eorum peculiare *officium* non habeatur, vel proſa, vel carmine commemoratio. Adduntur præterea aliquibus in locis notæ muſicales.

CODEX XIX. *b.* IV. 19.

Chartaceus, ſæculi XVI. conſtans foliis 450. in quo SIMPLICII *Philoſophi Peripatetici commentaria in IV. libros* ARISTOTELIS *de Cælo*, diligenter accurateque deſcripta.

CODEX XX. *b.* IV. 20.

Membranaceus, ſæculi circiter XI. olim *Gabrielis Severi ex Monembaſia*, multis aureis literis decorus, cui folia 301. *Commentarios* exhibet *in quatuor Evangelia*, omiſſo plane interpretis nomine. Literæ aliquibus in paginis ita evanuerunt, ut vix ſuperſint earumdem veſtigia, & vix, ac ne vix quidem legi poſſint.

Præmittitur primo index capitum *Evangelii ſecundum* MATTHÆUM, quæ ſunt numero LXV. ſecundum morem Eccleſiæ Græcæ, ut in omnibus fere codicibus obſervandum venit. Sequitur deinde ipſum MATTHÆI Evangelium ita diſpoſitum, ut ſingulis lectionibus ſuus ſupponatur commentarius, quæ interpretandi ratio in ceteris etiam Evangeliis ſervatur. Commentarius in *Evangelium* MATTHÆI ſic incipit: βίβλος τῆς γενέσεως ἐστι τὸ γενομένα ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα &c.

Notatu vero digna ſunt, quæ in commentario *ad orationem* a CHRISTO DOMINO dictatam habentur: τὸ δ' ὅ σὸ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ δυνάμις καὶ ἡ δόξα ἐν τισὶ ὐ κεῖται μέχει τὸ ἀμὴν, *Illud autem, quod tuum eſt regnum, & poteſtas, & gloria, in aliquibus non ponitur uſque ad amen*. Diſcimus enim hinc, clauſulam illam, *quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria in ſæcula*, non ſolum ab antiqua Vulgata Latina Interpretatione, ſed etiam ab antiquis quibuſdam Manuſcriptis codicibus Græcis *Novi Teſtamenti* abeſſe. Hoc idem obſervatum fuit ab Autore *Catalogi Bibliothecæ Vindobonenſis* in codice CLIV. parte I. pag. 232. ubi eadem verba leguntur.

Fol. 87. Sequitur *commentarius in Evangelium* DIVI MARCI. Præit, ut in antecedenti commentario, capitum elenchus, quæ ſunt numero XLVIII, & proœmium quoddam, cujus initium: πολλῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον καὶ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς συνταξάντων ὑπομνήματα ὀλίγων καὶ εἰς τὸ κατὰ

Digitized by Google

Λυκᾶν. ὕδενος καὶ ὅλως οἶμαι εἰς τὸ κατὰ Μάρκον ἀναγνόσιον ἐξηγησαμένης συνεῖδον &c.

Fol. 131. *pag.* 2. *Commentarius in Evangelium* SANCTI LUCÆ, præpoſito itidem indice capitum, quæ ſunt numero LXXXIII. Initium ſtatim fit ab ipſis *Evangelii* verbis, tum vero commentarius incipit hoc modo: ἐπειδὴ ὑπὲρ ἐκ λῴ ἄνθρωπον ὄντα Θεῦ διδασκαλίαν καὶ ῥήματα συγγράφειν, εἰκότην ἀπολογεῖται ἐν τῷ προοιμίῳ. ὥσπερ δὲ ἐν τῷ πάλαι λαῷ πολλοὶ προφητείαν ἐπηγγέλλαντο &c.

Fol. 221. *pag.* 2. *Commentarius in Evangelium* JOHANNIS, quod in capita XIX. dividitur, ut monſtrat præmiſſus eorundem index. Eſt etiam huic proœmium, cujus initium: μὴ τλῶ εἰς ἐμὲ ἀνάληψιν τῦ Κυρίυ πολλῷ μὲν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐνδιέγραψαν οἱ μαθηταὶ τῷ χρόνῳ &c.

Ante ſingula Evangelia poſitæ ſunt EVANGELISTARUM effigies, quas hìc fideliter exhibere nobis curæ fuit. Simillimas iis animadvertet Lector, quas edidit Montfauconius in *Paleographiæ* initio, & quas Neſſelius *in catalogo Bibliothecæ Vindobonenſis*. Ex his percipiuntur inſtrumenta, & ſuppellex, quibus olim aliquot ante typorum inventionem ſæculis utebantur Calligraphi, quicumque operibus antiquorum exſcribendis operam navabant.

In prima tabella notanda eſt *Menſa* binis loculamentis diſtincta, in quibus *volumina* involuta antiquorum more, & *Lagena Atramentaria* repoſita. Super *Menſam* vero *circinus*, & *cultri* habentur ad ſcindendam chartam, & *Normæ* ad lineas ducendas, cum *theca*, in qua hæc omnia reponi ſolita. Ad *Menſæ latus Columna* eſt inſtar cochleæ, ut verſari, attolli, ac deprimi poſſit, cui affixus *Abaculus* ad legenda volumina ſupra ipſum explicanda accomodatus. In reliquis vero notanda præter hæc ſunt antiqua volumina *faſciarum* inſtar explicita, modo ſuper parvum abacum, modo ſuper genua Evangeliſtarum, modo convoluta, ſuiſque funiculis ligata.

Neque prætermittenda, quæ ad inferiorem marginem tabellæ referentis SANCTUM LUCAM ſcripta ſunt.

Ἀνεκαινίσθη καὶ ἐκαχώθη ἡ βίβλος αὐτὴ διὰ χειρὸς ἐμῦ ἐλαχίστυ ἁμαρτωλῦ χειροδύλυ καὶ τάχα ἡγυμένυ διὰ συνδρομῆς τῦ ἐπισκόπυ Θεωριανῦ μηνὶ Ἀπρείλι ἔτυς ϛ ψ ξ ζ.

Renovatus, & compactus eſt hic liber manu mea miſerrimi peccatoris Chriſtoduli, atque Præfecti per concurſum Epiſcopi Theoriani menſe Aprili anno 6767. nimirum anno Chriſti 1259.

CODEX XXI. *b.* V. 1.

Membranaceus, duplici ſcriptus columna, circa finem ſæculi X. conſtat foliis 229. Prima folia *Bibliodetes* aliunde deſumſit, ex aliquo nempe lacero *Menæo*. Exhibent enim SANCTÆ MARIÆ ÆGYPTIACÆ vitam, mutilam quidem, autore SOPHRONIO *Archiepiſcopo Hieroſolymitano*, ſub cujus etiam nomine exſtat in *Bibliotheca Coisliniana* pag. 401. Incipit: μυςήριον βασιλέως κρύπτειν καλὸν &c.

Codex vero continet XVI. *Sancti* GREGORII NAZIANZENI *orationes* cum earumdem indice ad calcem. Harum priores XV. eædem ſunt, quæ in Codice *b.* IV. 16. eodemque ordine. Ultima igitur, ſeu XVI. eſt *oratio ad Patrem de plaga grandinis*, in editione numero XV. Ornamenta ſimilia omnino iis, quæ in citato codice: characteres vero nitidiores, & majores.

In fine ſubjicitur explicatio quarumdam notarum, quibus Calligraphi exſcribentes *Sanctorum Patrum* exemplaria, utebantur in margine, ad indicanda loca, in quibus peculiare aliquid illi diſputant, aut docent. Eas, paucæ enim ſunt, hìc addere non piguit.

Τὸ ἡλιακὸν τῦτο σημεῖον τέταχται ἐν οἷς χωρίοις περὶ θεολογίας ὁ πατὴρ διαλέγεται διὰ τὸν ἥλιον δικαιοσύνης τὸν Θεὸν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ὀνομάζεσθαι.

Si-

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Signum hoc SOLEM *indicans, in iis ponitur locis, in quibus de Theologia Pater disputat, quandoquidem Sol justitiæ in Divinis Scripturis Deus appellatur.*

Ὁ ἀστερίσκος τέτακται ἐν οἷς χωρίοις ὁ Θεολόγος περὶ τῆς ἐν σάρκι οἰκονομίας τοῦ μεγάλου Θεοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διαλέγεται διὰ τὸν φανέντα τοῖς Μάγοις θεῖον ἀστέρα.

ASTERISCUS *ponitur iis in locis, in quibus de Incarnatione magni Dei Servatoris nostri Jesu Christi Theologus ratiocinatur: idque propter stellam, quæ Magis apparuit.*

Τὸ σημεῖον τὸ ὡραῖον τέτακται ἐν τοῖς χωρίοις ἐν οἷς κεκαλλώπισται, ἢ τὸ νόημα ἔχάνθισται, ἢ ἀμφότερα ὑπερκέρεται.

Signum hoc PULCHRUM *significans, ponitur e regione locorum, in quibus aliquid præclarum vel phrasis, vel sententia, vel utraque habent.*

Τὸ σημεῖον τοῦτο τέτακται ἐν τοῖς χωρίοις ἐν οἷς ἀπέσχεται, ἢ κατὰ δόγμα, ἢ καθ' ἱστορίαν, ἢ κατὰ φράσιν, ἢ κατά τι τοιοῦτον ὄφελος σημειωθῆναι τῷ ἀναγινώσκοντι.

Signum hoc poni solet in locis, in quibus aliquid notatu dignum vel propter opinionem, vel propter historiam, vel propter phrasim utile legenti futurum.

CODEX XXII. *b.* V. 2.

Chartaceus, sæculi XVI. habens folia 285. titulum hunc initio præfert.

Ἐξήγησις εἰς τὸν μακάριον Ἰῶβ συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Ἡρακλείας κυροῦ Νικήτα.

Expositio in beatum Job scripta a Sanctissimo Heracleensi Metropolita Domino NICETA.

Præmittitur argumentum singulorum capitum, tum JOBI textus interseritur, & copiosus ut plurimum commentarius distincte sequitur ad modum *Catenæ*. Initium ita se habet: ὑπόθεσις μὲν ἡμῖν καὶ σκοπὸς τοῦ λόγου ἡ τῆς βίβλου τοῦ πολυάθλου Ἰῶβ ἀνάπτυξις &c.

Vulgata fuit hæc *Catena* ex Latina interpretatione *Paulli Comitoli* primum *Lugduni* anno 1585. cura *Laurentii cum Deo*, qui epistolam præmisit, in qua demonstrare conatus est, autorem hujus *Catenæ* esse NICETAM HERACLEENSEM, non vero OLYMPIODORUM, uti *Comitolus* contendebat, propterea quod illius sæpe mentio fiat, præsertim in *protheoriis* cuilibet capiti præfixis. Postremo impressa est Græce, & Latine ex duobus MSS. codicibus *Bibliothecæ Bodlejanæ* opera *Patricii Junii Bibliothecarii Regii*, Londini anno 1637.

Ad calcem codicis hæc scripta leguntur.

Λύσιν παθῶν μοχθήσαντι παράσχε ὁ Χριστὲ δόξης ὅπως σῆς φέγγος ἴδοιμι μέγα.
ᾳ φ ξ β. Μαρτίῳ β.
Πόνος Μιχαήλου Μαλεᾶ Ἐπιδαυριώτου.

Laboranti mihi solutionem ab affectibus Christe præsta, gloriæ tuæ maximum splendorem ut videre queam. Anno 1562. *Martii die* 2.
Opus Michaelis Malea Epidauriotæ.

CODEX XXIII. *b.* V. 3.

Chartaceus, sæculi XV. constans foliis 403. in quo

Τοῦ σοφωτάτου Θωμᾶ τοῦ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένης τάξεως τῶν ἀδελφῶν Προδικατώρων, ἔτι παρὰ τοῖς αὐτοῖς μαίστορος τῆς ἱερᾶς τῶν Χριστιανῶν Θεολογίας περὶ τῆς ἐν τῇ καθολικῇ πίστει ἀληθείας καὶ κατὰ τῶν αἱρεσέων τῶν ἐναντιουμένων αὐτῇ.

Sapientissimi Thomæ ex ordine in Ecclesia Romana dicto Fratrum Prædicatorum, & in ipsa magistri sacræ Christianorum Theologiæ de veritate Catholicæ fidei, & adversus sectas ipsi contrarias. Summa scilicet est *Catholicæ fidei* THOMÆ AQUINATIS *contra Gentiles*, e Latino in Græcum

Digitized by Google

cum ſermonem converſa. Deſideratur interpretis nomen. Putamus tamen, eſſe DEMETRIUM CIDONIUM, quem Fabricius tom. X. *Bibliothecæ Græcæ* pag. 389. tradit hanc ſummam Græce interpretatum fuiſſe.

Præmittitur initio totius operis index, ad cujus calcem hæc habentur:

Ἡ βίβλος αὐτὴ πρότερον μὲν ἦν τοῦ μακαρίτου κυροῦ Γενναδίου πατριάρχου, ὕστερον δὲ γέγονε τοῦ πατριάρχου μακαρίτου κυροῦ Μαξίμου. πεπρασκομένη δὲ παρὰ τοῦ ἀνεψιοῦ αὐτοῦ κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ ἠγοράσθη παρ' ἐμοῦ Δημητρίου τοῦ Καστρηνοῦ διὰ μνήμην τῶν πατρώτερον κτησαμένων αὐτήν, καὶ ἵνα μὴ ὑπερόριος γένηται.

Νῦν δὲ ἔστιν ἐμοῦ Γαβριὴλ φιλαδελφίας τοῦ ἐκ Μονεμβασίας τοῦ Σωτῆρος.

Hic codex primum quidem fuit Beati Domini Gennadii Patriarchæ, deinde vero Patriarchæ Beati Domini Maximi; poſtea venditus ab illius conſobrino Domino Manuele Comneno emtus eſt a me Demetrio Caſtreno in memoriam eorum, ad quos primitus ſpectabat, & ne contemptui ſubeſſet.

Nunc autem ſpectat ad me Gabrielem Philadelphiæ metropolitam ex Monembaſia Severum.

Initium operis hiſce verbis continetur: ἀληθείαν μελετήσει ὁ λάρυγξ μου. ἐβδελυγμένα δὲ ἐναντίον ἐμοῦ χείλη ψευδῆ. τὰ δὲ χείλη μου &c.

In fine dicitur codex ſcriptus *anno* 6941. *ideſt Chriſti* 1443. *menſe Novembri manu Gregorii Monachi.*

CODEX XXIV. *b.* V. 4.

Chartaceus, conſtans foliis 132. ſæculi XV. Continet

I. NICETÆ CHONIATÆ *hiſtoriam Græcorum Imperatorum.*

II. NICEPHORI GREGORÆ *hiſtoriam*, quæ incipit a capta Latinorum armis Conſtantinopoli: cujus tamen priores octo libri dumtaxat integri, & ſeptem capita libri IX. leguntur, ab Imperio nimirum THEODORI LASCARIS uſque ad ANDRONICI JUNIORIS mortem.

Utramque hanc hiſtoriam contulimus cum editis exemplaribus, & plurimum diſcriminis intereſſe animadvertimus: multa ſcilicet in noſtro codice contracta ſunt, ac veluti in compendium redacta.

CODEX XXV. *b.* V. 5.

Membranaceus, eleganti, nitidoque charactere deſcriptus, ſæculi circiter XI. in quo pars magna operum SANCTI MAXIMI MONACHI *Confeſſoris*, cum frequentibus ſcholiis in margine.

Fol. 1. Μαξίμου μοναχοῦ πρόλογος τῶν παρακειμένων ἐν τοῖς μετώποις σχολίων, *Maximi monachi prologus adjacentium in fronte Scholiorum*, in quo nempe monetur lector, ne ſcholia ullo modo prætereat. Incipit: Φυσικὸν μὲν τοῖς λογικοῖς πέφυκε κάλλος ὁ λόγος &c.

Eodem folio *pag.* 2. *De variis dubiis ad Thalaſſium Presbyterum & Abbatem.* Præit epiſtola ad eumdem, cujus initium: τῆς σαρκὸς κατὰ τὸ χέσιν λογικῶς &c. Sequuntur poſtea *quæſtiones*, & *reſponſiones* LXIV. quibus aliquid in fine deeſſe videtur. Deficit enim foliorum numerus a ſexageſimo ſecundo uſque ad ſeptuageſimum primum.

Fol. 71. *De duabus in* CHRISTO *naturis, capitula decem*, quorum initium eſt: ὁ Ἄρειος τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖ &c.

Eodem folio *pag.* 2. τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν ἁγιώτατον Ἀρχιεπίσκοπον Ἰωάννην περὶ τοῦ ὅτι ἀσώματός ἐστιν ἡ ψυχή, *Ejuſdem ad Sanctiſſimum Archiepiſcopum Johannem, quod anima ſit incorporea.* Incipit: τὸ τίμιον τῆς ὑμετέρας ἐπ' ἀρετῇ πλειότητος &c.

Fol. 72. *pag.* 2. *Ad Jordanem* (in editionibus *ad Johannem*) *Presbyterum, quod anima etiam poſt mortem intelligendi vim habeat, nullamque naturalem facultatem amittat.* Incipit: τῇ δευτέρᾳ τοῦ ἑνεστῶτος Αὐγούστου &c. Eamdem diſcrepantiam obſervavit etiam Oudinus tom. I. pag. 1645. in titulo MS. codicis *Gudiani*, quem plurimum cum Codice

Digitized by Google

ce noſtro convenire, didicimus ex analyſi, quam ſubjecit laudatus Oudinus.

Fol. 73. *pag.* 2. *Ad Præpoſitum de Moniali e monaſterio egreſſa, quam deinde facti pœnituit.* Incipit: οἱ τῆς ἀληθείας κήρυκες *&c.*

Fol. 74. *pag.* 2. *Expoſitio compendioſa precationis Dominicæ ad quemdam Chriſti amantem.* Incipit: αὐτὸν ἐδόξαμεν τὸν θεοφυλακτόν *&c.*

Fol. 80. *De triſtitia ſecundum Deum.* Incipit: ἡμῖν δὲ φαίνομαι διὰ πάσης ἐπιστολῆς *&c.*

Fol. 81. *pag.* 2. *Epiſtola ad Johannem Presbyterum de caritate.* Incipit: ὁ κατὰ σάρκα πόθος *&c.*

Fol. 82. *pag.* 2. *Ad Thalaſſium Presbyterum.* Incipit: τρία καθώς φάσιν ὑπάρχειν. *&c.*

Fol. 83. *Ad Georgium Præfectum, cum navigaſſet Conſtantinopolim.* Incipit: εἴδεις ἄτως τῶν φωτὸς ὡς οἶμαι καθοῖον δήποτε τρόπον ἐσερημείων *&c.*

Fol. 89. *pag.* 2. *Ad Pyrrhum ſanctiſſimum presbyterum.* Incipit: τῷ ἁγίᾳ σε θεοτίμητε πῆρ *&c.*

Fol. 90. *pag.* 2. *Ad Johannem Cubicularium de rectis Eccleſiæ Dei decretis, & de Severo.* Incipit: καλῶς ἔχειν λογισάμενος *&c.*

Fol. 92. ὀρθῆς ὁμολογίας ἔκθεσις, *Rectæ confeſſionis expoſitio*, cujus initium: πρὸ δὲ πάντων καὶ ἐπὶ πᾶσιν *&c.*

Eodem folio pag. 2. περὶ διαφορᾶς, καὶ πῶς δύσεβῶς δεῖ δύο φύσεις ὁμολογεῖν ἐπὶ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν, *De differentia, & quomodo pie confitendum ſit, duplicem eſſe in Chriſto naturam poſt unionem Hypoſtaticam.* Incipit: τῶν ἄτως σοφῶς κατὰ τὴν ὑγιῆ ἔννοιαν τοῖς ἱεροῖς τῆ ἐκκλησίας διδασκάλοις *&c.*

Fol. 108. τῷ αὐτῷ περὶ διαφόρων ἀπορείων τῶν ἁγίων Διονυσίου καὶ Γρηγορίου πρὸς Θωμᾶν τὸν ἡγιασμένον; *Ejuſdem de diverſis dubiis Sanctorum Dionyſii, & Gregorii ad Thomam Præfectum.* Habentur nimirum quatuor capita in primam Sancti Gregorii orationem de Filio, & quintum in Dionysii Areopagitæ *epiſtolam ad Cajum Therapeutam.* Initium eſt: ἀπλανῆς θεωρίας ἐξ ἐμμελῆς περὶ τὰ θεῖα ἀγωγῆς *&c.*

Fol. 112. *Epiſtola ad Johannem Cyzici Archiepiſcopum*, in qua nonnulla de laudibus Gregorii Nazianzeni, & de fine ſibi propoſito in ejus expoſitione differit; tum ſequuntur ampliſſimi in varias Nazianzeni orationes commentarii. Incipit: ἐπαινῆται μὲν ἐκ τυχὸν δικαίως παρὰ πάντων τῆς φιλομαθείας *&c.*

Ad calcem vero commentariorum hæc leguntur: τέλος τῶν σχολίων τῦ ἁγίε Μαξίμε τὰ εἰς τὸν Θεολόγον; *Finis ſcholiorum Sancti Maximi in orationes Gregorii Theologi.*

Inedita hactenus ſunt hæc ſcholia. Combefiſius enim, qui in præfatione ſuæ editionis *Operum ſancti Maximi* ea ſe daturum promiſerat in tomo III. una cum *ſcholiis in Sanctum Dionyſium*, morte præventus, opus ad finem perducere non potuit. Diverſum autem eſſe opus ab eo, quod Scotus Erigena aggreſſus eſt, excuſum Oxonii 1681. nos docet Oudinus adverſus Caveum tom. I. pag. 1639.

Fol. 169. *Diſputatio ab eodem* Maximo *habita cum* Pyrrho *Patriarcha Conſtantinopolitano Monothelitarum partes defendente coram Gregorio Patricio in conventu Epiſcoporum, aliorumque nobilium virorum.* Incipit: τί σοι κακὸν ἐποιήσαμεν μὲν κύριε ἀββᾶ μέγιστε *&c.*

Fol. 178. *pag.* 2. *Ad Marinum ſanctiſſimum Presbyterum de eadem re.* Incipit: σκοπὸν θέμενος *&c.*

Fol. 182. *Ex tractatione de operationibus, & voluntatibus caput quinquageſimum, & quinquageſimum primum.* Incipit: ἄλλα τούτοις Σαλῆρος *&c.*

Fol. 184. *pag.* 2. *Ad Georgium ſanctiſſimum Presbyterum, qui per epiſtolam interrogaverat de Chriſti imperio.* Incipit: τὸν μὲν τὸν οἰκεῖον *&c.*

Fol. 185. *pag.* 2. *Adverſus eos, qui dicunt, unam Chriſti dicendam operationem, quod divina præ humana valeat.* Incipit: τῶσιν τῷ θείᾳ *&c.*

Ibi-

Digitized by Google

Ibidem *adverſus eos, qui dicunt, quod ſicut inſtrumenti, & moventis una eſt operatio, ſic quoque divinitatis & humanitatis una ſit operatio.* Incipit: εἰ μὲν φυσικὸν &c.

Eodem *fol. adverſus eos, qui dicunt unam Chriſti operationem compoſitam.* Incipit: ἡ σωθεῖσα ἐνέργεια &c.

Ibidem *tomus dogmaticus miſſus in Cyprum Inſulam ad Marinum Diaconum.* Incipit: ὁ μᾶλλόν σου τῆς πολλῆς ὑλαβείας &c.

Fol. 188. *pag.* 2. *De eo, quod ſcriptum eſt*: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte. Incipit: εἰ τὸ πὲρ εἰ δυνατὸν &c.

Fol. 189. ὅροι διαφόροι, *Definitiones diverſæ.* Incipit: ὐσία ϗ φύσις &c.

Fol. 190. *Exemplum epiſtolæ ad Nicandrum.* Incipit: αὐτὸς θεοτίμητε ἐ παμμακάειτε πατὴρ &c.

Fol. 193. *Epiſtola ad ſanctos Patres, Abbates, & Monachos, & orthodoxos populos Chriſti amantem Siciliæ inſulam incolentes.* Incipit: εἰρλύη πολλὴ τοῖς ἀγαπῶσι &c.

Fol. 196. *Quorum ſigna ſint, quæ in Sancta Eccleſia peraguntur in divina ſynaxi.* Incipit: πῶς σοφώτερος γίνεται λαβών &c.

Fol. 206. *Expoſitio Pſalmi* LIX. cujus initium: εἰς τὸ τέλος τοῖς &c.

Fol. 209. *Sermo aſceticus* per interrogationem, & reſponſionem. Incipit: ἀδελφὸς ἠρώτησε γέροντα &c.

Fol. 214. *pag.* 2. *De caritate* centuriæ quatuor, quibus præmittitur prologus rubro charactere deſcriptus. Incipit: ἰδὼ πρὸς τῷ ἀσκητικῷ βίῳ λόγῳ &c.

Fol. 229. *De Theologia, deque filii Dei in carne diſpenſatione* centuriæ duæ; ad quarum calcem hæc habentur verba: ἑκατοντάς α ϗ β γνωστικῶν κεφαλαίων, *Centuria prima, & ſecunda capitulorum Gnoſticorum.*

Fol. 342. *pag.* 2. τοῦ αὐτοῦ ἄλλα κεφάλαια, *Ejuſdem capitula alia*, numero quindecim. Primum ſic incipit: ἓν ἔστι τὸ ὑπεράναρχον ϗ ὑπερούσιον ἀγαθὸν &c. Hæc ſumpta ſunt ex prima quinque Centuriarum de *Theologia, deque virtute, & vitio.*

In fine hæc habentur:

Ἐγράφη χειρὶ Θεοφανῶ ἁμαρτολῷ.

Scriptum manu Theophanis peccatoris.

CODEX XXVI. *b.* V. 6.

Chartaceus, conſtans foliis 222. ſæculi XVI. in quo varia THEODORI BALSAMONIS opuſcula Juridico-canonica continentur. Prioris titulus hic eſt.

Θεοδώρου διακόνου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας νομοφύλακος ϗ χαρτοφύλακος ϗ πρώτου τῶν Βλαχερνῶν τοῦ Βαλσαμώνος τοῦ μετὰ χρόνους τινὰς γεγονότος Πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας.

Ἐκ τῶν μετὰ τὸν Κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων τοῦ τῆς θείας λέξεως Ἰουστινιανοῦ διάφοροι διατάξεις σωϱάδουσαι ἐξαιρέτως τοῖς θείοις· ϗ ἱεροῖς κανόσι ϗ ἐκ πειρασίας τοῦ οἰκείαν ἰσχὺν νέμουσαι αἷς τάξιν τινὰ ϗ ἀριθμὸν ἐπεθήκαμεν πρὸς σωτήριον ἔρεσιν τοῦ ἐπιζητουμένου κεφαλαίου. διὰ τὸ ὡς εἴρηται ἐκ διαφόρων διατάξεων εἶναι τὰ συνταχθέντα, ὡς ὑποτέτακται.

Theodori Diaconi Sanctiſſimæ Dei magnæ Eccleſiæ Nomophylacis, & Chartophylacis, & primi Blachernorum, Balſamonis poſt aliquot annos facti Patriarchæ theopolis magnæ Antiochiæ.

Ex editis poſt codicem novis diviniſque conſtitutionibus Juſtiniani diverſæ conſtitutiones conſentientes eximie divinis, ſacrisque canonibus, & ab ipſa natura propriam vim accipientes, quas ordine quodam, numeroque collocavimus, ita ut compendioſe inveniri poſſit quodlibet caput quæratur. Propterea ſicut ex diverſis conſtitutionibus collecta hæc dicuntur, ita ſubjecta ſunt.

Eumdem hunc titulum legere eſt in catalogo *Bibliothecæ Vindobonenſis* parte II. pag. 22. numero 3. ubi notat ejus autor Neſſelius, hunc *Balſamonis* tractatum exſtare in *Bibliotheca Voelli, & Juſtelli* tom. II. longe aliter tamen expoſitum, atque diverſum. Sed minus recte, ut nobis quidem videtur, Neſſelius. Tractatus enim, qui

Digitized by Google

qui editi fuerunt a *Voello & Juſtello*, alii prorſus ſunt, & diſtincti a tractatu, cujus titulum ſupra exſcripſimus. Quod apertiſſime conſtat ex noſtro codice, in quo deinceps habentur iidem illi tractatus, quos vulgarunt *Voellus*, & *Juſtellus*. Quoniam igitur hic *Balſamonis* tractatus prætermiſſus fuit in laudata *Voelli*, & *Juſtelli Bibliotheca*, accuratiſſimam ejus analyſim tradere pergimus, ut quæ eo continentur, omnibus pateant, & eruditiſſimi Scriptoris ſtudium, atque ſollertia in pertractandis rebus Civilibus, & Canonicis amplius innoteſcat.

Totum itaque opuſculum octoginta ſeptem capitulis continetur, quæ ex ipſis *Conſtitutionibus* excerpta ſunt, non iiſdem quidem ſemper verbis, ſed per compendium, & in modum ſylloges, ſive collectionis. Præit Index, in quo capitula ita deſcripta leguntur:

Τῆς ἐγκειμένης μετὰ τὰς κανόνας τ̃ συνόδων διατάξεως τὰ κεφάλαια.

Poſitæ poſt Conciliorum Canones Conſtitutionis Capita.

A.

Περὶ τῶν πρώτων καὶ μεγίστων Θεῦ δωρεῶν καὶ τῆς προσηκούσης τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς κανόσι τιμῆς.

1.

De primis, & maximis Dei donis, & de honore divinis, ſacriſque canonibus impendendo.

B.

Περὶ τοῦ σκοπεῖσθαι πρότερον τὸν βίον τοῦ εἰς ἐπισκοπὴν ἀγομένου. καὶ ποῖα δεῖ εἶναι ἐν αὐτῷ καὶ μὴ εἶναι.

2.

De indaganda primum illius vita, qui ad Epiſcopatum evehi debet, & quæ in ipſo eſſe, & quæ non eſſe debeant.

Γ.

Περὶ τοῦ μὴ πλέον ἐνιαυτοῦ ἔξω τῆς ἰδίας ἐκκλησίας διάγειν ἐπίσκοπον χωρὶς βασιλικῆς κελεύσεως. μήτε δίχα συγκατικῶν ὁδεύειν μήτε πρὸ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, ἢ τ̃ ἀποκρισιαρίων ἐξ ἧς εἰσὶ διοικήσεως ὀφθῆναι βασιλεῖ, καὶ ὅπως χρὴ μένειν.

3.

Ne quis Epiſcoporum a ſua Eccleſia plus anno abeſſe audeat ſine Imperatoria juſſione, neque ſine ſyſtaticis literis proficiſci; neque ad Imperatoris conſpectum ſe ſiſtant, priuſquam ad ſanctiſſimum Patriarcham, vel ad uniuſcujuſque diœceſeos, ex qua ſunt, Apocriſarios venerint, & quomodo id ſignificari oporteat.

Δ.

Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι κληρικὸν ἀγράμματον.

4.

Ne Clericus quiſpiam illiteratus eligatur.

E.

Περὶ τοῦ μὴ προχειρίζεσθαι εἰς ἐκκλησίαν διακόνισσαν ἐλάττων ἐτῶν πεντήκοντα. μήτε συνοικεῖν προσώπῳ ὑποπτῳ. τὸν δὲ τοιαύτῃ ὑποφθείραντα, τῇ τοῦ ξίφους ὑποκλιθῆναι τιμωρίᾳ.

5.

Ne Diaconiſſa ordinetur in Eccleſia minor quinquaginta annis, neque cum perſona ſuſpecta cohabitet. Qui autem eam corruperit, gladii pœnam ſubeat.

5.

Περὶ μοναστηρίων καὶ μοναχῶν καὶ περὶ βίου μοναχικοῦ καὶ τοῦ μηδένα χωρὶς ἐπισκόπου κτίζειν μοναστήριον.

6.

De monaſteriis, & monachis, atque de monaſtica vita, tum ne quis inconſulto Epiſcopo monaſterium condere præſumat.

Z.

Περὶ τοῦ μὴ προχείρως χῆμα διδόσθαι μοναχικὸν ἐλευθέρῳ ἢ δούλῳ.

7.

Ne facile nimium monachalis habitus concedatur tam libero, quam ſervo.

H.

Περὶ τοῦ μετὰ τελετίαν τ̃ ἐν τῷ μοναστηρίῳ ἐναγομένου οἰκέτου καὶ ὅπως χρὴ τὰ περὶ τούτου προελθεῖν.

8.

De eo, qui poſt tranſactum in monaſterio triennium recipi debet, & quomodo circa hoc procedendum ſit.

Digitized by Google

Θ.

Περὶ τῶν μετὰ ἀποταγὴν λειποτακτούντων.

9.

De iis, qui posteaquam renuntiaverunt omnibus, monasterium deserunt.

I.

Περὶ τοῦ ἔχειν ἄδειαν τὸν ἀποτασσόμενον τὰ οἰκεῖα διαθέσθαι πρὸ τῆς εἰς μοναστήριον εἰσόδου, εἰ δὲ καὶ παῖδας ἢ γυναῖκα ἔχοι τί δεῖ πρᾶξαι.

10.

De facultate, quam habet relinquens sua, de iis testandi, antequam monasterium ingrediatur. Si vero filios habuerit, vel mulierem, quid ipsi agendum sit.

IA.

Περὶ τῶν ἀπὸ μοναστηρίου εἰς μοναστήριον μεταβαινόντων, ἢ κληρικῶν γινομένων, ἢ τοῦ μὴ γίνεσθαι κατὰ τάξιν ἡγούμενον, ἀλλὰ τὸν ἄξιον.

11.

De iis, qui ab uno monasterio ad aliud transeunt, vel clerici fiunt, & quod Abbas non secundum ordinem eligatur, sed qui sit dignior.

IB.

Περὶ κληρικῶν ἐχόντων τι πρὸς ἀλλήλους, ἢ καὶ ἐναγομένων ὑπό τινος, τοῦ μὴ πλέον διμηνιαίου ὑπερβαίνειν τὸν δίκαιον καὶ εἰ φωραθείη ποινῆς ἄξιος κληρικός τί δεῖ γενέσθαι.

12.

De clericis, qui causæ aliquid adversus se invicem habent, vel ab aliquo conveniuntur: & duorum mensium spatium lis non transcendat; & si lata pœna dignus fuerit clericus, quid fieri debeat.

IΓ.

Ἄλλη διάταξις.

Περὶ τοῦ τὰ ἐκκλησιαστικῶν ἀκινήτων πραγμάτων ἐκποιήσεως δίχα τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει.

13.

Alia Constitutio.

De rerum Ecclesiasticarum immobilium alienatione extra civitatem Constantinopolitanam.

IΔ.

Ἄλλη διάταξις.

Περὶ ἐκκλησιαστικῶν ἐμφυτεύσεων τίνα χρὴ τρόπον ἐκδιδόναι καὶ ἐμφυτεύεσθαι.

14.

Alia Constitutio.

In bonorum Ecclesiasticorum emphyteusi instituenda quem modum servari oporteat.

IE.

Περὶ τῶν ἐν χρείᾳ δημοσίων ἢ ἑτέρας ἀνάγκης γινομένων ἐκκλησιῶν καὶ τοῦ φέρος ἀλλήλας ἐμφυτεύσεις ποιεῖν χωρὶς τῶν ἐκ βασιλικῆς δωρεᾶς.

15.

De Ecclesiis, quæ sive pro publica causa, sive pro quacumque alia necessitate debitis obnoxiæ sunt, & de emphyteusi facta sine Imperatoria facultate.

IS.

Περὶ τοῦ ἔχειν ἄδειαν τὴν ἐκκλησίαν Ἱεροσολύμων πωλεῖν οἰκίας.

16.

De facultate, quam Jerosolymis habet Ecclesia, domos vendendi.

IZ.

Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι μετὰ σχηματίζεσθαι μοναστήριον εἰς ἰδιωτικὴν ἀγωγήν.

17.

Non licere cuipiam, postquam monasticum institutum professus est, ad privatam vitæ rationem redire.

IH.

Περὶ τοῦ μὴ ζημιοῦσθαι κληρικὸν λόγῳ ἐμφανισίμων.

18.

Non esse damnum inferendum Clerico ratione insinuationis (ideſt relationis in catalogum ministrorum Ecclesiæ.)

IΘ.

Περὶ τοῦ μὴ διορίζεσθαι τὸν καθ' οἱανδήποτε φορὰν ἀφιστῶντα ἑαυτὸν τῶν μυστηρίων καὶ τῆς λειτουργίας.

19.

Non esse distinguendum, quo quis prætextu se se a divinis mysteriis, & sacra lyturgia amoveat.

K.

Περὶ τοῦ μὴ πέρα τοῦ μέτρου χειροτονεῖν κληρικοὺς ἢ κατατάσσειν ἀδιορίστους, τὸν δὲ ταῦτα παραβαίνοντα ἐξεῖναι παντὶ αἰτιᾶσθαι αὐτόν.

20. *Non*

Digitized by Google

20.

Non ultra debitum numerum ordinandos esse clericos, neque indeterminatim collocandos. Si quis autem legem hanc violaverit, liceat cuique ipsum in jus vocare.

ΚΑ.

Περὶ τῦ μηδένα δανείζοντα γεωργῶ κρατεῖν τλὼ γλῶ αὐτῦ. ἢ πόσον ὀφίλει τόκον καρπῦσθαι.

21.

Qui agricolis mutuum dat, ne illorum terram ad se recipiat, & quantas usuras percipere possit.

ΚΒ.

Ἄλλη διάταξις.

Περὶ τῦ τάξιν νόμυ ἐπέχειν τὺς κανόνας τῶν δ σωτόδων καὶ κατὰ τὺς αὐτῶν ὅρυς τὰς διαιροδοσίας τῶν πατειαρχῶν καὶ ἐπαρχῶν φυλάττεσθαι.

22.

Alia Constitutio.

Vicem legum tenere Canones Sanctorum quatuor Conciliorum, & secundum eorum definitiones, sententias Patriarcharum, atque Præfectorum servandas esse.

ΚΓ.

Περὶ τῦ μὴ βαρύνεσθαι κτήσεις ἁγίων οἴκυ ῥυπαραῖς λειτυργίαις χωρὶς ὁδοιπορίας ἢ γεφυρῶν οἰκοδομῆς.

23.

Non esse onerandas sacrarum ædium possessiones sordidis functionibus, nisi ad iter sternendum, & pontium ædificationem.

ΚΔ.

Περὶ τῆς ποιεῖσθαι τὰς διαγράφυς οἴκοις τῶν μ ἐτῶν παραγραφῆς καὶ τῆς τῶν ληγάτων καὶ κληρονομιῶν ἀπαιτήσεως.

24.

De præscriptione quadraginta annorum sacris ædibus concessa, & de exactione legatorum, atque hæreditatum.

ΚΕ.

Περὶ τῶν διατυπύντων ἐν διαθήκαις πρᾶξιν δύσεβῆ προσελθεῖν ἐ ὅτι ἀμελύντων τ κληρονομιῶν ὑπὸ τῶν κατὰ χώραν ἐπισκόπων ἀναγκαοθήσονται, εἰ καὶ τὰ μάλισα παρὰ τῶν διαθεμένων, ἢ δωρησαμένων ἀπηγορεύθη αὐτῦ.

25.

De iis, qui testamento operis pii institutionem mandarunt, & quod hæredes voluntatem adimplere negligentes ab Episcopis illius regionis compellantur, licet id a testatoribus, aut donatoribus præsertim fuerit interdictum.

Κς.

Περὶ τῦ ὀφειλόμενυ καιρῦ τῆ τῶν ληγάτων ἀπαιτήσεως καὶ περὶ τρόπυ ἐκποιήσεως καὶ τιμῆς καὶ ἀνταλλαγῆς εἰδέναι.

26.

De tempore definito ad legatorum exactionem, & de modo alienationis, atque æstimationis, & permutationis forma.

ΚΖ.

Ἄλλη διάταξις.

Περὶ τῦ μηδὲν κτίζειν ἀκτήνιον χωρὶς ἐπισκόπυ καὶ εἰ μὴ πρόπρον τὰ εἰς λυχνοκαΐαν καὶ φιλοκαλίαν καὶ ἀνατροφὴν τῶν προσεδρευόντων σήση.

27.

Alia constitutio.

Non esse fabricandas oratorii domos præter voluntatem Episcopi, & nisi prius, quæ ad luminaria, & ornamentorum supellectilem, & ministrantium alimenta necessaria sunt, definita fuerint.

ΚΗ.

Περὶ τῶν τὰ ψηφίσματα τῶν ἐπισκόπων ἐπιδιδύντων ὅπως δεῖ γενέσθαι.

28.

De iis, qui Episcoporum electionis decreta exhibent, & quomodo fieri debeant.

ΚΘ.

Περὶ τῦ εἶναι προσώπων τελῶν μὴ διϊσκυμένων ἐπὶ δυσὶ ἐ ἐνὶ ψήφισμα γίνεσθαι.

29.

Quum tres personæ inveniri nequeunt, valere decretum in duabus, vel in una tantummodo factum.

Λ.

Περὶ τῦ μετὰ ἐξάμηνον χειροτονεῖν τὸν ὀφείλοντα εἰς παραιτίαν τῶν ποιύντων τὸ ψήφισμα ἀναμονὴ γένοιτο.

30.

Intra sex menses ordinationem fieri debere. Si autem recusatio fiat ab iis, ad

Digitized by Google

quos ſpectat decreta electionis facere, ſuperſedendum.

ΛΑ.

Περὶ τοῦ χωρὶς ὑποβληθῆναι τὸν κατηγορούντα ἐπὶ μὴ ἀποδεικνύντα.

31.

Exilii pœna puniendum eſſe accuſatorem, qui crimen haud probaverit.

ΛΒ.

Περὶ συνηθειῶν, ἥτις ἐνθρονίων ἑκάστης ἐκκλησίας.

32.

De conſuetudinibus, & cathedratico cujuſlibet Eccleſiæ.

ΛΓ.

Περὶ τοῦ ὑπεξουσίου χειροτονουμένου ἐπισκόπου ἢ τοῦ μὴ ξένην ἐπισκόπῳ ἢ μοναχῷ ἐπίτροπον ἢ κυράτορα εἶναι.

33.

De filio familias ad Epiſcopatus ordinem evecto, & non licere Epiſcopo, aut Monacho tutoris, aut curatoris munus obire.

ΛΔ.

Περὶ κληρικῶν εἰς ἐπιτροπεῖαι, ἢ κυρατορίαν συγγενῶν καλουμένων καὶ πῶς χρὴ τούτους σωίζεσθαι.

34.

De clericis ad tutelam, aut curatelam cognationis jure vocatis, & quomodo oporteat hos conſtituere.

ΛΕ.

Περὶ τοῦ μηδένα κληρικὸν ἢ μοναχὸν ἀλλοτρίων κτήσεων μισθωτεῖν, καὶ ἀπαιτητὴν δημοσίων, ἢ ἐκκολέα, ἢ ἐγγυητὴν, ἢ κυράτορα οἴκου προβληθῆναι.

35.

Non conducendas a clerico, aut monacho alienas poſſeſſiones, neque debere eos vectigalium exactoris, vel mandatarii, vel fidejuſſoris, aut curatoris officio fungi.

ΛϚ.

Περὶ τοῦ μὴ ξένην ἄρχοντι εἰς δικαστήριον παρεῖναι ἐπίσκοπον εἰς μαρτυρίαν ἐκτὸς βασιλικῆς κελεύσεως.

36.

Non licere judici Epiſcopum ad tribunal vocare, ut teſtimonium præbeat abſque Imperatoria juſſione.

ΛΖ.

Περὶ τοῦ μὴ ξένην κληρικὸν ταυλίζειν, ἢ θεωρίαις παραβάλλειν, καὶ τοῦ περὶ τούτου ὁρισμένου ἐπιτιμίου.

37.

Non licere clericis tabula ludere, & ſpectaculis adeſſe, deque pœna adverſus violatores ſtatuta.

ΛΗ.

Περὶ τοῦ μὴ ἀναγκάζεσθαι ἐπίσκοπον ἴδιον κληρικὸν ἀπολύεσθαι.

38.

Cogi haud poſſe Epiſcopum, proprio clerico literas dimiſſorias concedere.

ΛΘ.

Περὶ τοῦ μηδένα ἀκρίτως ἐξ ἁγίας κοινωνίας χωρίζεσθαι.

39.

Non debere quempiam re injudicata a ſacra communione ſeparari.

Μ.

Περὶ τοῦ μὴ ξένην ἐπισκόπῳ οἰκείαις χερσὶ πλήττειν.

40.

Non licere Epiſcopo quempiam propria manu percutere.

ΜΑ.

Περὶ τῶν κανονικῶς καθαιρεθέντων ἢ ἐκβεβλημένων καὶ μὴ καταδεχομένων.

41.

De iis, qui canonice repellendi ſunt, aut in exilium detrudendi, quin amplius ſuſcipiantur.

ΜΒ.

Περὶ τοῦ μηδένα κληρικὸν γίνεσθαι ἀγαμμάτου, ἢ ἀπηγορευμένου τοῖς θείοις κανόσι γάμου λαβόντα.

42.

Ne quis clericus illiteratus eligatur, vel qui nuptias ſacris canonibus vetitas contraxerit.

ΜΓ.

Περὶ χειροτονίας ἐκκλησιαστικῶν ταγμάτων πόσου χρόνου δεῖ ἑκάστου προαγωγὴν γίνεσθαι.

43.

De collatione ſacrorum ordinum, quo tempore promotio ad ſingulos fieri debeat.

ΜΔ.

Περὶ τοῦ διαφαινομένου κατηγόρου τῆς οἰκείας χειροτονίας.

44.

De accuſatore ipſo ordinationis tempore apparente.

ΜΕ. Περὶ

ΜΕ.

Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι διακόνῳ, ἢ ὑποδιακόνῳ μετὰ χειροτονίαν γαμεῖν.

45.

Non licere Diacono, vel Subdiacono poſt acceptam manuum impoſitionem nubere.

ΜϚ.

Περὶ τῶν ὀφειλόντων ἐπιτιμίων τοῖς μετὰ χειροτονίαν γαμετὰς ἀγομένοις.

46.

De poenis ſtatutis adverſus eos, qui poſt ordinationem nuptias contrabunt.

ΜΖ.

Περὶ τοῦ μὴ προβαίνειν ἕτερον βαθμὸν ἀναγνώστου διπρογαμήσαντα, ἢ ἀπηγορευμένον τῷ νόμῳ γάμον ἔχοντα.

47.

Ne aſcendat ad alterum gradum Lector iterum nubens, aut nuptias lege prohibitas contrahens.

ΜΗ.

Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι κληρικὸν βυλευτὴν, ἢ ταξεώτην.

48.

Ne clericus curialis, aut apparitoris officium exerceat.

ΜΘ.

Περὶ τρόπου καρποφορίας διοικητῶν, ἢ φροντιστῶν ἁγίων τόπων.

49.

De modo percipiendi fructus ab adminiſtratoribus, & curatoribus piorum locorum.

Ν.

Περὶ τῶν ἐκ δικαίας τύχης εἰς κλῆρον καταλεγομένων.

50.

De iis, qui ex ſervili ſtatu in clerum electi ſunt.

ΝΑ.

Περὶ τῶν χειροτονουμένων ἐναποχάφων.

51.

De iis, qui ſunt adſcriptitiæ conditionis.

ΝΒ.

Περὶ τοῦ ἀξιοῦσθαι πάντα κληρικὸν εἰς τὰ ὅπως ἂν περιελθόντα εἰς αὐτὸν πράγματα. εἰ μὴ ὑπεξούσιος εἴη.

52.

Poteſtatem habere clericum in omnia bona, quæ ad ejus dominium veniunt, licet parentum poteſtati ſubjectus ſit.

ΝΓ.

Περὶ τῶν ἐπὶ χρηματικῇ, ἢ ἐγκληματικῇ ὑποθέσει ψευδομαρτυρούντων πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων.

53.

De presbyteris, aut Diaconis, qui tam in civili, quam criminali cauſſa falſum teſtimonium tulerint.

ΝΔ.

Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι κληρικὸν ἢ ἕτερον ἀλλαβεῖν χήματος αἰτιᾶσθαι πρὸ κρίσεως ἐπισκόπου παρά ἄρχοντι. ὅπως χρὴ τιμᾶν τὸν ἐπισκόπον ἢ ὑπὸ ἄρχοντος ψῆφον ἢ ἔκκλητον χώραν ἔχειν.

54.

Non licere clericum, aut alium religioſo ſchemate ornatum convenire apud judicem ante Epiſcopi judicium, & quomodo Epiſcopi, nec non & judicis ſententia, aut appellatio locum habere poſſit.

ΝΕ.

Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι ἄρχοντι κληρικὸν ἐπὶ ἐγκλήματι κατηγορούμενον πρὸ κρίσεως τοῦ ἐπισκόπου κρῖναι. εἰ δὲ χρηματικὴ εἴη ἐκτὸς ἐγγυητῆς καὶ ἄρνησις ὁμολογίαν τὸν ἐναγόμενον ἐκτίθεσθαι.

55.

Non licere judici Clericum criminis reum factum ante judicium Epiſcopi judicare: ſi autem civilis ſit cauſa, ſine fidejuſſione, & juramento confeſſionem ab accuſato faciendam.

ΝϚ.

Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι πολιτικῷ ἄρχοντι ἐκκλησιαστικὸν ἐπιζητεῖν πράγμα.

56.

Non licere civili judici Eccleſiaſticam rem inquirere.

ΝΖ.

Περὶ τοῦ διὰ τοῦ μητροπολίτου τὰς ἀναφυομένας ἀμφισβητήσεις τῶν ἐπισκόπων διοικεῖσθαι μὴ ἐμμενόντων δὲ τῷ τῆς διοικήσεως ἐκείνης πατριάρχῃ ἀναφέρεσθαι.

57.

Si cum metropolita oriatur controverſia Epiſcoporum diœceſim male adminiſtrantium, ad dioeceſeos illius Patriarcham referri debere.

ΝΗ.

Περὶ κληρικοῦ, ἢ λαϊκοῦ ἐνάγοντος ἐπισκόπῳ, ἢ μητροπολίτῃ: 58. De

Digitized by Google

58.

De clerico, aut laico Epiſcopum, aut metropolitam conveniente.

ΝΘ.

Περὶ τοῦ μηδεμίαν ἐγγυλὼ, ἢ ὁμολογίαν ἀπαιτεῖσθαι ἐπίσκοπον ἐναγόμενον.

59.

Nullam fidejuſſionem, aut confeſſionem requirendam ab Epiſcopo convento.

Ξ.

Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι οἰκονόμῳ, ἢ ἑτέρῳ διοικητῇ ἀλαγῶς οἴκου ἀποφεύγειν τὸν ἴδιον ἐπίσκοπον πρὸ τῆς τῶν λογισμῶν παραθέσεως.

60.

Non licere œconomo, aut alteri adminiſtratori religioſæ domus proprium Epiſcopum declinare priuſquam gubernationis rationem expoſuerit.

ΞΑ.

Περὶ τῶν πλαστόντων πρὸ τῆς ἑαυτῶν λογοποιΐας.

61.

De iis, qui ante rationum expoſitionem ſupremum diem obierunt.

ΞΒ.

Περὶ τοῦ μὴ ἐναχθῶναι ἐπίσκοπον, ἢ κληρικὸν ἀγωνιζόμενον ἐν Κωνσταντίνου πόλει. προκατάρξεως ἐπὶ χώρας γενομένης.

62.

Non poſſe conveniri Epiſcopum, aut clericum Conſtantinopoli inventum, ſi litis conteſtatio in provincia facta ſit.

ΞΓ.

Περὶ τοῦ μὴ ἐνάγεσθαι τὰς ἀποκρισιαρίας ὑπὲρ ἰδίων ἐπισκόπων, ἢ ἰδιωτικῶν, ἢ δημοσίων χρεῶν τῆς ἐκκλησίας; εἰ μὴ ἐντολὰς ἔχοιεν ἢ ἑαυτὰς ὑπεύθυνους ποιήσοιεν.

63.

Non eſſe conveniendos apocriſarios neque pro ſuis Epiſcopis, neque pro privato, aut publico Eccleſiæ debito, niſi mandatum habuerint, aut ſemetipſos reddendæ rationi obnoxios fecerint.

ΞΔ.

Περὶ τοῦ μηδεμίαν ὄχλησιν ὑπομένειν τὰς διὰ πρεσβείαν, ἢ χειροτονίαν ἐπισκόπου σελλομένας ἐν τῇ βασιλίδι, ἢ ἐν ἄλλῳ τόπῳ.

64.

Nullam moleſtiam ſuſtinendam ab iis, qui propter legationem, vel ordinationem Epiſcopi profecti ſunt ad Regiam civitatem, vel alium locum.

ΞΕ.

Περὶ τοῦ μετὰ τιμῆς εἰδέησοι ἐκβιβασμὸν προσάγεσθαι πάντι κληρικῷ. τὰς δὲ ἀσκητρίας ἢ μοναστρίας δι ἐντολέως ἀποκρίνεσθαι.

65.

Honoris cauſſa a quolibet clerico officialem adhibendum eſſe; aſcetrias autem, atque monaſtrias per procuratorem reſpondere debere.

ΞϚ.

Περὶ τοῦ ἐξεῖναι τοῖς μοναχοῖς τὰς ἑαυτῶν ἢ τὰς τοῦ μοναστηρίου δίκας πράττειν δι ἑαυτῶν ἢ δι ἐντολέων. ϗ περὶ τῆς δεύσης ὑπὸ τῶν ἀρχόντων περὶ τούτων διεκδικίας.

66.

Profert quidem modo laudatus Fabricius *pagina* 474. ejusdem tomi ex *Historia Critica Novi Testamenti Richardi Simonii* Manuscriptum codicem *Mazarinianum*, in quo hæc commentaria tribuuntur NICETÆ. Sed hoc inde profectum putaverim, quod proœmium *Evangelio* MATTHÆI ab *Euthymio* præpositum iisdem ferme verbis incipiat, quibus proœmium NICETÆ, ut utriusque scriptoris commentarios conferentes animadvertimus, unde fortasse quispiam occasionem erroris sumsit.

Ceterum magni faciunt hos commentarios *Maldonatus*, *Simonius*, aliique sacrarum literarum eruditione præstantes viri.

CODEX XLIV. *b.* V. 24.

Chartaceus, sæculi XVI. cui folia 110. Complectitur quatuor *Evangelia* rudi aliquantulum calamo scripta. *Evangelio* duntaxat secundum MATTHÆUM præmittitur hypothesis, cum nonnullis versibus, quos exscribere non piguit.

Κατὰ Ματθαῖον τὸ εὐαγγέλιον ἐπιγέγραπται. ἐπειδὴ αὐτὸς ὁ Ματθαῖος ὁ μαθητὴς τῦ Κυρίυ συνεγράψατο τὸ εὐαγγέλιον τῦτο. διηγεῖται δὲ ἐξ ἀρχῆς τὸν κατὰ σάρκα γέννησιν τῦ Σωτῆρος. τὸν ἐκ σπέρματος

Digitized by Google

ματος τῦ Δαβίδ. διὸ ἐκ ἀπ' αὐτῦ τὴν γενεαλογίαν κατάγει. ἕως τῦ Χριςῦ γενεαὶ πεντεκαίδεκα δύο. περιέχει δὲ ἐκ τὸ βάπτισμα Ιωάννυ. καὶ τὰς ἐν τῷ ὄρει τῦ διαβόλυ πειρασμὰς ἐκ σημεῖα ἐκ ἕτερα τὰ γενόμενα παρὰ τῦ Σωτῆρος ἃ τε ἐξ μαθητῶν ἐκλογὴν. ἐκ ἃ τῦ μυςηρίυ παράδοσιν. ἐκ πῶς ὅτι παρεδόθη Πιλάτῳ καὶ ἐςαυρώθη τῷ σώματι: καὶ τὸ σῶμα ἐτέθη ἐν μνημείῳ. καὶ οἱ μὲν ςρατιῶται διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτῦ. αὐτὸς δὲ ἐν τεσσαρακοντημέρῳ ἀναςὰς ἐνετείλατο τοῖς μαθηταῖς. μαθητεύειν πάντα τὰ ἔθνη ἐκ βαπτίζειν αὐτύς. ἐπαγγελλόμενος εἶναι μετ' αὐτῶν πάσας τὰς ἡμέρας. ἕως τῆς συντελείας τῦ αἰῶνος ἀμήν. τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον ἐυαγγέλιον ἐγράφη Ἑβραϊςὶ εἰς Παλαιςίνην ἐν Ιερυσαλήμ. ἐξεδόθη δὲ μετὰ χρόνυς ε τῆς τῦ Χριςῦ ἀναλήψεως.

Στοίχοι εἰς τὸ ἐυαγγέλιον Ματθαίυ.

Τὸν ἐκτελώνην θαυμαςὸν θεηγόρον
Εὐαγγελις ὴν πρῶτον ἐκλελεγμένον
Ὀλέθριον λίποντα κέρδος χρήματα
Καὶ ζῶντα κερδαίνοντα τὸν Θεῦ λόγον
Ἔθνη μαθητεύσαντα πάντα καὶ κόσμον
Καλῶς τελωνήσαντα ἐκ σωτηρίως.
Ματθαῖος ἦτος. ὃς διδάσκων συγγράφη
Ὡς ἐν σαγίνῃ τῇ θεοπλόκῳ βίβλῳ
Πλέκων τὰ θεῖα τῦ κενωθέντος λόγυ.
Καὶ σάρκα προσλαβόντος ἐκ τῆς παρθένυ.
Καὶ ζῶντι καὶ τρέφοντι τὰς ψυχὰς λόγῳ
Ζωργεῖ πρὸς εὐσέβειαν ἀνθρώπων γένος.

Inscribitur Evangelium secundum Matthæum, quoniam scriptum est a Matthæo discipulo Domini. Narrat autem ab initio generationem Servatoris secundum carnem ex semine David, quocirca genealogiam ab ipso deducit. Sunt autem usque ad Christum generationes quadraginta duæ. Describit quoque Johannis baptisma, & diaboli tentationes, & signa, aliaque multa a Servatore gesta, tum discipulorum electionem, atque mysteriorum doctrinam. Demum quomodo ad Pilatum ductus, & cruci affixus, atque in sepulchro positum fuerit corpus, divisæque vestes a militibus, quomodo tertia die resurgens discipulis præceperit, ut docerent omnes gentes baptizantes eas, promittens se, una cum illis futurum usque ad consumationem sæculi. Amen. Sanctum Evangelium secundum Matthæum scriptum fuit Hebraice Jerosolymis in Palæstina. Editum autem est anno quinto post Ascensionem Christi Domini.

Versus in Matthæi Evangelium.

Expublicanus mirabilis hic Dei famulus
Evangelistarum primus electus,
Qui exitialem relinquit pecuniarum quæstum,
Ut vitam lucretur, Deique verbum
Gentibus omnibus prædicat, & orbem
Optimo, ac salutari modo pro telonio habet.
Matthæus hic est, docens scriptione,
Tamquam sagena, divinitus contexto libro,
Ubi divina contexens, exinaniti Verbi
Carnem sumentis ex Virgine,
Vivifico, aptoque ad alendos animos verbo
Vivum servat ad pietatem humanum genus.

Titulus autem operis est hujusmodi: σὺν Θεῷ βίβλος τῶν τεσσάρων ἐυαγγελις ῶν Ματθαῖυ. Μάρκυ. Λυκᾶ καὶ Ἰωάννυ ἧς ἡ ἀρχὴ ἐυαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον. *Deo dante Liber quatuor Evangelistarum Matthæi, Marci, Lucæ, & Johannis, cujus principium Evangelium secundum Matthæum.*

CODEX XLV. *b.* V. 25.

Chartaceus, sæculi XVI. folia habens 122. in quo varia opuscula philosophica. Et quidem.

Fol. 1. Ἰωάννις τῦ Κοτρώνη Ἑρμόδοτος ἐ περὶ κάλλυς. JOHANNIS COTRONÆ *Hermodotus, sive de pulchritudine.* Est nimirum dialogus ad imitationem *Platonis*, in quo differentes inter se inducuntur ARISTOCLES, & MENEDEMUS. Incipit: ὅτε σοί ὦ Μενέδημε περὶ τὴν ἀγορὰν ἐνέτυχον ἔωθεν οἷός ὅπως δίθυς ἀφηρέθλω ἐπιπλέον ἰὼ καίτοιγε πολλάκις ἔςιν μεταξὺ τῆς ὁδῦ καὶ ἀναςρέφειν ἐπειρώμην ὡς σὲ &c.

Fol. 18. *pagina* 2. Opusculum aliud ejusdem generis, cui titulus, Μυσοκλῆς καὶ περὶ ἀρίςυ βίυ. MUSOCLES, & de

Digitized by Google

de optima vita. Incipit: τί ποτ' ἂν ὦ Μυσόχλεις εἴη τὸ τῦ ἀείσυ βίυ, ἢ τίνα χρηὸν ἔπυ βιῦντα καλεῖν. πόπρον ὁς μήπ ἀδικεῖν &c.

Fol. 27. *pagina* 2. Ερμίππος, ἢ περὶ ἀστρολογίας. HERMIPPUS, *sive de astrologia*. Continet hic dialogus Astrologicæ scientiæ synopticam expositionem, commendationemque, in binos distinctus libros, quorum singula capita initio recensentur. Ab iis describendis supersedemus, utpote quæ eadem omnino sint, ac illa, quæ sub titulo quorumdam ineditorum recenset Fabricius *Bibliothecæ Græcæ* tomo XII. pagina 261.

Expleto capitulorum indice, prioris libri initium habetur hoc modo: ἀλλ' ἢ τοιῦτον τί τὸ τῦ Πρωτέως ᾖῶ παρ' Ομήρῳ φάσμα εἰς πολυειδεῖς μορφὰς ἀλλάττον, ὁ τοῖος ἐκ τ̃ λόγων ὦ Ερμίππε ἡμῖν ἀναφαίνη &c.

Consonant omnino hæc verba cum iis, quæ idem Fabricius refert tomo II. ejusdem *Bibliothecæ* pag. 514. ubi & duo loca ex hoc opusculo adducit: primum, in quo de *Stella*, quæ CHRISTI *nativitatem* indicabat; secundum, in quo de *Eclipsi*, quæ tempore *mortis* CHRISTI apparuit. De autore vero dubius fuit. *Platonicum* duntaxat, atque *Christianum* dicit: quare COTRONÆ nomen ignorasse videtur, siquidem in ingenti ejus *Bibliotheca* nullibi occurrit, neque etiam priorum dialogorum ullibi fit mentio. Ejusdem tamen COTRONÆ omnes genuinos fœtus esse, ex codice nostro satis aperte constat, tum quod tres dialogi ejusdem generis sint, eademque ratione, & stylo pertractentur, tum quod simul juncti eodem ordine non solum in hoc Codice, sed & in alio inferius subjiciendo occurrant.

Fol. 63. Ερεννίυ φιλοσόφυ ἐξήγησις εἰς τὰ μετὰ τὰ φυσικά. HERENNII *philosophi expositio Metaphysicorum*.

Hic est HERENNIUS PHILO BYBLIUS GRAMMATICUS sub Domitiano Imperatore, multis egregie scriptis clarus, cujus commentarium MS. in *Metaphysicorum* libros extitisse in *Bibliotheca Isaaci Vossii* scribit Fabricius tom. II. pag. 148. *Bibliothecæ Græcæ*. Incipit autem: μετὰ τὰ φυσικὰ λέγονται ἅπερ φύσεως ὑπερῆρται ᾗ ὑπὲρ αἰτίαν καὶ λόγον εἰσὶ περὶ ὧν ἐπιβάλλη τὸ παρὸν βιβλίον δεικνύυα &c.

CODEX XLVI. *b.* V. 26.

Chartaceus, circa finem sæculi XV. foliis constat 37. Habentur in eo THEOCRITI *Idyllia* sequenti ordine.

Primum. Θύρσις, sive ᾠδὴ CANTIO.

Secundum. Σιμαίθα (in corpore Poetarum Græcorum Φαρμακεύτρια) VENEFICA.

Tertium. Αμαρυλλὶς ἢ Αιπόλος. AMARYLLIS, *sive* CAPRARIUS.

Quartum. Βυκολιασταὶ Δάφνις & Μενάλκας. *Bucolico carmine certantes* DAPHNIS, & MENALCAS.

Quintum. Aliud simili titulo.

Sextum. Εργατίναι ἢ θερισταί. OPERARII, *sive* MESSORES.

Septimum. Κύκλωψ ᾗ Γαλατεία. CYCLOPS, & GALATEA.

Octavum. Ἐρασπιλος ἢ Αἴτης, AMATOR, *seu* AITAS.

Nonum. Υ̓λας Δωρίδι. HYLAS *Dorica dialecto*.

Decimum. Βάττος & Κορύδων, BATTUS, & CORYDON.

Undecimum. Βυκολιασταὶ Κομάτας καὶ Λάκων. *Bucolico carmine certantes* COMATAS, & LACON.

Duodecimum. DAMETAS, & DAPHNIS, *itidem Bucolico carmine certantes*.

Decimum tertium. Θαλύσια ἢ ἐκεινὸς ὁδοιπόρος. THALYSIA, *sive vernum iter*.

Decimum quartum. Αἰσχίνης & Θοώνυχος. AESCHINES, & THEONICUS.

Decimum quintum. Χάριτες ἢ Ιέρων. GRATIÆ, *vel* HIERON.

Decimum sextum. Ερῶντος. AMORIS.

Fol. 34. *pag.* 2. Sequuntur deinde ejusdem THEOCRITI *epigrammata*.

Singulis *Idylliis* hypotheses, seu argumenta præeunt; atque in ipso libri aditu

Digitized by Google

aditu pauca de genere THEOCRITI, variisque poeseos generibus, præsertim de *Idylliis* disseruntur, quorum initium habes his verbis: Θεόκριτος ὁ τῶν βυκολικῶν ποιητὴς Συρακούσιος μὲν τὸ γένος. πατρὸς Σιμιχίδου ὡς αὐτὸς φησι Σιμιχίδα &c.

CODEX XLVII. *b.* V. 27.

Chartaceus, duplici columna exaratus, habens folia 141. sæculi XV. in quo *Sancti* AUGUSTINI *de Trinitate Libri XV.* e Latino in Græcum sermonem a *Maximo Planude* translati, neque hactenus, quod sciam, typis editi.

Titulus ita se habet: τοῦ μακαριωτάτου Αυγουστίνου ἐπισκόπου Ιππῶνος περὶ Τριάδος βιβλία πέντε καὶ τοὺς δέκα ἅπερ ἐκ τῆς Λατινικῆς διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλλάδα μετέβαλεν ὁ σοφώτατος καὶ τιμιώτατος μόναχος Κύριος Μάξιμος ὁ Πλανούδης. *Beatissimi Augustini Hipponensis Episcopi de Trinitate libri XV. quos e Latina lingua in Græcam vertit sapientissimus, atque venerabilis Monachus* MAXIMUS PLANUDES.

Præmittitur singulis libris capitulorum index. Prioris autem libri initium est hujusmodi: δεῖ εἶναι φημὶ τὰ δὲ ἀναγνωσόμενον, ἅπερ Τριάδος διαλαμβάνομεν, πρότερον γνῶναι τὸν ἡμέτερον σκοπὸν &c.

Servantur iidem libri MSS. etiam in *Bibliotheca Vindobonensi*. Verum, ut ex ejus catalogo Parte I. pag. 21. & 402. observavimus, codices, quibus continentur, omnes mutili sunt; noster autem integer omnino est, absolutusque.

CODEX XLVIII. *b.* V. 28.

Chartaceus, sæculi XV. constans foliis 238. satis accurate scriptus, continet THUCYDIDIS *historiarum de bello Peloponnesiaco libros octo*, quibus interdum Scholia addita fuerunt in margine a recentiore Scriba.

Dicitur in fine scriptus manu cujusdam sacerdotis *Georgii* in gratiam *Principis Domini Georgii Phangi* anno æræ Vulgaris 1487. perfectusque die 14. mensis *Octobris*.

CODEX XLIX. *b.* V. 29.

Chartaceus, sæculi XVI. cui folia 49. multa diligentia, & studio exscriptus, habet ONOSANDRI *strategicon*, seu de *Imperatoris institutione librum*, pluries jam Græce, Latineque typis consignatum.

Fuit autem codex EMMANUELI PHILIBERTO SABAUDIÆ DUCI dono datus a *Jacobo Goupylo Pictavienſi Medico*, viro Græce, & Latine eruditissimo, ut patet ex epistola ejusdem ad EMMANUELEM propria manu subscripta, quam præstat integram subjicere, utpote perelegantem.

„ Sereniſſimo Duci Allobrogum,
„ & Illustrissimo Principi Pedemon-
„ tium D. EMMANUELI PHILIBERTO
„ felicitatem.

„ Etsi apud me dubium numquam fuit, Dux Sereniſſime, quin „ pro tua in omneis mortaleis humanitate, munus istuc nostrum boni „ consuleres, putavi tamen mearum „ esse partium, non id quidem verbis „ ornare, sed in eo consilii mei rationem tibi exponere. ne quis facilitate tua ambitiose abusum exi„ stimaret. Ego, Princeps Optime, „ ut primum Onosandri philosophi „ de Imperatoris officio librum ab „ iis redemi, qui eum domi veluti „ custodia septum tenebant, rem sta„ tui omnino esse, quæ eum maxi„ me deceret Principem, qui eo avi„ dius laudem bellicam persequitur, „ quo ea magis in familia sua flo„ ruit. Legeram etiam Ptolemæi, „ Eumenisque, ac (ut citeriora, & „ nobis notiora sæcula repetam) Fran„ cisci Regum ea studia fuisse, ut ma„ ximis, & plane Regiis sumptibus ve„ terum Scriptorum monumenta undi„ que compararent. Cum enim ge-

Digitized by Google

„ neroſi illi ac potentes Principes li-
„ bros, ex quibus Regis officium co-
„ gnoſcitur, neque erubeſcere, neque
„ ad gratiam loqui viderent, mutis
„ quidem illis, ſed ad facta illuſtria,
„ ac glorioſa magiſtris optimis inſtruen-
„ dam Bibliothecam putaverunt. Inep-
„ tiarum porro crimen ut minus ex-
„ timeam, tamquam tuæ dignitatis
„ rationem in eo parum habeam,
„ illud efficit, quod Deo Optimo
„ Maximo auſpice nuptui Princeps
„ illa incomparabilis & Regis unica
„ ſoror tibi, nimirum Pallas Marti,
„ collocata ſit. Etenim quum majo-
„ ribus iis ortus, qui magnam ſibi
„ multis ſtrenue geſtis ac confectis
„ bellis gloriam quaeſierunt, ad illo-
„ rum Regios Spiritus ſuperior acceſ-
„ ſeris; illa vero quum a Rege Pa-
„ tre lautum & copioſum patrimo-
„ nium literarium ſic auxerit, ut
„ non benignitatem modo in philo-
„ logos exerceat, ſed ipſa ſe bonis
„ omnibus literis expoliverit, Mar-
„ tem te, illam Palladem appellare
„ convenit. His autem nuptiarum il-
„ larum concordiæ, dignitatiſque ac
„ majeſtatis plenarum auſpiciis nulla
„ meliora ad antiquam illam ac illu-
„ ſtrem domum Sabaudianam augen-
„ dam, amplificandamque eſſe poſſunt.
„ Quis enim majorem ad res præ-
„ claras gerendas, tantoque Principe
„ dignas facultatem, pluraque inſtru-
„ menta habeat, quam cui arma fo-
„ ris, conſilium domi ſit? Atque hæc
„ una libri hujus offerendi tibi cau-
„ ſa fuit. Altera autem eſt, ut tibi
„ gratias pro ea benevolentia, qua
„ Hieronymum Ruverium Tolonen-
„ ſem Pontificem deſignatum comple-
„ cteris, agerem. Hoc enim nomine
„ cum univerſam literarum ſtudioſo-
„ rum nationem, tum me ipſum mul-
„ tum tibi devinxiſti; qui ut primum
„ puerum adhuc illum, puerilibus
„ illis in ſtudiis, hic jam non pue-
„ riliter ſe gerere vidi, ſed ſpei mul-
„ to plus alere, quam ætas illa da-
„ ret, ſic eum colere, ac obſervare
„ cœpi, ut plurimum nunc gaudeam,
„ ei oblatam occaſionem omnibus
„ oſtendendi, quo e genere, quaque
„ e diſciplina ad commendationem
„ hominum, famamque proceſſerit,
„ gratulerque ei, quod campum na-
„ ctus ſit, in quo plurimæ ejus ex-
„ cellenteſque virtutes exercere ſe ap-
„ tius, atque commodius poterunt,
„ & ad cæterorum hominum utili-
„ tatem, & ad nominis ſui famam,
„ gloriamque ſempiternam. Tibi igi-
„ tur, Dux Sereniſſime, incompara-
„ bilique Principi tibi deſponſæ gra-
„ tias immortales ago, vobiſque ut
„ omnia fauſte ac feliciter eveniant,
„ a Deo Optimo Maximo ſummis
„ precibus expeto.

„ Nobilitati atque Amplitudini
„ tuæ addictiſſimus Jacobus Goupylus.

CODEX L. *b.* V. 30.

Chartaceus, ſæculi XVI. rudi aliquantulum calamo exaratus, folia habet 638. Varia autem complectitur in *ſacram Scripturam commentaria*.

Fol. 1. Sunt quæſtiones nonnullæ, ſeu morales expoſitiones quorumdam locorum *Veteris Teſtamenti*, ex variis Patribus ſumtæ, initio tamen mutilæ:

Fol. 20 Sequitur *Catena* in PENTATEUCHUM, ac *libros* JOSUE, JUDICUM, & RUTH, variis itidem ex Patribus contexta, cui præmittitur præfatio, ſumta ex *Theodoreto* hocce titulo, & initio:

Θεοδωρήτου εἰς τὰ ἄπορα τ̃ θείας γραφ̃ης.
Καὶ ἄλλοι μὲν φιλομαθεῖς ἄνδρες ἐπηγγείλαντο διαλύσαι τ̃ θείας γραφ̃ης τὰ δοκοῦντα εἶναι ζητήματα &c.

Eadem porro hæc Catena videtur, quæ in Codice VII. *Bibliothecæ Vindobonenſis* parte I. pag. 20. deſcribitur. Ibi enim, ut refert Neſſelius, eadem habetur *Theodoreti* præfatio, quam perperam *Cyrillo Alexandrino* tribuit Fabricius tomo VII. pag. 736. *Bibliothecæ Græcæ*.

Pa-

Digitized by Google

Patrum, & Scriptorum, ex quibus conflata fuit, nomina hæc fere ſunt, quæ in margine notata nobis occurrerunt.

ACACIUS CÆSAREENSIS.
ANEPIGRAPHUS, ſeu ANONYMUS.
APOLLINARIS.
BASILIUS.
CLEMENS.
CYRILLUS ALEXANDRINUS.
DIDYMUS.
DIODORUS.
DIONYSIUS ALEXANDRINUS.
EPHREM SYRUS.
EUSEBIUS EDESSENUS.
EUSTATHIUS ANTIOCHENUS.
GENNADIUS CONSTANTINOPOLITANUS.
GREGORIUS NYSSENUS.
GREGORIUS THEOLOGUS.
HYPPOLITUS ROMANUS.
JOHANNES CHRYSOSTOMUS.
JOSEPHUS.
IRENÆUS.
ISIDORUS PELUSIOTA.
JUSTINUS MARTYR.
MELITO SARDENSIS.
ORIGENES.
PHILO *Epiſcopus Carpathi*.
PHILO JUDÆUS.
SERAPIO *Thmueos Epiſcopus*.
SEVERIANUS GABALITA.
SEVERUS ANTIOCHENUS.
SYMMACHUS.
THEODORETUS.
THEODORUS.
THEOPHYLUS ALEXANDRINUS.

Fol. 512. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τ̃ ἐις τὼ γέννεσιν τ̃ ἐκλογῶν ἐπιτομῆς Προκοπίυ χειςιανῦ σοφιςῦ. *Initium, Deo dante, epitomes eclogarum in Geneſim* PROCOPII CHRISTIANI SOPHISTÆ. Eſt nimirum commentarius ex multis Patribus collectus a PROCOPIO, qui tamen propriis eorum verbis uſus non eſt.

Paratum ad prælum Græce, & Latine, cum ejuſdem commentariis in alios *Scripturæ* libros, per *Godfridum Olearium Theologum Lipſienſem*, vidiſſe ſe teſtatur Fabricius tom. VII. *Bibliothecæ Græcæ* pag. 733. quum antea Latine tantum haberetur. Incipit autem: ἤδη μὲν ϗ πρόπρον θεῦ τὸ δύναθαι χορηγήσαντος τὰς καταβεβλημένας ἐκ τ̃ πατέρων ϗ τ̃ ἄλλων &c.

CODEX LI. *b.* V. 31.

Chartaceus, conſtans foliis 272. ſæculi XIV. parumper fœdatus, cui eſt titulus,

Τῦ ἁγιωτάτυ Φιλοθέυ πατριάρχυ Κωνσταντίνυ πόλεως ὁμιλίαι εἰς τὰ κατὰ Κυριακὼ ἀναγινωσκόμενα διαγγέλια ὅλυ τῦ ἐνιαυτῦ ἀρχόμεναι ἐκ τ̃ κυριακ̃ς τῶν ἁγίων πάντων. *Sanctiſſimi* PHILOTHEI *Patriarchæ Conſtantinopolitani homiliæ in Evangelia, quæ leguntur in Dominicis per totum annum, initio ducto a Dominica Sanctorum omnium.*

Opus hactenus uſque ineditum, quod Manuſcriptum ſervari etiam in *Bibliotheca Sereniſſimi Bavariæ Electoris*, & *Regis Catholici*, narrat Fabricius tomo X. *Bibliothecæ Græcæ* pag. 470. ex *Bandurio*. Cujuſque homiliæ titulos, & initia dabimus inferius, ubi iterum idem occurret Manuſcriptus Codex.

CODEX LII. *b.* V. 32.

Membranaceus, duplici ſcriptus columna, folia habens 104. ſæculi circiter XII. *Commentarium* exhibet ignoti interpretis in *Evangelium* MATTHÆI, variis ex Patribus collectum, ſub hoc titulo:

Τῶν εἰς κατὰ Ματθαῖον διαγγέλιον ἐξηγητικῶν ἐκλογῶν. *Eclogæ exegeticæ in Evangelium ſecundum Matthæum.*

Porro multa initio deeſſe videntur. Primus enim, qui occurrit Evangelii locus, ex capite XXII. ſumptus eſt, nimirum, οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες ὅτι ἐφίμωσε τὺς Σαδδυκαίυς συνήχησαν ἐπὶ τὸ αὐτό. ϗ ἐπηρώτησεν εἷς ἐξ αὐτῶν νομικὸς πειράζων αὐτὸν ϗ λέγων διδάσκαλε. ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ. *Pharizæi autem audientes, quod ſilentium impoſuiſſet Sadducæis, convenerunt in unum, & interrogavit*

Digitized by Google

terrogavit eum unus ex eis legis Doctor tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege.

Expositionis, quæ sequitur, exordium hoc est: πάλιν τ αἰτίαν τίθησιν δι ὧ ἔδει φιγῆσαι. ἐ τ θρασύτητα τῶ ἐκείνων καιπεῦθεν ἐνδείκνυται πῶς καὶ τίνι τρόπῳ &c.

Patrum nomina, quibus usus est *Anonymus* autor, raro notantur in margine. Vestigia tamen quædam interdum apparent nominum JOHANNIS CHRYSOSTOMI, APOLLINARIS, CYRILLI, ORIGENIS, & *Anepigraphi* cujusdam.

CODEX LIII. *b.* V. 33.

Chartaceus, sæculi XVI. foliis constans 155. literis initialibus aureis identidem ornatus, in quo opuscula aliquot Grammaticalia multis schediasmatis, & adnotationibus ab homine Græcæ linguæ studioso congestis interpolata, Latinis etiam alicubi interjectis vocabulis.

Fol. 1. agitur περὶ τῶν ῥημάτων τῶν σημασίων. *De verborum significationibus, & de variis casibus, quibus illa copulantur*, tacito autoris nomine. Verba autem alphabeti ordine disposita sunt. Præfatio sic incipit: ἐκ τῶν ῥημάτων τὰ μὲν ὐδαμῶς μεταβαίνουσαι εἰς ἕτερον πρόσωπον τῷ λόγῳ τ σώταξιν ἔχει δὶ ὃ ἡ ἀμετάβατα προσηγορεύεται &c.

Fol. 29. *pagina* 2. Χοιροβοσκῦ περὶ ποιητικῶν τρόπων εἰσὶ δὲ εἴκοσι καὶ ζ. CHOEROBOSCI (GEORGII) *de figuris poeticis, quæ sunt numero viginti septem.*

Inter Grammaticos Græcos ineditos numerat Fabricius tomo VII. *Bibliothecæ Græcæ* pagina 42. etiam CHOEROBOSCUM, & plures ejus Manuscriptos codices ex variis Bibliothecis profert.

Statim vero ab initio operis *figuræ dictionis* ponuntur hoc ordine.

Αλληγορία μεταφορὰ κατάχρησις μετάληψις ὑπερβατὸν ἀναστροφὴ συνεχδοχὴ σύλληψις ὀνοματοποιία πεποιημένον ἀντωνομασία μετωνυμία ἀντίφασις περίφρασις ἔλλειψις πλεονασμὸς ἐπανάληψις ἡχὼ ὑπερβολὴ αἴνιγμα παραβολὴ ἀνταπόδοσις προσωποποιία παράδειγμα εἰρωνεία σχῆμα ὑστερολογία. *Allegoria, metaphora, catachresis, metalepsis, hyperbaton, conversio, synecdoche, syllepsis, onomatopœja, similiter desinens, antonomasia, metonimia, antithesis, periphrasis, ellypsis, pleonasmus, conduplicatio, expolitio, hyperbola, ænigma, parabola, parabolæ demonstratio, prosopopœia, paradigma, ironia, schema, præposterum.*

Postea singularum definitiones, & explicationes subjiciuntur.

Fol. 34. *pagina* 2. περὶ τῶν λέξεων κυείᾳ Μανυὴλ τῦ Μοσχοπύλᾳ. *De passionibus, seu figuris dictionum Domini* EMMANUELIS MOSCHOPULI. Incipit: ἐν τοῖς παθήμασι τ λέξεων προάθεσις ἰδίως λέγεται. ἔστι δὲ ἕ αὕτη προαθήκη γράμματος φωνήεντος &c.

Nullam hujus opusculi mentionem facit Fabricius tomo superius citato pag. 37. & 38. ubi tamen multa loquitur de MOSCHOPULO.

Fol. 41. τῦ Μαγίστρᾳ γραμματικὴ κατὰ στοιχεῖον ἥτις λέγεται καὶ ἀττικισμοὶ. MAGISTRI *grammatica secundum alphabeti literas, seu de Atticismis.* λέξικον potius *Atticum* dixeris, quam Grammaticam.

Contulimus autem cum editione Romana anni 1517. ac magnam animadvertimus interesse discrepantiam. Siquidem in codice multa prætermissa fuerunt, & multa in compendium redacta. Habeas exemplum in verbis, a quibus fit initium:

Ανθέων ὐκ ἀνθῶν. Ακρατέεσθαι μὴ εἶπης ἀλλ' ὐκ ἐκρατέεσθαι. Ακρατία. ἀδυνασία καὶ ἀνοητία παρὰ Θυκυδίδῃ μόνῳ. Αφωνία ὐκ ἀφασία &c.

In editione namque nonnulla præeunt, & hæc ipsa fusius exponuntur, ut cuique legenti patebit.

CODEX LIV. *b.* V. 34.

Chartaceus, duplici columna exaratus, cui folia 55. sæculi XV. Continet

I. Nonnullas *Homilias* NILI *Metropolitæ* Rhodii DAMILÆ dicti, qui sæculo XIV. do-

Digitized by Google

doctrinæ fama inclaruit. Harum prima initio deficit. Secundæ vero *folio* 5. pagina 2. titulus eſt: τῦ αὐτῦ λόγος εἰς τὸ γενέσιον τ ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκυ ἐν ᾧ ὁ π θρῆνος τῦ Ιωακεὶμ ἐ τ Ἄννης. ἐ ἡ ταύτης διαλαμβάνεται σύλληψις. *Ejuſdem ſermo in Nativitatem Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ* DEIPARÆ, *in quo & luctus* JOACHIM, & ANNÆ, *ipſiuſque diſtinguitur conceptio*. Incipit: ἀφ ἑκ ἑξεπίπδες τῇ προνοίᾳ ἐ τῦτο ᾠκονομήθη Θc.

Tertia *fol.* 14. *pagina* 2. Inſcribitur Τῦ αὐτῦ Νείλυ ἀρχιεπισκόπυ Ῥόδυ λόγος εἰς τ ἀναγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκυ. *Ejuſdem* NILI *Archiepiſcopi Rhodii ſermo in annuntiationem ſanctiſſimæ* DEIPARÆ. Incipit: ἡ ἐξ αὐτῆς τ προσηγορείας ἡ τήμερον ἑορτὴ, πολλῷ ἐνίσι ταῖς ψυχαῖς τ φαιδρότητα Θc.

Ignotæ profecto fuerunt hæ Homiliæ Oudino, Fabricio, & Allatio: nullam enim earum mentionem faciunt, licet multa in ſuis Bibliothecis congeſſerint in laudem *Nili Metropolitæ Rhodii*.

II. Sequitur *fol.* 23. *pagina* 2. πολιτεία τῦ ὁσίυ πατρὸς ἡμῶν Ιωάννυ τῦ Δαμασκηνῦ συγγραφεὶς παρὰ Ιωάννυ πατριάρχυ Αντιοχείας. *Vita ſancti Patris noſtri* JOHANNIS DAMASCENI *ſcripta* a JOHANNE PATRIARCHA ANTIOCHENO. Eadem prorſus, quæ præfixa eſt editioni *operum* DAMASCENI *Patris Lequien*, niſi quod in editione tribuitur *Johanni Patriarchæ Hieroſolymitano*.

III. *Fol.* 47. τῦ ὁσίυ πατρὸς ἡμῶν Ιωάννυ τῦ Δαμασκλωῦ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος διακεκριμένη καὶ λιωρικὴ θεολογία. *Sancti Patris noſtri* JOHANNIS DAMASCENI *de ſancta Trinitate abſoluta, & unica Theologica expoſitio*. Incipit: πιςδόμεθα τοιγαρῦν εἰς ἕνα Θεὸν μίαν ἀρχὴν ἄναρχον Θc. Eſt in editione octavum caput libri primi de *fide orthodoxa* tom. I. pagina 131.

IV. *Fol.* 52. Τῦ αὐτῦ περὶ θείων ὀνομάτων. *Ejuſdem de divinis nominibus*. Incipit. τὸ θεῖον ἀκατάληπτον ὂν πάντως ἡ ἀνώνυμον ἔσα Θc. Eſt in editione *appendix* capitis XII. libri primi tomo I. pag. 146.

V. *Fol.* 53. *pag.* 2. Τῦ αὐτῦ περὶ τόπυ Θεῦ ἡ ὅτι μόνον τὸ θεῖον ἀπερίγραπτον. *Ejuſdem de loco Dei, & quod ſolus Deus incircumſcriptus ſit*. Incipit: τόπος ἐςὶ σωματικὸς πέρας τῦ περιέχοντος Θc. In editione caput XIII. ejuſdem libri tomo I. pagina 149.

CODEX LV. *b.* VI. 37.

Membranaceus, conſtans foliis 6. ſæculi XIV. in quo

Primum habetur *ſancti* ABRAHAMII *vita*, initio mutila.

Secundo AMPHILOCHII *Iconienſis Epiſcopi ſermo in* DEIPARAM, ANNAM, & SIMEONEM, cujus tamen vix eſt initium.

CODEX LVI. *b.* VI. 40.

Membranaceus, ſæculi XV. folia habens 226. eleganti, nitidoque charactere exaratus, ſequentia ARISTOTELIS opera complectitur.

Fol. 1. *De partibus animalium* libros IV.

Fol. 46. *pag.* 2. *De generatione animalium* libros quinque.

Fol. 104. *pag.* 2. *De hiſtoria animalium* libros X.

CODEX LVII. *b.* VI. 41.

Chartaceus, ſæculi XVI. multis ſcatens lacunis, conſtat foliis 285. Occurrit primum in eo tractatus aſtronomicus, cui titulus: τῦ σοφωτάτυ κυρὶυ Θεοδώρυ τῦ Μελιτινιώτυ ἐκ τῆς αὐτῦ ἀςρονομικῆς τριβίβλυ διὰ τάξεων προοίμιον. *Sapientiſſimi Domini* THEODORI MELITINIOTÆ *ex ejus Aſtronomica ſyntaxi tribus libris diſtincta proœmium*.

Edidit proœmium, & caput primum hujus operis ex *Bibliotheca Iſaaci Voſſii*, addita Latina interpretatione, Iſaacus Bulliadus ad calcem PTOLEMÆI *de judicandi facultate, & animi principatu*.

Exi-

Digitized by Google

Exinde vero tranſtulit in ſuam *Bibliothecam Græcam* Albertus Fabricius tom. IX. pagina 199. Verum alia ſunt, & prorſus ab iis diverſa, quæ leguntur in noſtro codice; ut non opus, ſed operis compendium dumtaxat nos habere putemus, quod vel ipſemet titulus innuere videtur. Initium ita legimus: ἐπειδήπερ τὴ σύγασιν τῶ προκειμένων προχειρῶν κανόνων τὴ περιέχουσαν τὰς τῶ ἀστέρων κινήσεις &c.

A fol. 119. uſque ad *folium* 191. multæ habentur tabulæ, ſeu canones dierum, & horarum juxta variarum gentium mores, tum Planetarum, & Solis Eclypſeon ſatis accurate deſcriptæ.

Fol. 238. MICHAELIS GLYCÆ *epiſtola ad Monachum quemdam Alypium de mathematicis ſtudiis*. Incipit: τὰ τ μαθηματικῆς ἐπιστήμης εἰς δύω ταῦτα &c.

Fol. 242. *Selecta ex reſponſionibus* GREGORII NAZIANZENI *ad quæſtiones propoſitas Cæſarii fratris*.

Fol. 254. τῦ σοφωτάτυ καὶ λογιωτάτυ κυρίυ Νικηφόρυ τῦ Γρηγορᾶ τῶ Καβασίλα κυρίῳ Δημητρίῳ περὶ τῦ πάσχα ἀπόδειξις ὅπως ἐσφάλη πρὸ χρόνων. καὶ ὅπως χρὴ παυέσθαι τῶν τότυ διόρθωσιν. *Sapientiſſimi, diſſertiſſimique Domini* NICEPHORI GREGORÆ *ad Cabaſilam Dominum Demetrium de Paſchate demonſtratio, quomodo anteactis temporibus erratum ſit, & quomodo fieri debeat hujus erroris correctio.* Incipit. ἐπειδή μοι φίλος εἶ τ πάνυ καὶ κατὰ ἀκροαμάτων &c.

Hæc epiſtola memoratur a Fabricio tom. VI. pag. 305. *Bibliothecæ Græcæ* in Indice uberrimo operum GREGORÆ, concinnato ex *D. Bernardi Montfauconii* ſchedis Roma ad Boivinium tranſmiſſis, aliiſque codicum Manuſcriptorum catalogis; ſed inſcripta dicitur *Reverendo Joſepho*. Edita autem legitur in libro VIII. capite 13. *hiſtoriæ Byzantinæ*, paucis quibuſdam exceptis in principio, & in fine, utpote quæ hiſtoricæ narrationi parum convenire videbantur.

Fol. 261. Περὶ σημείων ὑδάτων καὶ πνευμάτων καὶ χειμώνων καὶ εὐδιῶν. *De ſignis pluviæ, ventorum, tempeſtatum, & ſerenitatis*, prætermiſſo autoris nomine. Incipit: σημεῖα ὑδάτων δὲ πνευμάτων καὶ χειμώνων καὶ εὐδιῶν ὧδε ἐξεύρομεν καθόσον ἐφικτὸν &c.

Fol. 275. τῦ σοφωτάτυ κυρίυ Νικηφόρυ τῦ Γρηγορᾶ παράδοσις ὅπως δεῖ κατασκευάζειν τ ἀστρόλαβον. *Sapientiſſimi Domini* NICEPHORI GREGORÆ *inſtitutio de modo conſtruendi Aſtrolabum*. Tamquam ineditum refert hoc opus loco ſupra citato Fabricius ex codice *Regio MMDCCXXXVII.* & ex *Morelli* catalogo. Incipit: περὶ τῶν τῦ ἀστρολάβυ τυμπάνων, ἐν οἷς τὰ διάφορα τ οἰκουμένης καταγράφεται κλίματα &c.

CODEX LVIII. c. III. 1.

Chartaceus, ſæculi XVI. conſtans foliis 226. κτῆμα olim *Gabrielis Philadelphiæ Metropolitæ*. Continet autem ſequentia S. MAXIMI Confeſſoris opuſcula.

Fol. 1. πρόλογος τῶν παρακειμένων ἐν τοῖς μετωπίοις σχολίων. *Prologus adjacentium in fronte ſcholiorum*, cujus initium: φυσικὴ μὲν τοῖς λογικοῖς &c.

Fol. eodem *pag.* 2. *Epiſtola ad Thalaſſium presbyterum de diverſis dubiis ſacræ Scripturæ*, cujus initium: τ σαρκὸς κατὰ τ χέσιν &c.

Sequuntur poſtea quæſtiones LXV. in quibus varia Scripturæ loca expoñuntur.

Fol. 101. *pagina* 2. *Ejuſdem reſponſiones ad quæſtiones nonnullas ipſi propoſitas*, quarum initium: τίνες ἁπτεται ψυχῆς & τίνες σώματος &c. Numero ſunt XXXIII.

Fol. 105. *Ejuſdem definitiones diverſæ* XIX. *de ſubſtantia*. Initium eſt: ὐσία καὶ φύσις ταυτὸν ἄμφω γὰρ κοινὰ &c.

Fol. 108. ἐπαπόρηματα ὑποθετικὰ καὶ ὁριστικὰ πρὸς τὰς ἀρνουμένας ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ μετὰ τ ἕνωσιν τ διττὴν τ θείας καὶ ἀνθρωπίνης φύσεως ἀλήθειαν. *Dubia hypothetica, atque definita ad eos, qui duplicem in Chriſto naturam, divinam ſcilicet, & humanam poſt unionem fateri recuſant.*

Inci-

Digitized by Google

Incipit: εἰ τὰ πάντα ταυτὸς μιᾶς ἐστι φύσεως &c.

Fol. 114. *Ad Johannem Cubicularium de rectis Ecclesiæ decretis contra Severum.* Incipit: καλῶς ἔχειν λογισάμενος μηδὲν ὑμῖν &c.

Fol. 119. *Capitula varia de duabus in Christo naturis.*

Fol. 135. *pag.* 2. *Ad Petrum Illustrem liber brevis adversus Severi dogmata*, cujus initium. ἔδειξεν ἀληθῶς ὁ ἀλογημένος μου δεσπότης &c.

Fol. 146. *Ad Cosmam Diaconum Alexandrinum de communi, & proprio, hoc est de essentia, & hypostasi.* Incipit: ἐπειδήπερ πολὺς ἡμῖν &c.

Fol. 160. *Acta disputationis a* MAXIMO *habitæ cum Pyrrho dogma Monothelitarum defendente.* Initium fit a *Pyrrhi* verbis: τί σοι κακὸν ἐποίησα μὲν κύριε Ἀββᾶ Μάξιμε &c.

Fol. 184. Συναγωγὴ τῶν ἀναγωγικῶς ἑρμηνευομένων ῥητῶν τ παλαιᾶς ἁγίας γραφῆς ἐρανισθεῖσα κατὰ συνοψιν καὶ σαφεστέραν ἀπαγγελίαν ἐκ π τ τῦ θεσπεσίυ Κυρίλλυ καὶ τ τῦ μεγάλυ Μαξίμυ καὶ λοιπῶν ἐξηγητῶν. *Collectio locorum Veteris Testamenti anagogice explanatorum, compendiosa, clarissimaque narratione, excerpta ex Divo Cyrillo, & Magno Asceta Maximo, & reliquis explanatoribus.*

Loca, quæ in hac collectione explicantur, sumta sunt ex PENTATEUCHO, ex libris JOSUÆ, REGUM, & ESDRÆ.

Sit hujus explicationis specimen ex primo, qui profertur, *Geneseos* loco.

Βίβλος γενέσεως ἐπὶ κατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις συ.

Η' κατηραμένη γῆ ἐν τοῖς ἔργοις τῦ Ἀδὰμ ἡ σάρξ ἐστι τῦ γεωθέντος νῦ ὃ ἔργα τὰ παθητῆς ἀτιμίας διακεκτήραται, ἥτις σάρξ ἀναδίδωσιν αὐτῷ, ὡς μὲν ἀκάνθας μερίμνας καὶ φροντίδας ὡς δὲ τριβόλυς πειρασμὸς καὶ κινδύνυς κατὰ π λόγον καὶ θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν. τὸ δὲ ἐν ἱδρῶτι τῦ προσώπυ συ φαγῇ τὸν ἄρτον συ, λαμβάνοι ταῦτα καὶ περὶ πράξεως καὶ θεωρίας. ἐν πόνῳ γὰρ τ πρακτικῆς φαγῇ τὸν ἄρτον τῆς θεωρητικῆς.

Dicitur in Geneseos libro: Maledicta terra in operibus tuis. *Maledicta terra in operibus Adam caro est ratione humanæ mentis, cujus opera passivi contemptus execrationi subjacent. Et sane caro ipsi præbet tamquam spinas, curas, atque cogitationes, tamquam tribulos vero, tentationes, atque pericula ex sermone, ira, atque concupiscentia. Illud autem*: in sudore vultus tui comedes panem tuum; *accipiendum similiter de praxi, & speculatione; ita ut in praxeos labore speculationis panis comedendus sit.*

CODEX LIX. c. III. 2.

Chartaceus, continens folia 74. sæculi XVI. cui titulus:

Γρηγορίυ Νύσσης περὶ ψυχῆς μετὰ τ ἰδίας ἀδελφῆς Μακρίνης. GREGORII NYSSENI *de anima dialogus cum Sorore Macrina.* Incipit: ἐπειδὴ τῦ ἀνθρωπίνυ βίυ πρὸς τὸν Θεὸν μετίση ὁ πολὺς ἐν ἁγίοις &c.

CODEX LX. c. III. 3.

Chartaceus, sæculi XVI. foliis constans 207. in quo plura veterum Mathematicorum opuscula scripta sunt, propriis figuris vario colore delineatis ornata. Autores fere iidem sunt, qui editi fuerunt *Parisiis* anno 1683. Ordo autem hic est.

Fol. 1. Ἀθηναίυ περὶ μηχανημάτων; ATHENÆI *de machinis bellicis liber.* In editione *fol.* 1.

Fol. 13. Βίτωνος κατασκαὶ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ κατατελτισῶν. BITONIS *constructiones bellicarum machinarum, & catapultarum.* In editione *fol.* 105.

Fol. 19. Ἥρωνος χειροβαλλίστρας κατασκαὶ καὶ συμμετρία. HERONIS *de constructione, & mensura manubalistæ.* In editione *folio* 115.

Fol. 21. *pagina* 2. *Ejusdem* βελοποιικὰ seu *de telis conficiendis* liber. In editione *fol.* 121.

Fol. 22. *pagina* 2. ἐκ τ Ἀπολλοδώρυ πολιορκητικά. *Ex libris* APOLLODORI *de*

ma

Digitized by Google

machinis obſidionalibus. In editione *folio* 13.

Fol. 51. PHILONIS *de telorum conſtructione* liber quartus acephalus, incipiens dumtaxat a verbis: ὅταν εἰς ἔλασσον σωαιρῶν. καὶ περὶ μὲν τούτων &c. atque poſt eum liber V. In editione *fol.* 49.

Fol. 81. JULII AFRICANI, quæ ſub *ceſtorum* titulo exſtant, ſeu, ut ex Caſaubono notat Fabricius tom. II. pag. 2. *excerpta ex Julio Africano, aliiſque ſcriptoribus*. In editione Græce tantum *folio* 277.

Fol. 100. ὅπως χρὴ τὸ τὸν πολιορκημένης πόλεως στρατηγὸν ὑπὸς τὴν πολιορκίαν αὐτῇ τάσθαι (in edit. ἀντιτάττεσθαι) καὶ οἷς ἐπιτηδεύμασι ταύτῃ ἀποκρέεσθαι. *Quomodo obſeſſæ civitatis præfectus in obſidione ſe gerere debeat, & quibus ſtudiis illam defendere*. In editione Græce tantum *folio* 317.

Autoris nullum quidem eſt in noſtro codice veſtigium: ſed in *Vindobonenſi* catalogo parte IV. pagina 35. HERONIS nomen reperimus.

Fol. 127. *pag.* 2. παρεκβολαὶ ἐκ τῶν στρατηγικῶν παραταξεων περὶ τῦ ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸ στρατηγόν. *Excerpta ex inſtitutionibus militaribus, qualis nempe debeat eſſe exercitus Dux*. Et hìc autoris nomen deſideratur æque, ac in pleriſque *Bibliothecarum* codicibus ex teſtimonio *Naudei*. In *Vindobonenſi* tamen LV. loco ſupra citato HERONIS opus dicitur, ibidemque notat Neſſelius, tamquam inedita referri hæc excerpta a Nicolao Rigaltio in *Gloſſario Tactico Græco-Barbaro*, qui perperam ea JULIO AFRICANO adſcribit. Initium hoc eſt: ὅτι ἐπιμελητὴ καὶ ὀζὼ καὶ ἀνδρεῖον καὶ διεργετικὸν καὶ ὡρὸς τὰς κινδυνὰς μὴ ὀκνῦντα μηδὲ καταπίπτοντα &c.

Fol. 175. Περὶ παραδρομῆς τῦ Κυρὶς Νικηφόρυ Βασιλέως. *Domini* NICEPHORI *Imperatoris liber de præparatione*.

Tamquam ineditum paſſim citari a Meurſio in *Gloſſario* obſervat Neſſelius loco ſupra citato. Fabricius autem tomo VI. pag. 347. *Bibliothecæ Græcæ* plures illius MSS. codices in variis Bibliothecis ſervari aſſerit ex Naudeo, additque *Nicephori II. Nicephori Phocæ Patricii nepotis* juſſu ſcriptum fuiſſe. Incipit: τὸ τὴ παραδρομῆς μέθοδον παραδῶναι βυλόμενος &c.

Fol. 196. Λέοντος βασιλέως πολεμικῶν παρασκευῶν διάταξις περὶ ναυμαχίας. LEONIS (VI. *Baſilii Macedonis filii*) IMPERATORIS *militarium præparationum conſtitutio de naumachia*, ſeu *navali pugna*.

Albertus Fabricius comparationem inſtituens MS. Codicis *Gudiani* cum *Meurſiana* editione, cujus defectus ſupplet, multis verbis ea, quæ in hoc opuſculo continentur, expoſuit Tomo VI. *Bibliothecæ Græcæ pag.* 372. Quantum tamen ex iis, quæ ibidem adfert, colligere potuimus, Regius Taurinenſis Codex tum ab editione, tum a *Gudiano* Codice plurimum diſcrepat, ut vel ex ipſis prioribus verbis invicem collatis quiſque deprehendere poteſt.

In Codice enim noſtro initium ita ſe habet:

Ἐφ' ἑξῆς τούτων ἤδη καὶ περὶ ναυμαχίας διατάξομεθα, ὧδὲν μὲν ἐν τοῖς παλαιοῖς τακτικοῖς περὶ αὐτῆς κεκανονισμένον ὁρῶντες.

In editione vero *Meurſii*, & Codice *Gudiano* apud Fabricium ita legitur:

Περὶ ναυμαχίας βυλόμεθα διατάξασθαι περὶ ἧς ὧδὲν μὲν ἐν τοῖς παλαιοῖς τακτικοῖς κεκανονισμένον ὁρῶμεν.

Longe pluribus locus eſſet obſervationibus, ſi editionis copiam haberemus. Ceterum capitula, licet numero notata non ſint, diſtincta tamen ſunt octoginta duo.

Supereſt nunc, ut inſcriptionem in fronte Codicis poſitam exſcribamus, ex qua clarum nobis fit, Codicem dono datum fuiſſe EMMANUELLI PHILIBERTO SABAUDIÆ DUCI a Felice Paciotto Urbinate.

Sereniſs. Emanueli Philiberto
Sabaudiae Duci Invictiſs.
Plurim. & Max. Virtutib. Ornato
Armorum & Literar.
Vindici ac Patrono Opt.
Athenaei Bitonis

Digitized by Google

Heronis Cteſibii
Eruditiſſimor. Mathematicor.
Julii Aphric. militis inſignis
Necnon Cyri Nicephori
Leoniſque Regum præſtantiſſ.
Rediviva hæc opera
Ex tenebris eruta &
Studio ſuo illuſtrata
D.
Felix Paciottus Urbinas
Ut hoc exſtet monimentum
Suæ erga illum
Obſervantiæ

CODEX LXI. c. III. 4.

Chartaceus, ſæculi XVI. foliis conſtans 104. Habentur in eo excerpta ex ſanctis Patribus ad expoſitionem capitum Isaiæ VII. VIII. IX. X. & XI. in quibus clariora de Christo Messia exſtant vaticinia. Codex initio, & in fine mutilus eſt.

CODEX LXII. c. III. 5.

Chartaceus, ſæculi XVI. folia habet 269. Complectitur *Divi* Johannis Chrysostomi *homilias in Geneſim*, ab homilia XXXI. uſque ad ultimam. Prioris, quæ occurrit, initium eſt: πολλὰς ὑμῖν ἔχω χάριτας, ὅτι μεθ' ἡδονῆς &c. In edit. tom. IV. pagina 304.

CODEX LXIII. c. III. 6.

Membranaceus, ſæculi circiter XII. elegantiſſimo charactere, & literis ferme uncialibus, iiſque plerumque aureis ad uſum chori, & duplici columna ſcriptus, variis præterea ornamentis conſpicuus, ſed mutilus in fine, *Evangelia* continet legenda per annum, in certas diviſa ſectiones pro ſingulis diebus, & ſollemnitatibus, interpoſito modo unius, modo alterius Evangeliſtæ textu, ea prorſus ratione, quam enarrat Allatius in diſſertatione prima *de libris Eccleſiaſticis Græcorum*. Et primum quidem *Evangelia* ſingulis Dominicis, ſinguliſque hebdomadæ diebus legenda ſubjiciuntur.

Fol. vero 211. Habentur *Evangelia*, quæ diebus feſtis Sanctorum legi ſolent, digeſta per menſes, factoque initio a menſe *Septembri*.

CODEX LXIV. c. III. 7.

Chartaceus, conſtans foliis 143. ſæculi XVI. in quo variæ obſervationes philologicæ, & cujuſcumque pene dixerim generis, inconcinne admodum ſcriptæ ad uſum privati alicujus hominis. Inter has *fol.* 46. poſt brevem de diverſis epiſtolarum generibus tractationem, habentur epiſtolæ nonnullæ Alexandri Nerulis, Jacobi Diasorini, Hermodori Lestarchi, Justini Decadii, recentium plane Græcorum, quorum nomina haud valde nota.

Fol. 107. *pag.* 2. Νικολάου τοῦ ὁσιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς Ἀναστάσιον καθηγουμένου τοῦ Σινᾶ ὄρους ἑξάστιχον. Nicolai *ſanctiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Anaſtaſium Præfectum montis Sina hexaſtichon*, cujus argumentum eſt de jejuniis, & diebus feſtis totius anni. Incipit: πολλάκις με ἠξίωσας τέκνον ἀλογημένον διὰ γραφῆς δηλῶσαί σοι, πῶς ὀφείλης διάγειν εἰς ἄχλω εἰς ἐγκράτειαν εἰς ἀληθῆ νηστείαν &c.

Hoc idem carmen refertur in catalogo *Bibliothecæ Vindobonenſis* parte II. pagina 25. Incertum autem, inquit Fabricius tomo X. *Bibliothecæ Græcæ* pag. 291. num auctor ſit Nicolaus Mysticus, an Chrysoberges, an Muzalo, qui omnes Patriarchæ fuere.

CODEX LXV. c. III. 8.

Chartaceus, ſæculi XVI. folia habens 240. cui titulus,

Τῷ ταπεινῷ Συμεὼν Ἀρχιεπισκόπῳ Θεσσαλονίκης διάλογος ἐν Χριστῷ κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, καὶ περὶ τῆς μόνης πίστεως τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῶν ἱερῶν πλετῶν καὶ μυστηρίων πάντων τῆς ἐκκλησίας ὑδὲν ἀυτοῦ ἴδιον κεκτημένος ἀλλ'

Digitized by Google

ἐκ τ ἁγίων χαφῶν καὶ τ πατέρων ἐρανισθεὶς αὐτῷ ϗ σωπισθεὶς κατὰ δωάμιν ἀπολογίαν διδὺς ἑκάστῳ τ κατὰ χαρὺς ἠρωτικότων.

Humilis SIMEONIS *Archiepiſcopi Theſſalonicenſis dialogus in Chriſto adverſus omnes hæreſes, & de ſola Domini, & Dei Servatoris noſtri Jeſu Chriſti fide, divinis ſacrificiis, atque ſacramentis omnibus, nihil proprium continens, ſed ex ſacris Scripturis, & Patribus collectus ab ipſo, atque in ordinem redactus, in quo ſingulis reſpondere pro viribus nititur, a quibus interrogatus fuerat.*

Plura de hujus SIMEONIS ætate diſſerit Allatius in *diatriba de Simeonum ſcriptis*, ubi eumdem dialogi titulum refert, atque opus ſummopere commendat, piumque, & dignum, quod aliquando typis conſignaretur, affirmat. Verum poſt Allatium Græce lucem vidit *Jaſſii* in Moldavia anno 1683. una cum altera parte, ut videre eſt apud Fabricium tomo XIV. pag. 49. *Bibliothecæ Græcæ*, qui accuratiſſimum capitum omnium indicem confecit.

Nos integram tantum primam partem habemus. Altera ſcribi cœpta erat, ſed imperfecta relicta fuit, vixque tres completæ ſunt pagellæ, quibus titulus hic præfixus legitur *fol.* 239. *pag.* 2.

Τ αὐτ ἑρμωνεία περὶ π τ θείς ναῦ ϗ τ ἐν αὐτῷ. ἱερέων π περὶ ϗ διακόνων, ἀρχιερέωντε, ϗ τ ὧν ἕκαστος τύτων σολῶν ἱερῶν περιβάλλεται ἃ μὲν ἀλλὰ ϗ περὶ τ θείας μυσαγωγίας λόγον ἑκάστῳ διδῦσα τ ἐν αὐτῇ πλκμένων θείως ϗ τοῖς ἐν Κρήτῃ δισεβέσι ζητήσασιν ἀποσταλεῖσα. *Ejuſdem expoſitio de divino templo, & de Sacerdotibus ejus, & Diaconis, & Epiſcopis, ac de ſacris ſtolis, quibus unuſquiſque eorum induitur, ſed & de divina Miſſa, ubi ſingulorum, quæ in ipſa divino ritu peraguntur, ratio redditur, Cretenſibus viris piis petentibus tranſmiſſa.*

Dialogi forma inter *Clericum*, & *Epiſcopum* amplius non ſervatur, ut in prima parte, ſed continua eſt locutionis ſeries.

CODEX LXVI. *c.* III. 9.

Chartaceus, conſtans foliis 129. ſæculi XVI. in quo rerum Conſtantinopolitanarum hiſtoria poſt captam a Francis Conſtantinopolim ritu metrico deſcripta, & ſtylo prorſus rudi, atque incondito. Autoris nomen, & nonnulla initio deſiderantur.

CODEX LXVII. *c.* III. 10.

Bombycineus, ſæculi XIII. foliis conſtat 361. quorum duo initio recenter ſuppleta. Complectitur autem duorum Conciliorum Generalium Acta.

I. Quidem *Sanctæ Sextæ Synodi apud Conſtantinopolim congregatæ adverſum eos, qui impie docuerunt unam voluntatem, & unam operationem &c.* Hæc contulimus cum editis a Labbeo tomo VII. pag. 614. atque ſatis cohærentia invenimus, exceptis ſubſcriptionibus, in quibus quorumdam Epiſcoporum nomina vel tranſpoſita, vel tantiſper immutata ſunt.

Fol. 208. *Acta Sanctæ Nicænæ Secundæ Synodi Generalis ſeptimæ*, quorum initium ducitur ab apologia, quam per compendium habuit *Tharaſius* ad populum, eadem, quæ eſt apud Labbeum tomo VIII. pag. 2. cum quo & cætera apprime conſentiunt.

Verum præter ea, quæ habet Labbeus, legitur adhuc in calce noſtri Codicis *Epiſtola Taraſii*, ſeu mavis, epiſtolæ fragmentum, illudque omnino deturpatum. Cum enim poſtremum folium, ubi deſcribitur, lacerum eſt, tum quæ ſequebantur, penitus interierunt. Epiſtolæ titulus, qui legi poteſt, hujuſmodi eſt:

Ἀδελφοῖς ϗ συλλειτργοῖς πάσι τοῖς ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις τ φιλοχείσ Σικελῶν νήσ. Ταράσιος ἐλέει Θ ἐπίσκοπος Κωσταντινπόλεως νέας Ρώμης. *Fratribus, & comminiſtris omnibus ſanctiſſimis Epiſcopis Chriſti amantis Siciliæ inſulæ, Taraſius divina miſeratione Epiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ.* Initium autem ita habet: οἱ τοῖς θείοις

θείοις σοφῶς ἐμμελέτωνται λόγοις καὶ ἐρωτητικῶς καὶ ὑ . . . . ἐν αὐτοῖς ἐσκύπτονται ἐκ τῶν αὐτῶν τῇ ἀσεβείᾳ ἐκ τῆ ἀληθείᾳ ἀφεστηκύιης &c.

CODEX LXVIII. c. III. 11.

Membranaceus, duplici columna exaratus, continens folia 148. sæculi XIV. optimi characteris. Sunt in eo Sanctorum vitæ sequenti ordine.

I. Initio deficit; ex iis tamen, quæ in fine leguntur, colligitur esse S. NICOLAI.

Fol. 21. *Vita, & mores Sancti Patris nostri* AMBROSII *Mediolanensis Episcopi*. Incipit: Ουαλεντινιανὸς μετὰ παλλάτιν Ιουνιανῦ τὰ σκήπτρα τῆ βασιλείας διαδεξάμενος &c. Legitur idem initium in *Bibliothecæ Coisliniana* pag. 212. Aft observat Fabricius Tom. IX. *Bibliothecæ Græcæ* pag. 52. mutilam esse vitam hoc exordio, & integram ita incipere: ὅτος ὁ ἐν ἁγίοις Αμβρόσιος &c.

Fol. 29. *Vita* PATAPII *Thebani Ægyptii*, cujus deest principium, avulso folio. Prima, quæ leguntur, verba, hæc sunt, ξένος. ἔρημος. ἀμύητος. καὶ τοῖς πολλοῖς ἐκ ἀθέατος &c.

Fol. 33. *pag.* 2. *Vitæ Sanctorum Martyrum* MENÆ, HERMOGENIS, & EUGRAPHI. Initium est: μετὰ τῆ γῆς τῦ Σωτῆρος Χριστῦ παρουσίαν πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τοὺς ἀγῶνας μαρτυρικῆς ἀπεδύσαντο &c. Habentur Latine apud *Surium* & *Lipomannum* die X. *Decembris*.

Fol. 54. *pag.* 2. *Vita, & mores Sancti Patris nostri* DANIELIS STYLITÆ. Incipit: ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀγώνων ὁπόταν περὶ πολέμων ἐκ ἀγώνων ἐκ τροπαίων τὶς διαλέγεται &c. Latine apud *Surium*, & *Lipomannum* die XI. *Decembris*.

Fol. 85. *pag.* 2. *Vita, & mores Sancti, & thaumaturgi Patris nostri* SPIRIDONIS *Episcopi Trimithuntis*. Incipit: μεγίστων εἰς ψυχῆς ὠφέλειαν βίος γενναίων καὶ φιλοθέων ἀνδρῶν &c. Latine apud *Surium*, & *Lipomannum* die XII. *Decembris*.

Fol. 106. *pag.* 2. *Martyrium Sanctorum, & glorioforum Christi martyrum* EUSTRATII, AUXENTII, EUGENII, MARDARII, & ORESTÆ. Incipit: Βασιλεύοντος Διοκλητιανῦ καὶ Μαξιμιανῦ πᾶσα ἡ τῶν Ρωμαίων ἀρχὴ &c. Latine apud *Surium*, & *Lipomannum* die XIII. *Decembris*. Ejus vero autorem, notat Allatius in libro de *Symeonibus*, esse EUSEBIUM *Monachum Sebastenum*.

Fol. 123. *pag.* 2. *Martyrium sanctorum martyrum* LEUCII, PHILEMONIS, & APOLLONII, cujus initium: τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ιησῦ Χριστῦ κοινωνία &c. Latine apud *Surium*, & *Lipomannum* die XIV. *Decembris* sub titulo THYRSI, LEUCII, PHILEMONIS, CALLINICI, & APOLLONII, non secus ac in *Bibliotheca Coisliniana* loco superius citato.

Fol. 138. *pag.* 2. *Hypomnema* DANIELIS *prophetæ, & trium puerorum* ANANIÆ, AZARIÆ, & MIZAELIS. Incipit: ἄρτι Ναβυχοδονόσωρ ὁ Βασιλεὺς Ασσυρίων &c. Latine apud *Surium* die XXI. *Julii*.

Fol. 146. *Martyrium sancti* ELEUTHERII, cujus initium: Αἰλίυ Αδριανῦ Ρωμαίων μὲν βασιλεύοντος &c. Latine apud *Surium* die XVIII. *Aprilis*: Græce vero ex MS. codice *Bibliothecæ Vaticanæ in Actis sanctorum Aprilis* tomo II. pagina 976.

Hoc martyrium ob male compactum codicem in duas lacinias distinctum est, adeo ut finis præeat monumento DANIELIS; initium autem postpositum sit.

Ceterum omnes hæ sanctorum vitæ eodem ordine referuntur in laudata *Bibliotheca Coisliniana* pagina 212.

CODEX LXIX. c. III. 12.

Membranaceus, duplici exaratus columna, habens folia 292. quorum 18. priora nescio quo fato perierunt, sæculi XIII. nitidi characteris. Sunt itidem multorum Sanctorum vitæ mensis *Novembris*.

Prior initio deficit; ex adnotatione tamen recenter scripta, constat esse μάρτυρος Αβίβυ *martyris* ABIBI.

Fol. 30. *Mensis Novembris die XVI.*

Digitized by Google

Hypomnema ſancti Apoſtoli, & Evangeliſtæ MATTHÆI, cujus initium: ἤδη μὲν τὸ παρὰ τοῦ πλάσαντος ἡμᾶς δοθεῖσαν φυλάττοντες ἐντολὴν &c. Latine apud *Surium* die XXI. *Septembris*.

Fol. 34. *Die XVII. ejuſdem menſis ſancti Patris noſtri* GREGORII EPISCOPI NYSSENI *de vita, & miraculis ſancti Patris noſtri Epiſcopi* Neocæſareenſis *Thaumaturgi*. Incipit: ὁ μὲν σκοπὸς εἷς ἐστι τῷ τε ἡμετέρῳ λόγῳ καὶ τῷ παρόντος συλλόγου. Γρηγόριος γὰρ ὁ μέγας &c. Exſtat in editione Pariſienſi anni 1637. tom. III. pag. 534.

Fol. 76. *pagina* 2. *Die XVIII. Novembris Martyrium ſancti Magni martyris* PLATONIS, cujus initium: ὁ ξένα Γαλάται τὰ παρόντα οὐδὲ ὁμολογητοῦ τῆς ἀληθείας ἀλλότρια. Γάλαται μὲν γὰρ ἔσφαττον ἀνοήτως &c. Latine apud *Surium* die XXII. *Julii*.

Fol. 86. *Die XXII. Novembris Vita, & mores ſancti Patris noſtri* AMPHILOCHII *Epiſcopi Iconienſis facti*. Incipit: ᾧ τί τῶν καλῶν ἔσται τις τῇ μνήμῃ παραδιδοὺς, εἰ τὸν Ἀμφιλοχίου βίον παρέλθοι σιγῇ, τῷ μεγίστῳ γὰρ ζημιώσει πάντας τὸ τῆς ἐκκλησίας πλήρωμα &c.

Fol. 95. *pagina* 2. *Die XXIII. Novembris Vita, & mores ſancti Patris noſtri* GREGORII *Epiſcopi Agrigentini*. Incipit: καλλιστόν τι χρῆμα ἡ ἀρετὴ καὶ δόξαν ὅσῳ ἐγκόσμιόν τε καὶ ὑπερκόσμιον, προξενῆσαι τοῖς ἐρασταῖς &c. Latine apud *Surium* die eodem XXIII. *Novembris*.

Fol. 108. *pag.* 2. *Die XXV. Novembris Vita ſancti martyris* CLEMENTIS *Epiſcopi Romæ, diſcipuli ſancti Apoſtoli* PETRI, cujus initium: Κλήμης Ἰακώβῳ τῷ κυρίῳ καὶ ἐπισκόπῳ. καὶ ἐπισκόπων ἐπισκόπῳ διέποντι δὲ τὴν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἁγίαν τῶν χριστιανῶν ἐκκλησίαν &c. Eſt nimirum Clementina epitome geſtorum *Sancti Petri*, quæ exſtat apud Cotelerium *in Patribus Apoſtolicis* tom. I. pag. 755. de qua plura ibidem legi poſſunt. Deſunt Codici pauca in fine ob deperditum folium.

Fol. 183. *Die XXVI. Novembris Martyrium ſancti magni martyris* MERCURII, cujus initium: Δέκιος λοιπὸν καὶ Γαλεριανὸς ὁ μὲν ἐπὶ τοῦ Ῥώμης σκήπτρων λῶν. ὁ δὲ τοῖς τῆς Ἀσίας θρόνοις ἐφήδρευεν &c.

Fol. 196. *Eodem Novembris die Vita, & mores Patris noſtri* ALYPII STYLITÆ. Incipit: καλοὶ μὲν οἱ τῶν Μαρτύρων ἄθλοι καὶ πολλῷ δυναμένοι τοῖς φιλαρέτοις ἐμποιεῖν τὴν ὠφέλειαν &c.

Fol. 213. *pagina* 2. *Die XXVII. Novembris Martyrium Sancti* JACOBI PERSÆ, cujus initium: Ἀρκαδίου τὰ Ῥωμαίων διέποντος σκήπτρα. ᾧ πατὴρ μὲν λῶν Θεοδόσιος ὁ ἐξ Ἰσαυρίας &c.

Fol. 225. *pagina* 2. *Die XXVIII. Novembris Vita, & mores ſancti Patris noſtri, & confeſſoris* STEPHANI JUNIORIS. Incipit: θεῖόν τι χρῆμα ἡ ἀρετὴ καὶ πολλῶν ἀξία τῶν ἐγκωμίων &c. Latine apud *Surium* die XXVIII. *Novembris*, & inter *Damaſceni* opera, interprete Billio, qui tamen illius opus eſſe negat.

Fol. 284. *pag.* 2. *Die XXX. Novembris Hypomnema ſancti Apoſtoli* ANDREÆ, *primi omnium a Chriſto vocati*, cujus initium: ἄρτι τοῦ παιδὸς Ζαχαρίου Ἰωάννου φημὶ τοῦ πάνυ τοὺς ἐρήμους ἀπολίποντος &c. Deſunt in fine aliquot folia.

CODEX LXX. *c.* III. 13.

Bombycineus, duplici columna exaratus, conſtans foliis 401. ſæculi circiter XIV. nitidi caracteris, atque optimæ lectionis, initio deficiens, multorum Patrum complectitur Sermones.

Fol. 1. Exſtat fragmentum cujuſdam Sermonis, qui cum titulo, & initio careat, cujus ſit, divinare non potuimus.

Fol. 4. S. JOHANNIS CHRYSOSTOMI *homilia in parabolam de Filio Prodigo*, cujus initium: ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν &c. Inter ſpurias recenſetur a *Benedictinis* Tomo VIII. pag. 33.

Fol. 11. S. JOHANNIS DAMASCENI *Sermo de iis, qui in fide obdormierunt: quomodo Miſſis, & eleemoſynis, quæ pro illis*

Digitized by Google

illis fiunt, adjuventur. Incipit: τὰ τῶν βρωμάτων ἥδεα π ἐ τίμια προτιθέμενα &c. Damaſceni ne ſit, contentio eſt inter viros criticos, de qua re vide admonitionem ipſi orationi præpoſitam in edit. Tom. I. pag. 583.

Fol. 23. *pag.* 2. Νεκταρίου Αρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως δι' ἣν αἰτίαν τῷ πρώτῳ σαββάτῳ τῶν ἁγίων νηστειῶν ἑορτάζομεν τὴν μνήμην τῆ ἁγίᾳ ἐ ἐνδόξῳ μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου καὶ περὶ νηστείας ἐ ἐλεημοσύνης. NECTARII *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, qua de cauſſa primo Sabbato Sancti jejunii celebretur memoria Sancti, & glorioſi martyris* THEODORI (STRATELATI) *& de jejunio, & eleemoſyna*. Incipit: ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τ χρησότητός σου Κύριε &c. Prodiit Latine tantum; & quidem exſtat apud *Surium* die IX. *Novembris*. Græce autem refertur in Catalogo *Bibliothecæ Vindobonenſis* part. I. pag. 25. & part. V. pag. 10. & *Bibliothecæ Coiſlinianæ pag.* 401.

Fol. 32. *pag.* 2. S. JOHANNIS CHRYSOSTOMI *Sermo de cruce*, cujus initium: τοῦτο ἐστιν ἀδελφοὶ τὸ σημεῖον &c. In editione tom. XII. *pag.* 709. Ecloga 38.

Fol. 37. *Enarratio ex vetuſtis hiſtoriis collecta, quomodo* DEIPARÆ VIRGINIS *interceſſione liberata fuerit Conſtantinopolitana Civitas tempore Heraclii, dum a Perſis obſideretur*. Titulus rubro charactere exaratus vix aliquibus in locis legi poteſt. Evanuerunt enim pene omnes literæ. Incipit autem narratio hoc modo: ἐν τοῖς χρόνοις Ἡρακλείου τοῦ τῶν Ρωμαίων βασιλέως Κοσρόης ὁ τ Περσῶν τ ἀρχὴν ἔχων &c.

Fol. 45. S. JOHANNIS CHRYSOSTOMI *Homilia in Annuntiationem*, cujus initium; πάλιν χαρᾶς ἀναγγελία πάλιν ἐλευθερίας &c. Habetur inter ſpurias Tom. II. pag. 797.

Fol. 48. *pag.* 2. ANDREÆ CRETENSIS *Sermo in Annuntiationem* DEIPARÆ. Incipit: ἐπέστη σήμερον ἡ πάντων χαρὰ &c. Latine apud *Surium* die XXV. *Martii*: Græce vero cum Latina interpretatione inter *Orthodoxographa*, & in editione *Combefiſii pag.* 11.

Fol. 60. S. GREGORII *Epiſcopi Neocæſareenſis Sermo in eamdem Annunciationem* DEIPARÆ, cujus initium: ἑορτὰς μὲν ἁπάσας ᾠδὰς ὑμνῳδίας &c. Exſtat *pag.* 66. editionis *Gerhardi Voſſii*.

Fol. 67. ANDREÆ CRETENSIS *Homilia in quatriduanum Lazarum*, cujus initium: Λάζαρος τ παρόντα συγκεκρότηκε σύλλογον &c. Græce, & Latine in *Combefiſii* editione *pag.* 56.

Fol. 80. JOHANNIS CHRYSOSTOMI *Homilia in ſollemnia Palmarum*. Incipit: πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα ἦλθεν ὁ Ιησοῦς &c. Eſt Ecloga XXXIII. in tomo XII. pag. 687.

Fol. 62. *pag.* 2. Γοργίυ Ἑλένης ἐγκώμιον. GORGIÆ HELENÆ *encomium*, cujus initium: κόσμος πόλει μὲν ἀνδρεία σώματι δὲ κάλλος, ψυχῇ δὲ σοφία πράγματι δὲ ἀρετὴ λόγῳ δὲ ἀλήθεια Ὅς.

Fol. 65. *pag.* 2. Brevis *Peloponneſi* deſcriptio.

Fol. 67. GREGORII NYSSENI *de anima* liber primus, cujus initium: διαφωνεῖται χεδὸν ἅπασι τοῖς παλαιοῖς ὁ περὶ τ ψυχῆς λόγος Ὅς. Verum non eſſe *Nyſſeni*, ſed caput II. & III. NEMESII de *natura hominis*, monet Fabricius tomo VIII. pag. 500. *Bibliothecæ Græcæ*.

CODEX CVIII. *c.* IV. 28.

Chartaceus, ſæculi XIV. conſtans foliis 341. Commentaria exhibet in opera quædam Logica ARISTOTELIS.

Fol. 1. Δαβὶδ Θεσσαλονικέυς τῦ φιλοσόφυ εἰς τὰ προλεγόμενα τ φιλοσοφίας, εἰς τὰς πέντε φωνὰς τῦ Πορφυρίυ, & εἰς τὰς δέκα κατηγορίας τῦ Ἀριςοτέλυς. DAVIDIS *Theſſalonicenſis Philoſophi in prolegomena philoſophiæ, in quinque voces Porphyrii, & in decem Categorias Ariſtotelis.*

Nihil de *Davide Theſſalonicenſi* ſcriptum apud quempiam invenimus. Solus Geſnerus memorat ejus commentaria

Digitized by Google

ria ex codice *Bibliothecæ SS. Johannis, & Paulli* Venetiis, nec quidpiam præterea addit.

Præmittitur initio copioſus capitum index, poſt quem *fol.* 9. incipit commentarius in *prolegomena philoſophiæ*, his verbis: ἐν τῇ προοιμίᾳ δὲ δι' ἀποδεικτικῆς θεωρίας ὑπεχόμεθα ἀποδεικνύειν αἰτίαν, δι' ἣν ἔξ εἰσιν ἡ φιλοσοφίας ὁρισμοὶ &c.

Fol. 56. *Commentarius in Iſagogem Porphyrii*, cujus initium: ἐπειδὴ τὰ προτέλεια τῆς φιλοσοφίας ἱκανῶς ἡμῖν διεξήτασται &c.

Fol. 139. *Decem categoriarum expoſitio*, cujus initium: τῶν Ἀριστοτελικῶν ἀρχόμενοι λόγων, ὡσὰν ἐκ θυρῶν φίλα τῷ Ἀριστοτέλει &c.

Folio autem 282. Θεοδώρου φιλοσόφου τοῦ Προδρόμου μετάφρασις τοῦ β βιβλίου τῆς ἀποδεικτικῆς πραγματείας ἤτοι τῶν ὑστέρων ἀναλυτικῶν τοῦ Ἀριστοτέλους. THEODORI *philoſophi Prodromi expoſitio ſecundi libri de demonſtratione, ſeu poſteriorum Analyticorum Ariſtotelis*. Incipit: διαλαβὼν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς ἀποδεικτικῆς, περὶ ἀποδεικτικοῦ συλλογισμοῦ &c.

Servari MS. etiam in *Vaticana Bibliotheca* notat Geſnerus.

CODEX CIX. c. IV. 29.

Chartaceus, ſæculi XVI. conſtans foliis 404. in quo commentaria TITI BOSTRENSIS in *Johannis, Lucæ, & Matthæi Evangelia*. Ordine nimirum inverſo incipit a *Johanne*, & deſinit in *Matthæo*.

Commentaria quidem in *Lucam*, & *Matthæum* vulgavit una cum Latina interpretatione *Chriſtophorus Serrarigus*, ut ſcribit Fabricius tom. VIII. pag. 413. *Bibliothecæ Græcæ*. Quæ autem in *Johannem*, latent adhuc inedita in Bibliothecarum pluteis.

Ceterum Guilielmus Cave tomo I. pag. 228. loquens *de expoſitione Evangelii Lucæ* ſentit, non unius *Titi* eam opus eſſe, ſed ex *Titi*, & aliorum Sanctorum Patrum commentariis conſarcinatam ad inſtar *Catenæ*, & tanquam maximum momentum ad id demonſtrandum adfert inſcriptionem codicis MS. *Bibliothecæ Regis Galliarum* num. MMCCCXX. quæ ita habet: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Τίτου ἐπισκόπου Βόστρων, καὶ ἄλλων ἁγίων πατέρων ἑρμηνεία εἰς κατὰ Λουκᾶν ἅγιον Εὐαγγέλιον. *Sancti Patris noſtri Titi Boſtrorum Epiſcopi, aliorumque Sanctorum Patrum interpretatio in Evangelium ſecundum Lucam*. Mirum propterea non eſt, citari interdum *Gregorium Nazianzenum, Chryſoſtomum, Cyrillum Alexandrinum*, alioſque *Tito* juniores. Longe enim poſt *Titi Boſtrenſis* ætatem *Catena* hæc conflata fuerit.

His ita præhabitis ordinem tandem eorum, quæ noſtro codice continentur, explicemus.

Fol. 1. Eſt brevis deſcriptio vitæ *Sancti* JOHANNIS EVANGELISTÆ, cujus initium: Ἰωάννης ὃν Κύριος ἠγάπησε υἱὸς τοῦ Ζεβεδαίου &c. Hanc ſequuntur proxime verſus Jambici in quatuor Evangelia.

Fol. autem 2. Προθεωρία τῆς καινῆς διαθήκης, ἤτοι τῶν θείων καὶ ἱερῶν Εὐαγγελίων. *Protheoria Novi Teſtamenti, ſeu divinorum, ſacrorumque Evangeliorum*, quæ incipit: τοῖς μὲν πρὸ νόμου θεοῖς ἀνδράσι τῷ Νῶε δηλονότι τῷ Ἀβραὰμ καὶ τοῖς ἐγγόνοις τοῦ ἐκείνου, καὶ τῷ Ἰὼβ, καὶ τῷ Μωυσεῖ &c. Veteris nempe legis cum nova inſtituitur comparatio, & utriuſque ratio expenditur, tum novæ præſtantia, & dignitas extollitur.

Fol. 5. *pag.* 2. Carmina nonnulla, quæ proſa poſtea explicantur oratione, & quidem hoc titulo: ὅτι τετράμορφόν ἐστι τὸ Εὐαγγέλιον καὶ σύμμορφον τοῖς Χερουβὶμ τετραπροσώποις. *Quod quadriforme ſit Evangelium, & ſimile Cherubim quatuor facierum*. Redditur ſcilicet ratio, cur variis formis exprimi ſoleant *Evangeliſtæ*, & proprius uniuſcujuſque character indicatur.

Fol. 8. *Hypotheſis Evangelii ſecundum Johannem*, cujus initium: κατὰ Ἰωάννου τὸ Εὐαγγέλιον ἐπιγέγραπται, ἐπειδὴ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ Ζεβεδαίου &c. Poſtea

Digitized by Google

ſtea ſubjicitur capitum elenchus, ad cujus calcem Jambici verſus in *Johannem*.

Fol. 11. *Prolegomena in Johannis Evangelium, quibus via ſternitur ad rectam illius intelligentiam.* Initium eſt: τὶς ὅτως ἀναισθησίαν νοσῶν, ὡς τοιοῦτον κάλλος &c.

Fol. 16. Incipiunt commentaria in ipſum Evangelium his verbis: τίνος ἕνεκα τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν λαβὼν τ οἰκονομίας ἀρξαμένων &c.

Fol. 140. *pagina* 2. *Commentarius in Evangelium Lucæ*, cujus initium: ἰστέον ὅτι τὰς μὲν ἄλλας εὐαγγελιστὰς ἐξ αὐτῶν ἀρχομένας ἐστὶν ἰδεῖν τῶν πραγμάτων &c.

Fol. denique 211. *Commentarius in Evangelium ſecundum Matthæum*, cujus initium: διὰ τὶ λέγεται εὐαγγέλιον. εὐαγγέλιον ἡ παροῦσα βίβλος λέγεται ὅτι κολάσεως ἀναίρεσιν ἐκ ἁμαρτημάτων λύσιν, ἐκ δικαιοσυνίλω ϗ ἁγιασμὸν ἐκ λαπολύτρωσιν ϗ ὑποθεσίαν. ἐκ κληρονομίαν τ ὑρανῶν πᾶσιν εὐαγγέλιζεται &c.

CODEX CX. c. V. 1.

Chartaceus, ſæculi XVI. foliis conſtat 208. Sunt commentaria in ſeptem libros *Metaphyſicorum* ARISTOTELIS, ſcilicet a VI. uſque ad XII. autore ALEXANDRO APHRODISEO. Integri hi commentarii in duodecim priores libros Latine tantum prodierunt ex interpretatione *Franciſci Patricii*, ut teſtatur Fabricius tomo VII. pagina 148. *Bibliothecæ Græcæ*.

CODEX CXI. c. V. 2.

Chartaceus, ſæculi XVI. conſtans foliis 185. Habentur in eo epiſtolæ MICHAELIS GLYCÆ, in quibus multa ſcripturæ loca obſcura, vel controverſa explanantur. Decem tantum priores cura, & ſtudio viri eruditiſſimi *Johannis Lamy* una cum interpretatione ejuſdem Latina editæ ſunt in *Deliciis eruditorum*, ſeu *Collectaneis veterum opuſculorum anecdotorum*. Ceteræ lucem nondum aſpexerunt, ſi excipias nonnulla earumdem fragmenta, quæ in ſuis operibus nonnumquam adducit Allatius. Quæ in hoc codice continentur, numero ſunt triginta ſex, eodem ferme ordine, titulo, initioque, quibus ex *Vindobonenſi codice* deſcribit Oudinus tom. III. pag. 2532. præter ea, quæ ſunt apud eumdem numeris XXVII. XXVIII. ut deprehendimus ex collatione. Plura de illis tradere modo ſuperſedemus, quia alius infra recurret codex, in quo longe uberior epiſtolarum numerus, quam vel hic, vel Vindobonenſes omnes MSS. codices habeant. Tunc autem accurate, diligenterque recenſebimus.

CODEX CXII. c. V. 3.

Chartaceus, ſæculi XVI. habet folia 163. variaque continet opuſcula philologica.

Fol. 1. HESIODI *Theogonia*.

Fol. 18. Γραμματικῦ τῦ Τζέτζυ ἐξήγησις τῆς βίβλυ τ ἔργων ϗ ἡμερῶν Ησιόδυ. *Grammatici* TZETZÆ *commentarii in libros Heſiodi inſcriptum Opera, & Dies*. Commentariis inſertus eſt *Heſiodi* textus. Supra textum vero ſunt aliæ expoſitiones, rubro ſcriptæ colore, utique non ſpernendæ.

Fol. 113. SYNESII CYRENÆI *liber de inſomniis* cum *Nicephori Gregoræ* commentario, additis etiam *interlinearibus* nonnumquam *Gloſſis*.

Fol. 136. Τῦ σοφωτάτυ κυρίυ Ἰωάννυ τῦ Πρωτοσπαθαρίυ ἐξήγησις φυσικὴ τ ἡμερῶν Ησιόδυ. *Sapientiſſimi Domini* JOHANNIS PROTOSPATHARII *expoſitio phyſica dierum* HESIODI, cui nonnulla ſubjiciuntur de menſibus *Ægyptiorum*, *Hebræorum*, *Græcorum*, *Athenienſium*, *Romanorum*, nec non quarumdam fabularum allegoriæ.

Fol. 141. EURIPIDIS *Andromache*, præmiſſa hypotheſi, adjectiſque paucis intra textum, & in margine adnotationibus,

CO-

Digitized by Google

CODEX CXIII. c. V. 4.

Membranaceus, duplici ſcriptus columna, foliis conſtans 167. ſæculi circiter XII. initio, & fine mutilus. Complectitur quæſtiones, & reſponſiones de diverſis capitibus, ſine ullius autoris nomine, qui forte in primo *folio* nunc deficiente deſignatus fuerat. Ex comparatione facta, eaſdem eſſe deprehendimus, quas ſub ANASTASII SINAITÆ nomine vulgavit Gretſerus. Neque omnes tamen habentur, ſed centum dumtaxat, & duæ, atque ita deſcriptæ, ut nonnullæ interdum in binas diſtinctæ ſint, & viciſſim. E. G. quæ in editione tom. IX. *Biblioth. Patrum* numero XXIV. & XXX. habentur, in duas ſingulæ diſpertitæ fuerunt in codice Regio Taurinenſi. Contra XXXI. & XXXII. in unam contractæ, æque, ac XXXIII. & XXXIV.

Eſt ab initio quæſtionum index, recenter appoſitus, qui contextus dicitur a *Diacono Gabriele Philadelphiæ Metropolita*, ad quem fortaſſe codex pertinebat. En ipſamet verba ad calcem ejuſdem elenchi poſita.

Τέλος τῦ παρόντος πίνακος. εἴληφε τέλος ὑπ' ἐμῶ Νεοφύτυ Ἱεροδιακόνυ τῦ πανιεργωτάτυ καὶ σοφωτάτυ, καὶ λογιωτάτυ κυρίυ Γαβριὴλ τῦ Φιλαδελφίας τῦ ἐκ Μονεμβασίας τῦ Σεβήρυ ἐν ἀρχιᾳ ἔτι κατὰ μῆνα Ἰουν.... ἐν Βενετίαις.

Finis præſentis elenchi. Finem accepit per me Neophytum Hierodiaconum benefici, & ſapientiſſimi, diſertiſſimique Domini Gabrielis Philadelphiæ Metropolitæ ex Monembaſia, dicti Severi, anno Domini 1611. *menſe Junio .... Venetiis.*

CODEX CXIV. c. V. 5.

Chartaceus, ſæculi XVI. folia habens 279. in quo ASCLEPII *Scholia* in priores ſex *Metaphyſicorum libros Ariſtotelis* ex ore *Ammonii* excepta.

CODEX CXV. c. V. 6.

Chartaceus, ſæculi XV. conſtans foliis 388. Varios comprehendit Sanctorum Patrum ſermones ſequenti ordine.

Fol. 1. Sermo in ſecundum adventum JESU CHRISTI ſine autoris nomine. Incipit autem: δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τῦ πατρός μυ. κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν Βασιλείαν &c.

Fol. 16. Sermo in martyres, *Anonymi* pariter ſcriptoris. Textus primum affertur ſacræ Scripturæ, nimirum: θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτῦ ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ &c. ὁμοίως τοῖς ἁγίοις ἐν τῇ γῇ αὐτῦ ἐθαυμάσωσεν ὁ Κύριος. *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis Deus Iſrael &c. Similiter ſanctis in terra ejus mirabilem ſe fecit Dominus.*

Poſt hæc incipit ſermo: τὰ ῥήματα ἃ ἀκούετε ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ῥήματα καὶ λόγοι εἰσὶν &c.

Fol. 20. *Beati* ANASTASII SINAITÆ *ſermo de ſacra Synaxi*, cujus initium: ἀεὶ μὲν ἡ τῦ ἁγίυ Πνεύματος χάρις διὰ πάσης τῆς τῦ Θεῦ γραφῆς, ὡρὸς ἐργασίαν τῶν θείων αὐτῦ ἐντολῶν &c. Refertur a Lambecio lib. IV. comment. pagin. 135. & 168.

Fol. 36. CHRYSOSTOMI *Homilia in Divitem, & Lazarum*, cujus initium: μέγιστόν ἐστι διδασκαλεῖον τὸ τῆς ἐκκλησίας σάδιον &c. Inter ſpurias tomo VIII. pagina 113.

Fol. 42. *pag.* 2. ANDREÆ CRETENSIS *ſermo in quatriduanum Lazarum*, cujus initium: Λάζαρος τὸν παρόντα συγκεκρότηκε σύλλογον &c. In editione Combefiſiii pag. 56.

Fol. 62. *pagina* 2. CYRILLI ALEXANDRINI *ſermo in Dominicam Palmarum*, cujus initium: βασιλικῶ οἱ πιστοὶ σήμερον ἐπιδημίαν ἑορτάζοντες &c. Tribuitur in codice *Cyrillo*, ut & in *Bibliotheca Coisliniana* pagina 402. Ceterum eſt *Eulogii Archiepiſcopi Alexandrini*, exſtatque in *Auctario novo Combefiſiano* tomo I. pag. 651.

Fol. 78. ANDREÆ CRETENSIS *ſermo*

Digitized by Google

in eamdem Dominicam. Incipit: χθὲς ἡμᾶς μετὰ τῦ δεσπότυ Λάζαρος ἐγιάσατο &c. In Combefiſ. edit. pagina 75.

Fol. 101. *pagina* 2. *Divi* JOHANNIS CHRYSOSTOMI *homilia in ſanctum Job*, cujus initium: ἦκεν ἡμῖν ἐνιαύσιος σήμερον &c. Inter ſpurias tomo VI. pag. 579.

Fol. 112. *Ejuſdem ſermo in decem Virgines*, cujus initium: ὅταν τὸ ἀδιάπαυστον τ ζωῆς ἐννοήσω &c. Inter ſpurias tom. VIII. pag. 45.

Fol. 120. *Ejuſdem homilia in meretricem, & Lazarum*, cujus initium: πάντοτε μὲν ὁ Θεὸς ὡς φιλάνθρωπος καιρὸν &c. Inter ſpurias tom. VIII. pag. 49.

Fol. 129. *pagina* 2. *Ejuſdem homilia in illud*: Collegerunt Judæi conſilium. Incipit: ἐοίκασιν οἱ τῆς ἐκκλησίας φίλτατοι παῖδες &c. Inter ſpurias tom. VIII. pag. 43.

Fol. 134. *pagina* 2. *Ejuſdem homilia in proditionem Judæ*, cujus initium: ὀλίγα ἀνάγκη σήμερον πρὸς τλῶ &c. In editione tom. II. pagina 376.

Fol. 152. *Ejuſdem homilia in illud*: Si poſſibile eſt, tranſeat calix. Incipit: ᾠδὴν ἀπέοικασιν οἱ τ ἐκκλησίας διδάσκαλοι &c. Inter ſpurias tomo X. pagina 806.

Fol. 160. *pag.* 2. GEORGII *Epiſcopi Nicomedienſis in Deiparam Virginem cruci, & ſepulchro adſtantem*. Incipit: πρὸς ὑψηλοτάτῳ ἡμῖν ἀναδραμῶν ὁ λόγος &c. Græce, & Latine tomo I. *Auctarii Novi Combefiſiani* pag. 1136.

Fol. 199. *pag.* 2. EPIPHANII *Cyprii ſermo in Jeſu ſepulturam*, cujus initium: τί τῦτο σήμερον σιγὴ πολλὴ ἐν τῇ γῇ &c. In edit. tom. II. pag. 159.

Fol. 223. *pagina* 2. GREGORII *Epiſcopi Antiocheni ſermo in idem argumentum*, cujus initium: ἐπαινετὸς ὄντως τῆς ἐκκλησίας ὁ νόμος &c. Edidit Combefiſius tomo I. *Auctarii Novi* pag. 827.

Fol. 240. *pag.* 2. *S.* ATHANASII *ſermo in ſanctum Paſcha*, cujus initium: εἰ ταῖς τ ἀγγέλων ἐννῆν πρὸς τὸ παρὸν &c. In edit. tom. II. pag. 455.

Fol. 247. *pagina* 2. *Ejuſdem homilia in Novam Dominicam*, cujus initium: Κύριος ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν ὅλῳ τ ἀνθρώπων τ ζωῇ &c.

Fol. 256. JOHANNIS CHRYSOSTOMI *homilia in mediam Pentecoſten*, cujus initium: ὅπυ δ' ἂν ὁ δεσπότης Χριστὸς ὡς σηγὴ ζωῆς &c. Inter ſpurias tom. X. pag. 795.

Fol. 260. *pag.* 2. LEONTII *Preſbyteri Conſtantinopolitani homilia in idem argumentum*, cujus initium: τοῖς φιλῶσι τὸν κύριον ἑορτὴς ἡ λείπει καιρὸς &c. Edita a Combefiſio tomo I. *Auctarii Novi* pag. 719.

Fol. 276. *pagina* 2. *S.* ATHANASII *ſermo in Aſſumptionem* JESU CHRISTI, cujus initium: ἡ μὲν τ ἀναστάσεως μνήμη &c. In edit. tom. III. pag. 551.

Fol. 285. CHRYSOSTOMI *homilia in Sanctam Pentecoſten*, cujus initium: μεγάλα ἀγαθητοὶ καὶ πάντα λόγον &c. In edit. tom. II. pag. 468.

Fol. 296. *pag.* 2. *Ejuſdem encomium omnium ſanctorum*. Incipit: ἐξ ἧς τλῶ ἱερὰν πανήγυριν τῆς Πεντηκοστῆς. In edit. tom. II. pag. 711.

Fol. 308. *Vita, & mores Sancti* ALEXII. Incipit: ἐγένετο ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀνήρ τις ὀνόματι Εὐφημιανὸς &c. Latine apud *Surium* die XVII. *Julii*.

Fol. 319. *pagina* 2. *Perbrevis expoſitio Threnorum* JEREMIÆ, carens titulo, & autoris nomine. Incipit: ἐγένετο ὅτε αἰχμαλωτίσθησαν οἱ Ἰσραὴλ ὑπὸ τῦ βασιλέως Ναβυχοδονόσωρ.

Fol. 332. ARCHIPPI *Eremitæ, ac Proſmonarii, ſive cuſtodis templi Chonitani narratio apparitionis Sancti Michaelis Archangeli*. Incipit: ἡ ἀρχὴ τῶν ἰαμάτων καὶ χαεισμάτων τ δοθέντων ἡμῖν &c. Habetur MS. etiam in catalogo *Bibliothecæ Vindobonenſis* parte I. pagina 204.

Fol. 346. *Sancti* ANTONII *vita a Divo* ATHANASIO *ſcripta ad monachos in peregrina regione verſantes*. Incipit: ἀγαθὼ ἄμιλλαν ἀνεςήσασθε πρὸς τὰς ἐν Αἰγύπτῳ &c.

CODEX CXVI. *c.* V. 7.

Chartaceus, ſæculi XVI. conſtans foliis 442. in quo Sanctorum Patrum ſer-

Digitized by Google

ſermones varii, nec non Sanctorum vitæ *Januario* menſe occurrentes, quorum omnium copioſus index præmittitur.

Die I. *Januarii*.

Fol. 1. *Sancti* GREGORII NAZIANZENI *Epitaphium Sancti Baſilii*, in edit. oratio XX. Incipit. ἔμελλεν ἄρα πολλὰς ἡμῖν ὑποθήσεις &c. Subijcitur ad calcem expoſitio hiſtoriarum, quarum fit mentio in oratione.

Fol. 30. *pagina* 2. *Sancti* AMPHILOCHII *Iconienſis Epiſcopi ſermo in vitam, & mortem ejuſdem* Baſilii. Incipit: ἀγαπητοὶ ἀκ ἦν ἀπεικὸς ἀγνώμονας ὑμᾶς &c. Habetur Græce, & Latine in *Amphilochio* Combefiſii pag. 155.

Fol. 36. Θαύματα τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείϐ. Θαῦμα περὶ τῦ πλανηθέντος παιδός. *Miracula Sancti Patris noſtri* BASILII. *Miraculum de puero in errore verſante*, cujus initium: Ἑλλάδιος ὁ ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ αὐτόστης. &c. Hoc expleto tria alia adduntur miracula ab eodem patrata.

Fol. 42. *pag.* 2. BASILII *homilia in ſanctum baptiſma*, cujus initium: ὁ μὲν σοφὸς Σολομῶν τ κατὰ τ βίον πραγμάτων &c. In editione tom. II. pag. 113.

Fol. 48. *Sancti* JOHANNIS CHRYSOSTOMI *homilia in occurſum Domini, & de Simeone*. Incipit: ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησῦς Χριςὸς &c. Inter ſpurias tom. II. pag. 812.

Die II.

Fol. 51. *Vita, & mores Sancti* SILVESTRI *Papæ*, cujus initium: Εὐσέβιος ὁ τῦ Παμφύλϐ, τ ἐκκλησιαςικῶ συγγραφῶν ἱςορίαν &c. Græce ex MSS. *Mediceo*, & *Mazariniano* cum Latina interpretatione, ſuiſque adnotationibus edidit Combefiſius in *Lectis martyrum triumphis*.

Die III.

Fol. 65. *pagina* 2. *Vita, & martyrium Sancti, & glorioſi martyris* ZOSIMI, *qui paſſus eſt in Cilicia*. Incipit: κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἤρχομένϐ Δομητιανῦ κόμητος τ θείων θησαυρῶν &c.

Fol. 67. *pag.* 2. *Sancti* BASILII *encomium Gordii mārtyris*. Incipit. νόμος ἐςὶ φύσεως ταῖς μελλούσαις μὴ ἀπαίρειν &c. In edit. tom. II. pagina 141.

Die IV.

Fol. 72. *pagina* 2. *Martyrium Sancti, & glorioſi martyris* THEAGENIS. Incipit: πολλῶν κ μεγάλων μαρτύρων ἐκνικησάντων τὸν τῦ πονηρῦ & ἀντικειμένϐ ἐνεργείαν &c.

Fol. 75. CHRYSOSTOMI *homilia in illud*: Dominus regnavit, exultet terra &c. Incipit: πάλιν ἡμῖν ἡ τῦ μακαρίϐ Δαβὶδ πνευματικὴ κιθάρα &c. In editione tom. V. pag. 610.

Die V.

Fol. 82. *pagina* 2. *Vita, & mores Sancti* PAULLI THEBANI *primi eremitæ*. Incipit: ἐν πολλοῖς πατράσι πολλάκις πρῶτον οἰκεῖσθαι ἡ ἔρημος ἤρξατο κ τινες μὲν τῶν ἀρχαιοτέρων πατρῶν μνημονεύοντες ἐκ τῦ μακαρίϐ Ἠλίϐ &c.

Fol. 86. *pag.* 2. *Martyrium Sancti* THEOPOMPI, cujus initium: ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῦ διωγμῦ Διοκλητιανὸς ὁ βασιλεὺς κατεσκεύασεν ἑαυτῷ εἰδώλα &c.

Fol. 96. *Divi* CHRYSOSTOMI *homilia ad populum Antiochenum*, cujus initium: πάντες ὑμεῖς ἐνθυμίᾳ τήμερον. ἐγὼ δὲ &c. In editione tom. II. pag. 366.

Die VI.

Fol. 102. GREGORII NAZIANZENI *oratio in ſancta lumina*, in editione XXXIX. cujus initium: πάλιν ὁ Ἰησῦς ὁ ἐμὸς κ πάλιν μυςήριον &c. In fine habetur iſagoge, ſeu expoſitio hiſtoriarum, quæ in oratione continentur.

Fol. 111. *Ejuſdem oratio in ſanctum baptiſma*, in editione XL. Incipit: χθὲς τῇ λαμπρᾷ τῶν φώτων ἡμέρᾳ &c.

Fol. 126. *pag.* 2. *Divi* CHRYSOSTOMI *homilia in ſancta Theophania*, cujus initium: ἄνδρες φιλόχριςοι κ φιλάδελφοι φιλόξενοι &c. Omiſſa in poſtrema editione, tamquam ſpuria: citatur tamen in indice tom. XIV. pagina 297. ſub nomine GREGORII THAUMATURGI.

Fol. 129. *pag.* 2. CHRYSOSTOMI *homilia altera in idem argumentum*, cujus initium: ἡ πηγὴ τ ἀγγελικῶν διδαγμάτων &c. In editione tom. II. pag. 809.

Digitized by Google

Fol. 131. *pag.* 2. *Divi* BASILII *homilia in ſanctum baptiſma*, eadem, quæ ſupra fol. 42.

Fol. 137. *pagina* 2. GREGORII *Preſbyteri Antiocheni ſermo in illud*: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui &c. Incipit: ἄνδρες ἀγαπητοὶ εἰ βέλεσθε τ̃ παρελκῆς πάλιν ἐξ ὑραν̃ ἀκύσωμεν φωνῆς &c.

Fol. 140. *Martyrium Sancti, & glorioſi magni martyris* POLYEUCTI, cujus initium: νῦν ὡς ἔοικεν · ἡ χάρις τ̃ Θε͂ πλησία ὖσα ἔδωκε τὴ τ̃ πράξεων τ̃ ἁγίυ μάρτυρος Πολυεύκτυ &c.

Die X.

Fol. 145. *Sancti* GREGORII NAZIANZENI *oratio ad Gregorium Epiſcopum Nyſſenum Baſilii fratrem, qui poſt ejus ordinationem advenerat*, in edit. numero VI. Incipit: φίλυ πίσ̃ ὐκ ἐσιν ἀνταλλαγμα &c.

Fol. 147. *Vita, & mores Sancti Patris noſtri* MARCIANI *preſbyteri, & æconomi Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*. Incipit: εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τ̃ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησ̃ Χριστ̃ ὁ διὰ τῆς χάριτος καὶ δωρεᾶς τ̃ ἁγίυ Πνεύματος αὐτ̃ &c.

Die XI.

Fol. 155. *Vita, & mores Sancti Patris* THEODOSII *Cœnobiarchæ, & Archimandritæ*. Incipit: ἤδιστον μὲν ἐὰρ ἐν ὥραις . κάλλιστος δὲ ἐν ἀσράσι ἥλιος, ἄριστος δὲ καὶ ἐν βίοις ὁ τ̃ μεγάλυ βίος Θεοδοσίυ &c.

Die XII.

Fol. 180. *Vita, & martyrium Sanctæ* TATIANÆ *Romanæ*. Incipit. Βασιλεύοντος μὲν πρόπαντων τῆς οἰκυμένης τ̃ Κυρίυ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησ̃ Χριστ̃ στρατηχ̃ντος δὲ καὶ ἀντικειμένυ κατὰ τ̃ δόλων τ̃ Χριστ̃ τ̃ Διαβόλυ ἐπὶ βασιλέως Ἀλεξάνδρυ &c.

Die XIII.

Fol. 191. *Martyrium Sanctorum Martyrum* HERMYLLI, & STRATONICI, cujus initium: Λικινίυ ποτὲ βασιλεύοντος καὶ μανικῶς κεχρημένυ κατὰ τῶν τ̃ Χριστ̃ δούλων &c. Latine apud *Surium* die XIII. *Januarii*.

Die XIV.

Fol. 195. Διήγησις Εὐμενίλυ μοναχ̃ περὶ τῶν βαρβάρων τῶν ἀναιρεθέντων τῶν ἁγίων πατέρων ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει καὶ ἐν τῇ Ραιθ̃.

EMMONILI *monachi hiſtoria Barbarorum, qui interfecerunt Sanctos Patres in Monte Sina, & Raithu*. Incipit: ἐγένετό μοι ποτὲ καθεζομένῳ ἐν τῷ κελλίῳ μυ πλησίον Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν καλούμενον Κάνοπον λογισμὸς ἀποδημῆσαι &c.

Exſtat Græce, & Latine cum adnotationibus in Combefiſii *triumphis ſelectis martyrum* pag. 88. Allatius autem in *diatriba de Simeonum ſcriptis* pagina 88. autorem vocat *Ammonium Monachum*.

Die XV.

Fol. 202. *pagina* 2. *Vita, & mores Sancti* JOHANNIS CALYBITÆ. Incipit: βίον καλὸν καὶ ἐνάρετον καὶ ἀμόλυντον ἀνδρὸς δικαίυ καὶ πλείυς βούλομαι διηγήσασθαι &c.

Habetur Latine apud *Surium* die XV. *Januarii* ſub METAPHRASTÆ nomine. Fabricius autem tom. IX. pag. 101. incertum eſſe dicit autorem, utpote qui ſe *Johannis* ſynchronum profiteatur.

Die XVI.

Fol. 207. *pagina* 2. *Hypomnema in venerationem Catenæ Sancti Petri Apoſtoli*. Incipit: ὅσοι τῷ τ̃ κορυφαίυ τῶν ἀποσόλων θείῳ ἔρωτι γενόμενοι &c. Autor eſt incertus. Latine apud *Surium* die I. *Auguſti* ſub CHRYSOSTOMI nomine.

Die XVII.

Fol. 216. *pagina* 2. *Vita, & mores Sancti Antonii ſcripta a Sancto* ATHANASIO. Incipit: ἀγαθῷ ἄμιλλαν ἀνεςήσασθαι πρὸς τὺς ἐν Αἰγύπτῳ μοναχύς &c. In edit. tomo I. pag. 795.

Die XVIII.

Fol. 242. *Vita, & mores Sancti* ATHANASII, cujus initium: πολλοὶ μὲν τῶν ἁγίων &c. Eadem, quæ in editione ejus operum exhibetur ex *Metaphraſte*.

Die XIX.

Fol. 258. *Vita, & mores Sancti* MACARII *Ægyptii*. Incipit: παρακαλ̃μυ ὑμᾶς ἀδελφοὶ ἡμεῖς οἱ ταπεινοὶ καὶ ἐλάχιστοι Θεόφιλος καὶ Σέργιος &c. Similem affert Fabricius tomo IX. *Bibliothecæ*

Græ-

Digitized by Google

Græcæ pag. 108. ex codice *Barocciano* CXLVII.

Die XX.

Fol. 267. *Vita, & mores Sancti* EUTHYMII. Incipit: ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ λόγος τῦ Θεῦ &c. Scripta dicitur a CYRILLO *Scythopolitano*, exſtatque Græce, & Latine in *Analectis Græcis* editis per *Monachos Benedictinos poſt monumenta* Cotelerii.

Die XXI.

Fol. 297. *Vita, & mores Sancti Patris, & confeſſoris* MAXIMI. Incipit: καὶ πάντων μὲν τῶν κατὰ Θεὸν πολιτευσαμένων ὁ βίος λυσιτελὴς καὶ ὠφέλιμος &c. Græce, & Latine in tomo I. *operum Sancti Maximi* editionis Combefiſii.

Fol. 309. *Martyrium Sancti* NEOPHYTI, cujus initium: Νεόφυτός τις Θεῦ δῦλος καὶ τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ &c. Scriptum *a præſente, & vidente*, ut notavit ex verbis in fine poſitis Allatius in *diatriba de Simeonum ſcriptis* pag. 100.

Die XXII.

Fol. 312. TIMOTHEI *Apoſtoli vita*, cujus initium: Τιμοθέου τὸ μέγαν ἤνεγκε μὲν ἡ Λυκαόνων &c. Latine apud *Surium* die XXII. *Januarii*.

Fol. 316. *Martyrium Sancti* ANASTASII, cujus initium: τῆς μεγάλης πόλεως Ἱεροσολύμων ὑπὸ τῦ Περσῶν βασιλέως Ἀλοίσης &c. Latine apud *Surium* eadem die XXII. *Januarii*.

Die XXIII.

Fol. 328. *Certamen Sancti Martyris* CLEMENTIS ANCYRANI. Incipit: μῦ διακοσιοστὸν καὶ πεντηκοστὸν ἔτος τῆς τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ πρὸς οὐρανῦ ἀναλήψεως &c. Latine apud *Surium* die XXIII. *Januarii*, itidemque apud *Bollandum* tom. II. ejuſdem menſis pag. 470. *editionis Venetæ*.

Die XXIV.

Fol. 351. *Vita, & mores Sanctæ* EUSEBIÆ, *quæ poſtea* XENES *cognomen accepit*. Incipit: ὁ καμὸς καὶ ξένος τῆς Θαυμασίας Ξένης βίος &c. Latine apud *Surium* die XXV *Januarii*.

Die XXV.

Fol. 357. GREGORII NAZIANZENI vita, cujus initium: συγκαλεῖ μὲν ἡμᾶς ὦ ἄνδρες Γρηγόριος ὁ πάνυ &c. Eadem, quæ Græco-Latinis editionibus *Gregorii Nazianzeni* præmittitur.

In noſtro autem codice brevis ab initio eſt præfatio, veluti deprecantis, quæ nomen *Preſbyteri Gregorii*, diſcipuli alterius Nazianzeni præſefert. Incipit: σὲ κῦ τὸν ἐμῶ ἀδιλογῦμεν Χριστέ μυ λόγε Θεῦ μυ φῶς &c.

Fol. 371. *pag.* 2. *Encomium in tranſportatione reliquiarum Sancti* GREGORII. Incipit: πανήγυρις ἱερὰ καὶ ὑπέρλαμπρος ἡ τῦ θαυμασῦ Γρηγορίυ ἐπάνοδος &c.

Fol. 379. *pagina* 2. *Vita, & mores Sancti* XENOPHONTIS *ejuſque filiorum* JOHANNIS, & ARCADII. Incipit: Ξενοφῶν ὁ θαυμάσιος ἦφυ μὲν ἐκ ταύτης τῶν πόλεων ἢ πασῶν τῶν ἄλλων &c.

Die XXVII.

Fol. 389. *Hypomnema hiſtoricum tranſportationis reliquiarum Sancti* JOHANNIS CHRYSOSTOMI. Incipit: ἀλλὰ πῶς ἂν ψυχῆς αἰτίας καὶ μώμων ἡμᾶς ἀπαλλάξει τὸ ἱερὸν &c.

Die XXVIII.

Fol. 397. *Vita, & mores Sancti* EPHREM *Syri*. Incipit: ὅτος ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Ἐφραὶμ ὁ ἐξ ἀνατολῶν Σύρος τῷ γένει &c. Subjicitur poſtmodum ejuſdem *Ephrem* teſtamentum.

Die XXIX.

Fol. 406. *Divi* JOHANNIS CHRYSOSTOMI *encomium Sancti Ignatii Antiocheni Epiſcopi*. Incipit: οἱ πολυπλεῖς καὶ φιλότιμοι &c. In editione tomo II. pag. 592.

Die XXX.

Fol. 412. *Hypomnema Sanctorum Patrum* BASILII MAGNI, GREGORII THEOLOGI, & JOHANNIS CHRYSOSTOMI. Incipit: τύτων ὁ μὲν πολὺς καὶ μέγας Βασίλειος ἀρχιεπίσκοπος γέγονε Καισαρείας Καππαδοκίας &c.

Fol. 413. *pag.* 2. JOHANNIS EUCHAITÆ *encomium eorumdem Patrum*. Incipit: πάλιν Ἰωάννης ὁ τὴν γλῶτταν χρυσῦς καὶ πάλιν ἡμῖν ἐπιφανὴς ἑορτὴ &c.

Fol.

Digitized by Google

Fol. 423. *Martyrium Sanctorum* CYRIACI, HIPPOLYTI, MAXIMI, CHRYSÆ, & *reliquorum*. Incipit: ἐν ταῖς ἡμέραις Κλαυδίου τοῦ Παρανόμου βασιλέως παρόντος Βικαρίου Οὐλπίου Ῥωμύλλου &c.

Die XXXI.

Fol. 427. *Vita*, & *martyrium Sanctorum martyrum* CYRI, & JOHANNIS. Incipit: ὁ θεαρχικὸς ἡμῖν λόγος ἡ ὄντως ἀλήθεια Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐν εὐαγγελίοις &c.

Fol. 431. *pag.* 2. Subditur narratio miraculorum, quæ ab iisdem Sanctis patrata sunt. Initium est: δίκαιον οἶμαι τῶν θαυμάτων ἀρχόμενος διηγήσεως πρῶτα τὰ οἰκεῖα φράσαι &c.

CODEX CXVII. *c.* V. 8.

Chartaceus, sæculi XVI. folia habens 41. Continet sequentia opuscula.

Fol. 1. Λειτουργία μεταγλωττηθεῖσα ἀπὸ Λατινικοῦ εἰς Ρωμαικόν, sive, ut est apud Fabricium, ἀπὸ Λατινικῆς διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλληνικὴν, παρὰ Κυρίου Μανουὴλ τοῦ χρυσολωρᾶ. *Missa e Latino in Græcum translata sermonem a Domino* EMMANUELE CHRYSOLORA. Incipit: ὁ μέλλων ἱερουργήσειν ἱερεὺς ἔνδυς τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα καὶ ἐλθὼν ἀπὸ τῶν ἐμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου λεγέτω &c. Idem omnino initium, quod affert Fabricius tomo X. pagina 700. ex codice LXXV. *Bibliothecæ Barberinæ*.

Fol. 7. Excerpta quædam ad usum privati alicujus hominis. Sermo inprimis fit de *Origenis* erroribus: deinde sequuntur nonnulla exscripta ex *Photii Bibliotheca*, ex numeris scilicet CCXXIV. ubi de *Memnone*, CCXXXI. ubi de *Sophronii Hierosolymitæ epistola synodica*, CCXXXII. ubi *de Stephani Gobari Tritheitæ libro*, LIX. ubi *de Synodo contra Johanneni* CHRYSOSTOMUM.

Fol. 20. Exemplum *Chrysobullæ*, seu *diplomatis* JOHANNIS ALEXII *Comneni* Trapezi Imperium tenentis circa finem sæculi XIV. ad firmandum societatis fœdus cum Venetis initum, & stabilienda commercii jura. Cum vero nullam a Venetarum rerum scriptoribus illius mentionem factam reperire nobis contigerit, integrum subjicere placuit, non modicæ sane futurum utilitati, tum ad rationem penitus intelligendam, qua hujusmodi chartæ id temporis conficerentur, tum ad illustrandam Venetorum historiam, nec non Græcorum Imperatorum, qui post captam Latinis Constantinopolim Trapezi quoddam imperii genus exercuerunt usque ad annum 1460.

Πᾶσιν οἷς τὸ παρὸν ἡμῶν σύσεβές ἐπιδεικνυται σιγίλλιον.

Ὁ ἀοίδιμος ἐκεῖνος καὶ ἐν βασιλεῦσιν ὡς ἀληθῶς τελσμακάριος ὁ πρὸς πατρὸς πάππος τῆς βασιλείας μου κύριος Ἀλέξιος ὁ Μέγας Κομνηνὸς καλῶς ποιῶν καὶ βασιλικῶς, ὁ παρὰ πολλοὺς ἁπλῶς εἰπεῖν τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, ἀξιομνημόνευτος. καὶ τῷ μακρὰν καὶ ἐγγὺς τὴν δύνοιαν φιλικὴν εἶχε μαίων· αὐτοκρατορικὴν ἐφελκύσαι χρυσοβύλλου ὑδὲ τινὼ δύδαίμονα παρέδραμε Βενετίαν, ἀλλ' ἔτι τῆς ζωῆς σωτατόμβυος ὢν, καὶ τὰ βασιλικὰ διαθυώων σκῆπτρα, χρυσόβυλλον ἐκείνου λόγον τῷ μεγαλεπιφανεστάτῳ Δυκὶ Βενετίας κυρίῳ Ἰωάννι τῷ Σαμωράντῃ ἐκείνῳ ἐξέπεμψεν διὰ τοῦ τινικαῦτα ἀπεσταλμένου ἐκ Βενετίας ἀποκρισιαρίου τοῦ δυγενοῦς κυρίου Μιχαὴλ τοῦ Παντολέοντος ἐπὶ φιλικῇ ἑνώσει καὶ δεξιότητι, καὶ συμβιβασμάτων κατασάσει καὶ περιλήψει, κατὰ ἣ χρυσοβυλλικὴ ἐκείνου κεφαλαιωδῶς ἐπεγκελεύετο πρόσταξις. γενναμένη ἐν μηνὶ Ἰουλίου. ἰνδ. β. τοῦ ͵ϛωκζ ἔτους. ἧς τὸ ἴσον ἐν τοῖς βασιλικοῖς κατασίχοις τῆς βασιλείας μου ἐγγέγραπται. ἐπειδὴ τῶν καὶ ἐλίκων ἀνωμαλία καὶ τὸ μακρὰ τοῦ καιροῦ, τότε χρυσόβυλλον ἐκεῖνο διέφθαρτο ἐξ ἡ ἐκ Τραπεζοῦντος τῶν Βενετίκων κατέπαυσεν ἔλασις, τρόπον ὃν ἴσασιν οἱ πολλοί, διὰ φροντίδος ὅτι πολλῆς ὅσα ἡ βασιλεία μου ἀπέδεχετο καὶ ἄυθις τούτοις κατιδεῖν ἐνταυθοῖ καὶ τῆς ἐκ τούτων ἀπολαμβάνειν δύνοίας καὶ φιλικῆς ἀγάπης καὶ δεξιώσεως. καὶ δὴ τοιοῦτο τρόπως ἐχόντων τῶν χρυσοβύλλων, κατέλαβε τῶν ὧδε ὁ δυγενὴς ἄρχων καὶ ἀποκείσαρος Συργυλιάρμος Μιχέλης ἀποσταλεὶς παρὰ τοῦ πανδυγενοῦς καὶ μεγαλεπιφανεστάτου Δυκὸς Βενετίας, κυρίου Λαυρεντίου τοῦ Ζίλση, καὶ παρὰ τοῦ δυγενοῦς Μπαΐλου Κωνσταντινουπόλεως, κυρίου Ἀνδρέου Κυρῆ, καὶ τῶν

τῶν αὐτῦ δ᾽γενικῶν ἀρχόντων καὶ βυλευτῶν, καὶ ἀνεζήτησαν τὸ ἀναδοχεῖ καὶ ἀγάπῳ, καὶ δ᾽νοιαν τῆς βασιλείας μυ, ᾗ ἵνα ποιήσονται, καὶ πάλιν ἔστι ἐνταῦθα τῇ δ᾽δαίμονι δὲ θεοφιλάκτῳ πόλει Τραπεζῦντος, τ᾽ σκάλαν αὐτῶν· κατὰ καὶ οἱ Γενυῖται. τὸ δ᾽σποσολεῖ καὶ τοιῦτον αὐτῶν δ᾽σπελισιάριον, καὶ τὰ μλυυθέντα ζητήματα ἀσμένως πάντη δὲ χαροπῶς ἡ βασιλεία μυ προσδεξαμένη, τὸν παρόντα ταύτης χρυσόβυλλον λόγον αὐτοῖς ἐπαρέγεται. δι᾽ ἃ δὲ ὀφείλυσι τὸ δ᾽σπο᾽ τῦ δὲ ὡς ὀξ ὁρισμῦ τῆς βασιλείας μυ, οἱ τοιῦτοι δ᾽γενεῖς ἄνδρες καὶ δῦλοι πιστοὶ τῆς δ᾽δαίμονος Βενετίας, δ᾽σπο᾽ μεγάλων ὡς μικρῶν πάσης καὶ παντοίας ἀναδοχῆς καὶ δ᾽νοίας δ᾽σπολάβωσι δ᾽σπο᾽ τῆς βασιλείας μυ, δὲ ὑπάγωσι καὶ ἔρχονται ἐνταῦθα καὶ ἐν ὅλῃ τῇ χώρᾳ ταύτης θαῤῥοῦντως πάντη καὶ προσλωῶς. ἔτι δὲ ἀκολύθως καὶ ἀπαρεμποδίσως, διαφυλαττόμενοι ἐν ὅλῃ τῇ χώρᾳ τ᾽ βασιλείας μυ, καὶ τοῖς κάστροις αὐτῆς. ἔτι δέ ταῖς πολιτείαις δὲ τοῖς σωμάθεσι λιμέσιν, ἀνεμπόχλητοι, ἀκαταδωμάστοι, δὲ ἄφοβοι δ᾽σπό τε τῆς βασιλείας μυ τῶν ἀρχόντων καὶ κεφαλίδων μυ, τῶν κατέργων, καραβίων καὶ ἑτέρων τοιούτων ξύλων μυ. ἤγυν καὶ αὐτοὶ καὶ τὸ προσὸν αὐτοῖς διάφορον, καὶ παντοῖον πρᾶγμα, τὰ κάτεργα, τὰ καράβια, καὶ τοιαῦτα αὐτῶν ἕτερα ξύλα, δὲ διὰ ξηρᾶς καὶ διὰ θαλάσσης. καὶ ἐκθειάζωσι τὰς δοκύσας καὶ νενομισμένας αὐτοῖς σωμάθεις πραγματείας, κατὰ τ᾽ δοκῦντα δὲ νομιζόμυον αὐτοῖς καὶ οἷον δή τινα τρόπον καὶ ἐπὶ τῇ δ᾽σποδώσει τῦ σωμάθυς κομερκίυ. Ἐπειδὴ παρεκλήτθσαν τὸ βασιλείαν μυ ᾗ τὸ πᾶν τῆς γνώμης αὐτῶν εἰς ταύτὸ ἀνέθεντο, διὰ τοιῦτο καὶ δι᾽ ὧν ἐνεδείξαντο, καὶ εἰς ἔπειτα μέλλυσιν ἐνδείκνυσθαι δυλοσωμίην ὁλοχερῶς εἰς τὸ βασιλείαν μυ, προσάσει ἡ βασιλεία μυ, ᾗ ἐπεγγελλόεται διὰ τῦ παρόντος χρυσοβύλλυ λόγυ αὐτῆς. ὡς ἂν ἀπεκβάλλυσι καὶ ἔστι τὸ σωμάθες ὡς εἴρηται κομέρκιον ἐνταῦθα, κατὰ τῶν Γενυιτῶν τάξιν τε καὶ σωμάθειαν, καὶ ὅτε πλέαν, ὅτε μεῖον ἔλαττον, ἀνὰ τ᾽ τῦ ζυγίυ ἀπεκβολῆς καθῶς μέλλει ῥηθήσεσθαι κάτωθεν. ἵνα δὲ καὶ κατὰ μέρος τὰ τῆς ἀπεκβολῆς δὲ ἐνανύμως διωρισόμεθα ἔσαι ἔστω. ἐπὶ τῇ ἑλάσει τῶν διὰ θαλάσσης παντοίων γωμαείων, ὅσα μὲν τύτω ᾗ ἐν τοῖς ἔξω μέρεσιν ἀπέρχοντο, ἐν τῇ ἐκβολῇ. ἵνα ποιῶνται τὸ ἀπεκβολεῖ οἱ πραγματευταί, ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστυ γομαείυ, ἄσπρα τ᾽ χαραγῆς τῆς βασιλείας μυ εἴκοσιν. ὅσα δὲ τύτων λύονται καὶ διαπωλῦνται ἐνταῦθα, εἰ μὲν ἡ διαπωλυμένη πραγματεία πέφυκε διὰ ζυγίυ, καὶ πρὸς ἀλλογενὲς πρόσωπον, δὲ μὴ ἐκ Βενετίκης ὄνγε φιλῆς, ἵνα δίδωσιν ὁ διαπωλητὴς εἰς τὰ ἑκατόν, δύο. τεῖα γάρ ὑπῆρχον πρότερον, ἀλλὰ διὰ τὸ τῦ κυμυνίυ Βενετίας τιμεῖ, ᾗ τὸ ἀξίωσιν τῆς τοιύτυ δ᾽σπελισιαρίυ καὶ τῶν Βενετίκων ποιεῖ δωρεὰν ἡ βασιλεία μυ, ἵνα εἰσὶ δύο ὡσαύτως ἵνα δίδωσι ὁ τοιῦτος διαπωλητὴς, καὶ ὑπὲρ ζυγίυ δύο ἢ μῆσον. τῦτ᾽ ἐσιν ἀντὶ τῶν προτέρων πέντε ἢ μῆσον τῆς ζυγίυ νῦν τέσσαρα ἢ μῆσον. καὶ ὁ ἀγοραστὴς, κατὰ τὸ προκειμένου καὶ προτέραν σωμήθη. εἰ δ᾽ ἴσως ὐκ ἐσι διὰ ζυγίυ, ἵνα δίδῃ τεῖα μόνα εἰς τὰ ἑκατόν. ἂν δ᾽ ὅτε πωλῶν ᾗ ὁ ἀγοράζων ὥσι Βενετίκοι καὶ διὰ ζυγίυ, ὁ πωλητὴς δύο ἢ μῆσον, καὶ ὁ ἀγοραστὴς ὁμοίως δύο ἢ μῆσον. εἰ δ᾽ ἄνα ζυγίυ, δὲ ἄμφω τὸ παρὰ πᾶν ὑδὲν. ἔσω δὲ γνῶ, ὅτι τὸ γομάειον τὸ μήτε λυθὲν, ἢ λυθὲν δὲ πρηθὲν, δὲ μὴ διαπωληθὲν, μήτε εἰς ὀξωτίαν δ᾽σπαλὲν, ἀλλ᾽ ὀπίσω μεταγραφὲν ἀκομμέρκαστον διαφυλαχθήσεται. ἔτι δὲ χρυσίον, ἄργυρον, λιθαρομαργαείταρον, ζωναεία δὲ τὰ παραπλήσια, ὡς σωμήθες ἀκομμέρκαστα δὲ ταῦτα σωτηρηθήσονται. πλεῖ δ᾽ ἐν τῇ ἐκβολῇ, τῶν γομαείων, τὰ τύτοις ἀνήκοντα εἴκοσι ἄσπρα, σωμήθως ἀπαιτηθήσονται. καὶ περὶ μὲν τῶν διὰ θαλάσσης ἐρχομένων παντοίων γομαείων, ὡς εἴρηται, ὕτως διαγραχθήσεται. περὶ δὲ τῶν διὰ ξηρᾶς ἐρχομένων ὁμοίως ᾗ αὕθις ὕτω, πλεῖ ἐπὶ τῇ ἐκβολῇ τῶν γομαείων, ἄσπρα δῶδεκα. καὶ ἐπὶ τῇ πωλησίᾳ, εἰς τὰ ἑκατὸν ἓν ἀπαιτηθήσονται. πρὸς τύτοις Βενέτικος διαπωλῶν, ἢ καὶ ἀγοράζων βλαττία, χυλιχάρτια, ᾗ ἕτερα τοιαῦτα παντοῖα εἴδη, πλείσα ἢ ᾗ ὀλίγα εἰς τὰ ἑκατὸν ἓν δ᾽σποτίσειεν. δὲ ταῦτα μὲν ὕτω, κατὰ τὸ τῶν Γενουιτῶν ἔσαι σωμήθειαν. εἰ δ᾽ ἴσως καὶ ὀξ ἀλλοδαπῆς φιλῆς τινος ἕτεροι συνάμα αὐτοῖς ἐνταῦθα καταλάβωσιν, ὰ κατ᾽ αὐτὰς ἔστι κομμερκάθήσονται, ἀλλ᾽ ὡς ξένοι τυχὸν καὶ ἀλλότριον. τὸ δὲ τοιούτῳ δυλείαν τῦ κομμερκίυ, ἡ βασιλεία μυ, δὲ

τὸ

τὸ θεοφρούρητον αὐτῆς βεσιάριον καθέζει πάντοτε. ἐ πρὸς ἀλλότριον ὐκ ἐκδώσει πρόσωπον. εἰ μὴ πῶγε πρὸς αὐτὸς δὴ τὸς Βενετίκους, ὁπλωίκα δὴ συμβιβασθέντες θελήσωσιν. ἔτι ἐπεγκελάδεταὶ ἡ βασιλεία μυ, ἔχειν τύτυς ἴδιον ζύγιον ἐ πεκελικόν, ἔτι δὲ ασήθα μλὼ ϗ ταλαλαίυς ἐκ τ προσγένυς, καταὶ δὴ ἐ οἱ Γενουίται κέκτηνται. ἐπειδὲ ϗ τόπον εἰς διανάπαυσιν ὕτοι τύτων παρὰ τ βασιλείας μυ ᾐξησάντο, ἡγησαμένη ἐ τῦτο δέον αὐτοῖς, διορίζεται διὰ τῦ παφόντος χρυσοβύλλυ λόγυ πρὸς αὐτὸς, ὡς ἂν ἔχωσι ϗμὴ νέμωνται ἐλαθερείαν ϗμὴ ἀκαταζήτητον πάντη, χάριτα ἐ δωρεὰν παρὰ τῆς βασιλείας μυ, τ τοποθεσίαν τ ὅσαν ἐ διακειμένλω κάτωθεν τῆς μονῆς τῦ ἁγίυ μεγαλομάρτυρος ἐ σεβασῦ Θεοδώρυ τῦ Γαβρᾶ. ἥτις δὴ τοποθεσία περιωρισθεῖσα μεμετρημένη τοιαύτην ἔχει διατύπωσιν. ἄρχεται ἀπο τλὼ ἔξοδον ἐκ τῆς ἀκρογωνίας τῦ χαμαιτέγυ οἰκήματος, ἐ ἀπέρχεται κατὰ ἀνατολὰς τλὼ ὁδὸν τῦ ἁγίυ Χερσοφόρυ, ϗμὴ τῦ ἁγίυ Νικήτυ ἑὼς εἰς ἄλλω γωνίαν οἰκήματος, ἔνθα ἐσὶν ἑτέρα ὁδὸς, ϗ καπέρχεται κατὰ θάλατταν τλὼ αὐτλὼ ὁδὸν πρὸς τλὼ Λατινικλὼ ἐκκλησίαν. εἶτα κυκλοειδῶς ὁδεύει πρὸς δύσιν, ἕως εἰς τλὼ . . . . . ϗ τῦ ἁγίυ Χερσοφόρυ, ἐ ἀναδραμῦσα ἀποδίδωσι ὅθεν ἤρξατο, ϗμὴ γίνεται ὐργιῶν βασιλεικῶν δέκα, χειροσηθάμων ἑγδοήκοντα πέντε. τὰς τοιαύτας δηλονότι ὁδὰς ἀκαταδυλώτας φυλάττυσα γύρωθεν. ὥσπερ εἰσὶ νῦν. τῦ δε ναῦ τῦ ἁγίυ Χερσοφόρυ, ϗμὴ τῦ ἁγίυ Νικήτα, πρωσάσομλυ εἶναι ἀκαταδυλώτυς, ϗ ἔξω τῦ τοιύτυ περιορισμῦ. ὁ μὲν ἅγιος Χερσοφόρος ἵνα ἔχῃ ἀπὸ δύσεως εἰς νομλὼ αὐτῦ, τλὼ ἐκεῖσε πηγλὼ. ἀπὸ δ' ἀνατολῆς, ὐργίαν μίαν. ὁ δὲ ἅγιος Νικήτας, ἀπὸ μὲν δύσεως τλὼ γωνίαν, τῦ φωτόπλυ. ἀπὸ δὲ ἀνατολῆς ὐργίας δύο. εἰς γῆν τλὼ τυπωθέντα τοῖς τοιύτοις Βενετίκοις περίοδον, ὀφείλυσιν ἀναγεῖραι ἐκκλησίαν, ϗ τάξαι φρερίοις ἐν αὐτῇ τρόπον ὃν βύλονται. ἐ ἀνοικοδομῆσαι οἰκήματα παντοῖαν, ἐ λώντζαν σωθῆναι. καὶ ἀναγαγεῖν ἐνταῦθα καὶ Μπάϊλον, εἰς κρίσιν ϗμὴ ἀποκατάστασιν τῶν Βενετίκων, ἔχοντες τὸς σωθῆναι πλατζιαρίυς, ϗ τὰ τύτων ἀρχοντόπυλα ϗμὴ παιδόπυλα, κατὰ τλὼ τῆς ῥωμανίας σωθῆναι, καὶ κατ' ἔλασιν ὁ τοιῦτος Μπάϊλος πολιτεύεται, εἰς ἀποσόβησιν τῦ ἀδίκυ ϗ τῦ δικαίυ. τῦτο γὰρ δὴ ἐ ἡ βασιλεία μυ κατὰ τὸ πρόσηκον ἀσπάζεται, ϗ ἀποδέχεται. ἐπεγκελάδεται δὲ ϗ τῦτο κεφαλαιωδῶς εἰπεῖν ἡ βασιλεία μυ. εἶτ' ἂν κατὰ τὴν μεταξὺ ταύτης, τῦ μεγαλεπιφανεσάτυ Δυκὸς Βενετίας, τῶν ἐκεῖσε βυλλωτῶν, ἐ τῦ ῥηθέντος ἀποκρισιαρίυ, πρεσβάταν φιλικλὼ ἕνωσιν, καὶ διάθησιν, ἔνθα τὸ θεόδωρον ναυσόλημα τῆς βασιλείας μυ, ἐ ἡ τῶν τραπεζύντων καραβόπλια ἐντύχωσι τοῖς κατέργοις καὶ καραβοπλοίμοις τ τοιύτων Βενετίκων, ἔχωσιν ἐν μέσῳ παντοίαν ἐ πᾶσαν εἰρωνικλὼ κατάσασιν ϗ φιλότητα, ἕκασὸν μέρος ἑκάσῳ παραχωρῦντες, τὸ ἀνενόχλητον τε ἐ ἥσυχον. εἰς ἀποθεράπευσιν μὲν τῶν φιλύντων. ἀποτροπλὼ δὲ τῶν μιζύντων ϗ ἀποσόβησιν. ἔτι ἐνταῦθα, ἵνα τηρηθήσονται, ἐ διαφυλαχθήσονται παρὰ τῆς βασιλείας μυ, οἱ τοιῦτοι Βενετίκοι. ἐ πάντα τὰ περὶ αὐτοῖς πράγματα. ἀνενόχλητοι ϗμὴ ἀκαταδυάστοι, ἀπὸ παντ' ἐχθρὸν ϗ ἐναντίον αὐτῶν. ἐ ἡ μὲν σὼ Θεῷ βασιλεία μυ τοιῦτο τρόπως. διὰ τῦ παφόντος χρυσοβύλλυ λόγυ αὐτῆς διορίζεται. ἐ βέβαια δὴ καὶ ἀπαράθραυσα. τὰ δὲ διωρισμένα θεσπίζει διαφυλάττεσθαι μέχρι παντὸς. ὁ δέ γε τολμήζων ἐμποδισμὸν ἐπάξαι, ϗ διενύχλησιν, ὁποῖος ἄρα ϗ εἴη, ὀργλὼ βαρείαν ἐ σφοδράν, ἀγανάκτησιν ϗ ἐπεξέλασιν ὡς ἄπιστος ὑποσήσεται παρὰ τῆς βασιλείας μυ, τῇ ἐμφανείᾳ τῦ παρόντος χρυσοβύλλυ λόγυ τῆς βασιλείας μυ. ἐν ᾧ ϗ τὸ ταύτης δύσεβὲς καὶ θεομισήβλητον κράτος τὰ σωθῆναι σωθῆναι ὑπεσημήνατο κατὰ τὸν παρόντα μάρτιον μῆνα ϗμὴ β. ινδ. τῦ ϛωοβ ἔτυς.

Αλέξιος ἐν Χερσῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς ἐ αὐτοκράτωρ πάσης ἀνατολῆς ἰβήρων, ϗ περατείας. Ὁ μέγας Κομνληνός.

Omnibus pium hoc ſigillum inſpecturis.

Celeberrimus ille ac inter Reges ter beatus ex Patre avus Majeſtatis meæ Dominus Alexius Magnus Comnenus recte ſe gerens, atque Imperatorio modo, ſupra multos, ut ſimpliciter dicam, Reges terræ, memoria dignus, ſiquidem longe, ac prope Imperatoriæ ſuæ amicitiæ deſiderium injicere cupiens, initis commerciis, haud præteriit felicem Venetorum Rempublicam

blicam, ſed adhuc inter vivos degens, & Imperatorium ſceptrum tenens Chryſobullam magno tunc, præclariſſimoque Venetorum Duci Johanni Superantio miſit per miſſum tunc a Venetis Legatum nobilem Dominum Michaelem Pantaleonem amicæ conjunctionis, ac foederis cauſſa, facta pactorum confirmatione, atque acceptatione, ſicuti ſummatim jubebat Chryſobullicum ejus mandatum, factum menſe Julio indictione 2. anno 6827. (Chriſti 1319.) cujus exemplum habetur in rationalibus libris in (a) *Veſtiario Imperii mei. Quoniam igitur & circumvolutionum aſperitate, & temporis longitudine Chryſobulla illa corrupta eſt, & Trapezuntem Venetorum ceſſavit adventus, ſicut pluribus notum eſt, multum idcirco curæ fuit Imperio meo, iis rurſus proſpicere, atque cum iis rurſus amicitiam inire, ſincerumque amorem, & animorum conjunctionem. Cum in hoc ſtatu res eſſent, advenit opportune nobilis Archon, & Legatus Gulielmus Micheli, miſſus a nobiliſſimo, præclariſſimoque Venetorum Duce Domino Laurentio Celſo, & nobili Bajulo* (b) *Conſtantinopolis Domino Andrea Curio, nobilibuſque Archontibus, & Conſiliariis, petiitque receptionem, & amicitiam, ac benevolentiam Imperii mei, ut faciant iterum Veneti ex hac felici, Deoque dilecta civitate Trapezi ſcalam ſuam, ſicuti & Januenſes. Hanc igitur legationem, atque Legatum, & indicatas poſtulationes libenter, ac hilari vultu excipiens Imperium meum præſentem Chryſobullam ipſis præbet, virtute cujus poſſint ſecundum id, quod definitum eſt ab Imperio meo, hi nobiles viri, & fideles ſervi felicis Venetorum Reipublicæ tam in magnis, quam in parvis omnem ubique receptionem, & benevolentiam habere ab Imperio meo, ut hinc abire poſſint, & venire, & in omni hac circum regione confidenter, & amice, & ex conſequenti ſine ullo impedimento incolumes, in cunctis regionibus Imperii mei, & caſtris inſuper, ac civitatibus, & conſuetis portubus nulla moleſtia affecti, nulliuſque potentia oppreſſi, abſque ullo metu tam ex parte Imperii mei, quam Archontum, & Præfectorum meorum, nec non triremium, caraborum, ceterarumque navium, quæ ſub mea ditione ſunt, verſari queant non ſolum ipſi, ſed & ea, quæ cum ipſis, varii generis, omneſque res, triremes, carabi, & ſimilia eorum ligna; terra, marique. Deo autem conſecrabunt conſuetas preces, prout ipſis videbitur, atque exiſtimabunt, convenienti, proprioque modo, quem judicabunt aptiorem ad definitionem conſueti commercii. Quoniam vero Imperium meum rogaverunt, omnemque ſenſum ſuum in hoc contulere, idcirco, & propter illud, quod teſtati ſunt, & deinde profitebuntur, Imperio meo integrum famulandi deſiderium, mandat Imperium meum, & denuntiat virtute præſentis Chryſobullæ, licere omnino ipſis facere conſuetum, ut dicitur, commercium ſecundum Januenſium ordinem, atque conſuetudinem neque plus, neque minus, ſine ulla tributi ſolutione, quemadmodum inferius dicetur. Ut autem ea, quæ ſolvenda ſunt, per partes, & nominatim definiamus, ſit ita. Sarcinarum omnium mari venientium, quot quidem hinc, & in alias partes foras abeunt, ut fiat a curialibus exeundi poteſtas; in exitu pro unaquaque ſarcina ſolvent aſpra* (c) *effigiem meum præferentia viginti: quot autem hìc divenduntur, ſi quidem venditoris res tributo obnoxia fuit, & apud externas gentes, non vero ex amicis Venetis, dabit venditor pro unoquoque centeno bina. Tria enim prius inde proveniebant, ſed propter Venetorum Reipublicæ exiſtimationem, & dignitatem hujus Legati, ceterorumque Venetorum, donum præbet Imperium meum, ita ut duo tantum ſolvantur; ſimiliterque det venditor pro tributo duo cum dimidio: hoc eſt pro quinque cum dimidio, quæ prius ſolvebantur pro tributo, modo quatuor cum dimidio. Emtor vero ſecundum ſcriptam, prioremque conſuetudinem, ſi pariter non ſit ſub tributo, ſolvet tria tantummodo pro quolibet centeno. Si autem tam emtor, quam venditor Veneti ſint, & ſub tributo, venditor duo cum dimidio, & emtor ſimiliter duo cum dimidio ſolvent: ſi autem tributo obnoxii non ſint, ambo nihil omnino. Sin vero notum ſit, quod ſarcina*

Digitized by Google

non ſoluta, aut ſoluta quidem, ſed ſervata, & non vendita, neque foras miſſa, ſed retroceſſerit, extra commercium cuſtodiatur. Inſuper & aurum, argentumque, lapilli pretioſi, cingula, & ſimilia, ut fieri conſuevit, extra commercium & hæc ſerventur. Ceterum in exitu ſarcinarum, provenientia ex ipſis viginti aſpra conſueto more repetantur. Et circa omnes quidem ſarcinas mari advenientes ordo hic ſervetur. Circa eas vero, quæ terra vehuntur, idem rurſus fiat, nimirum in ingreſſu ſarcinarum aſpra duodecim, & in venditione unum pro quolibet centenario repetatur. Ad hæc Venetus quiſque vendens, aut emens conchulas Indicas, κυλιχάρτια, aliaque ſimilia hujus generis, ſive multa, ſive pauca, pro quolibet centenario unum ſolvet. Et hæc quidem ſecundum Januenſium conſuetudinem ſunt. Sin autem alii extraneo quodam fœdere ipſis juncti ſimul hìc deprehendantur, hi non eadem ratione commercium habebunt, ſed tamquam peregrini diverſum, atque fortuitum. Hanc itaque commercii ſervitutem Imperium meum, atque Veſtiarium præſidio Dei fultum ubique retinebit, neque aliis gentibus concedet, niſi quodammodo propter ipſoſmet Venetos, quando paciſci volent. Inſuper jubet Imperium meum, ut habeant ipſi proprium tributum, & peculium, immo & hoſpitium, quæ pauperibus ex ipſis prognatis inſerviant, quemadmodum & habent Januenſes. Quoniam vero & locum, ubi commorari, & quieſcere poſſint, nonnulli eorum ab Imperio meo petierunt, conſiderans locum hunc illis perquam maxime neceſſarium, definit per præſentem Chryſobullam, ut habeant, & fruantur libere omnino, & abſque ulla pecuniæ ſolutione, gratia, & dono Imperii mei, loco exiſtente, ac poſito ſub Monaſterio ſancti magni martyris, & venerandi Theodori Gabræ. Hic autem locus circum undique ex facta menſura hanc formam habet. Incipit ab exitu ex imo anguli humilis domus, & attingit ad Orientem viam Sancti Chriſtophori, & Sancti Nicetæ uſque ad alium angulum domus, ubi eſt alia via, & deſcendit juxta mare per eam viam ad Latinam Eccleſiam, inde circuli forma it ad occaſum uſque ad . . . . & ſancti Chriſtophori, & rediens terminat, unde cæpit, eſtque menſura orgyarum (d) Imperatoriarum decem, & ſpithamarum (e) octoginta quinque. Has nimirum vias, ut ab omni ſervitute immunes forent, in gyrum egit, uti nunc ſunt. Templa autem Sancti Chriſtophori, & Sancti Nicetæ mandamus libera fore, & extra hanc loci definitionem. Sanctus quidem Chriſtophorus ut habeat ab occaſu in poſſeſſionem ſuam poſitum illic fontem, ab ortu autem orgyam unam: Sanctus vero Nicetas ab occaſu quidem angulum τῦ φωτόπλυ, ab oriente autem orgyas duas. In definita igitur Venetis loci periodo extruere debent Eccleſiam, & conſtituere in ipſa fratribus locum, quem volunt, & ædificare habitacula ubique, & Lontzam (f) conſuetam, ibique inſtituere Bajulum ad judicandum, & dirimendas Venetorum lites; habeant itidem conſuetos commerciarios, eorumque Archontes, & pueros ſecundum Romanorum conſuetudinem, quemadmodum ipſemet Bajulus adveniens ſtatuit, ad ſeparationem juſti ab injuſto. Hoc enim Imperium meum, prout decet, amplectitur, & recipit: vult etiam Imperium meum hoc dici Capitaneis. In poſterum igitur propter hanc cum præclariſſimo Venetorum Duce, atque Conſiliariis, dictoque Legato inſtauratam amicitiæ conjunctionem, pactionemque, quum claſſis Imperii mei mihi divinitus data, & Trapezuntinorum carabi, naveſque offendent triremes, carabos, ceteraſque naves Venetorum, pacem omnino invicem, tranquillitatemque, & amicitiam ſervabunt, partem unicuique ſuam concedendo ſine ullo motu, atque perturbatione, ita ut amicorum cura habeatur, depellantur autem, & ſeparentur inimici. Inſuper vero ut ſerventur, atque cuſtodiantur ab Imperio meo ſupradicti Veneti, omneſque eorum res ſine moleſtia, atque violentia ex parte ſuorum hoſtium, atque adverſariorum, Imperium quidem meum, Deo dante, virtute præſentis hujus Chryſobullæ conſtituit modum hunc perpetuo ſervandum, neque ullo tempore infringendum; ſtatuta vero

Digitized by Google

vero mandat ab omnibus ſervari. Qui autem impedimentum, vel moleſtiam afferre præſumſerit, qualiſcumque ille ſit, graviſſimam iram, furoremque, & indignationem, & exilii pœnam tamquam infidelis incurret apud Imperium meum a promulgatione præſentis Chryſobullæ Imperii mei, in qua & hujus religio, & ſumma poteſtas, conſueta conſueto modo ſignificantur. Datum currenti menſe Martio, & Indictione 12. *anni* 6872. (*Chriſti* 1364.)

Alexius in Chriſto Deo fidelis Rex, & Imperator totius Anatoliæ, Iberorum, atque regionis circa Euphratem Magnus Comnenus.

(*a*) *Veſtiarium* proprie dicebatur locus, in quo veſtes ſervabantur, ſed late etiam, ubi Cimelia, atque adeo theſaurus, & pecuniæ. Vide Carolum Dusfrene in *Gloſſ. Med. & Inf. Lat.* tom. 6. pag. 1511.

(*b*) *Bajulus*, Græce Μπαΐυλος, Μπαΐλος, vel Παΐυλος. Ita appellatur *Venetorum* Legatus commerciorum cauſſa miſſus Conſtantinopolim.

(*c*) *Aſpra*, ſive *Aſperos* appellant Græci recentiores monetam minutiorem albam, ſeu argenteam, cum qua Monetarii majorem commutare ſolent. Ita Car. Dusfr. in *Gloſſ. Med. & Inf. Græc* tom. 1. p. 144.

(*d*) *Orgya* menſura eſt conſtans cubitis quatuor, pedibus vero ſex, de qua apud Pollucem lib 2. cap. IV. ita legimus: *εἰ δ' ἀμφω παῖς χειρας ἐκτείνας, ὡς καὶ τὸ στέρνον αὐταῖς συμμετρεῖν, ὀργυιὰ τὸ μετρον. Si vero utraſque extendas manus, ut etiam pectus his commenſuretur, orgya nominatur.* Quid vero ſibi velit *Orgya Imperatoria*, notatum haud invenimus apud varios autores, qui de menſuris ſermonem fecerunt.

(*e*) *Spithama* menſura tripalmaris, digitorum duodecim, eo contenta ſpatio, quod eſt inter pollicem, & & minimum digitum extenſos, uti notat idem Pollux loco citato.

(*f*) *Lontza*, vocabulum Græco-barbarum, in *Gloſſario* Caroli Dusfrene prætermiſſum. Ex verbis tamen, quæ ſequuntur, crediderim eſſe tribunal, ſeu locum definiendis litibus aptum.

Expleta Bulla *fol.* 25. ſequitur tractatus alphabeti ordine diſpoſitus, abſque ullo autoris nomine, in quo nonnullarum plantarum, avium, piſcium, lapidumque genera recenſentur, atque ſingulorum proprietates enarrantur. Initium damus, quod erit etiam ſpeciminis loco.

Στοιχεῖον α.

Ἄμπελος λιθικὴ. ἀετὸς πτιλωτὸν. ἀετίτης λίθος. ἀετὸς ἰχθὺς, ἀλέπιδος.

Ἄμπελος λιθικὴ ἱερωτάτη ἡ φράτη καὶ θαυμαστὴ βοτάνη ἥτις ἐστὶ θεῖον. ἡ λεγομένη βρυωνία. ἀετὸς ἄρσεν βασιλεὺς πτηνῶν πάντων. ἀετίτης λίθος ἔγκυος ὁ κτύπων. ἀετὸς ἰχθὺς ἐστιν, ἀλέπιδος παρόμοιος ἱεράσιν μελανώπερος ἐσυκὼς κατὰ πάντα τρυγόνι &c.

CODEX CXVIII. c. V. 9.

Chartaceus, ſæculi XVI. conſtans foliis 56. ubi *Sancti* Gregorii Nysseni *commentarius in canticum canticorum*. Procœmium incipit his verbis: *ἐπιδεξάμην ὡς φρέσαι τῷ σεμνῷ σου βίῳ &c.* Mutilum eſt opus. Nam vix ſeptem ſunt ſermones.

CODEX CXIX. c. V. 10.

Chartaceus, ſæculi XVI. conſtans foliis 43. ab *Andrea Darmario* conſcriptus, ad quem primum pertinebat, poſtea vero fuit *Gabrielis Severi*, quemadmodum legere eſt fol. 4. Varia complectitur opuſcula generis prorſus diverſi.

Fol. 1. Paucis verbis explicatur, quam ob rationem libri *Pentateuchi* nomina, quibus appellantur, ſortiti ſint, & quomodo Hebræa lingua vocentur, tum quibus Græcis vocabulis menſes numerentur; denique vocum Hebræarum, quæ in libris *Regum* occurrunt, ſubjicitur explicatio.

Fol. 4. Σωδικὸν περιέχον ἐν ἐπιτομῇ ἁπάσας ἀπὸ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων γενομένας ὀρθοδόξους καὶ αἱρετικὰς συνόδους μέχρι τῆς ὀγδόης τῆς ἐπὶ τοῦ Φωτίου καὶ τῆς τοῦ Πάπα Ἰωάννου ἑνώσεως. *Libellus ſynodicus complectens brevi compendio omnes Synodos, tam orthodoxas, quam hæreticas, quæ celebratæ ſunt ab Apoſtolorum tempore uſque ad octavam pro unione Photii, & Papæ Johannis.* Incipit: Σωὸδος θεία καὶ ἱερὰ συναθροισθεῖσα ἐν Ἱεροσολύμοις ὑπὸ τῶν θεοδιδάκτων ἁγίων Ἀποστόλων καὶ μυσταγωγῶν πρεσβυτέρων &c. Exſtat in *Bibliotheca Juris canonici* Voelli, & Juſtelli pag. 166.

Fol. 35. Περὶ τῆς ῥητορικῆς προοιμίων. *De Rhetoricæ prolegomenis.* Eorum autor notatur in margine Johannes Doxopater, qui varia in *Hermogenem*, & *Aphtonium* ſcholia concinnavit in Bibliothecis adhuc latentia. Prolegomena ita incipiunt: *οἱ τὴν ἡμετέραν τέχνην διακοσμήσαντες ῥήτορες εἰς δέκα τινὰ κεφάλαια τὰ τῆς ῥητορικῆς τέχνης διεῖπον πρό-*

Digitized by Google

λεγόμενα. ἔστι δὲ ταῦτα.

Πρῶτον εἰ ἐκ Θεῶν καὶ ἐν θεοῖς ἡ ῥητορικὴ.

Δεύτερον εἰ δὲ ἐν ἥρωσιν ἡ ῥητορικὴ.

Τρίτον πῶς ἐν ἀνθρώποις ἦλθεν ἡ ῥητορικὴ.

Τέταρτον πῶς ἐν Ἀθήναις ἤκμασεν ἡ ῥητορικὴ.

Πέμπτον τίς ὅρος ἐστὶ ῥητορικῆς καὶ τί τὸ τέλος τῆς ῥητορικῆς, καὶ τί τὸ ἔργον τῆς ῥητορικῆς.

Ἕκτον πόσα εἴδη τῆς ῥητορικῆς καὶ εἰ εἴδη ἀλλὰ μὴ μέζη καὶ ἐκ ποίων μέζων προελήλυθεν ἕκαστον. καὶ ποίους χρόνους διεγείμαντο. καὶ ποίους τόπους ἐκληρώσαντο.

Ἕβδομον πόσαι ῥητορικαὶ καὶ οἵαι καὶ ποῖαι σοὶ Θεῷ μεπρχόμεθα.

Ὄγδοον πόσοι τρόποι ῥητορικῶν ἀναγνώσεων.

Ἔνατον πόσαι πολιτεῖαι, καὶ ἐν ποίοις σοὶ Θεῷ πολιτεύόμεθα. καιρὸς ἐπὶ τούτοις.

Δέκατον κεφάλαιον, κατὰ πόσους τρόπους ὁ ῥητὼρ ὀφείλει ἐξηγεῖσθαι τὰ ῥητορικὰ μαθήματα.

Rhetores, qui artem hanc diſtribuere aggreſſi ſunt, in decem quædam capita Rhetoricæ artis prolegomena diſtribuunt. Hæc autem ſunt.

I. Num a Deo, atque in Deo Rhetorica ſit.

II. Num & in heroibus.

III. Quomodo ad homines pervenerit.

IV. Quomodo Athenis adoleverit, atque viguerit.

V. Quæ ſit Rhetorices definitio, quiſve finis, & quodnam proprium hujus facultatis munus.

VI. Quot ſint Rhetoricæ ſpecies, & num ſingulæ ſpecies diverſis mediis inſtructæ ſint, atque ex qualibus itidem mediis ſingulæ procedant, qualibuſve diſtribuantur temporibus, & qualia loca ſortitæ ſint.

VII. Quot Rhetoricæ, qualeſve, & cujus ope Deum adire oporteat.

VIII. Quot ſint Rhetoricarum lectionum modi.

IX. Quot inſtituta, & in quibus Dei adminiſtrationem imitemur. Poſt hæc

X. Caput. *Quot modis debeat Rhetor diſciplinam hanc explanare.*

CODEX CXX. c. V. 11.

Chartaceus, ſæculi XVI. foliis conſtat 108.

Fol. 1. Πλάτωνος Γοργίας ἢ περὶ ῥητορικῆς. PLATONIS *Gorgias*, ſive de *Rhetorica* cum brevibus ſcholiis in margine.

Fol. 29. HELIODORI *Æthiopicorum* libri decem, quibus *Theagenis*, & *Chariteæ* amores narrantur.

Fol. 107. ARISTIDIS *querela de templo Cereris Eleuſine incenſo, atque exuſto.*

CODEX CXXI. c. V. 12.

Chartaceus, ſæculi XVI. habens folia 55. in quo *ſcholia in Aphoriſmos* HIPPOCRATIS abſque ullius autoris nomine, eadem ceteroquin, quæ in codice *b.* V. 13.

CODEX CXXII. c. V. 13.

Chartaceus, ſæculi XVI. foliis conſtat 49. Eſt BOETHII *tractatus de arte dialectica* in Græcam linguam tranſlatus, omiſſo interpretis nomine. Præmittitur paucis verbis vita *Boethii*.

CODEX CXXIII. c. V. 14.

Chartaceus, ſæculi XVI. conſtans foliis 394. in quo SEXTI EMPIRICI octo priores libri adverſus *Mathematicos*.

CODEX CXXIV. c. V. 15.

Chartaceus, ſæculi XV. mutilus fine, cui tamen ſunt adhuc folia 219. Eſt *Sticherarium*, ſeu liber Eccleſiaſticus Græcorum, complectens verſus longiores ab *Hymnographo* compoſitos, per totum annum a menſe *Septembri* canendos, cum notis muſicis.

CODEX CXXV. c. V. 16.

Chartaceus, ſæculi XVI. habens folia 85. cui titulus:

Πάσεις

Digitized by Google

Πάσεις ωροσαχθεῖσαι ἀπὸ Κωνσαντίε, Θεοχαείσε, Ἀνδρέε, Γρηγορίε, Δόμνε, Ἰσιδώρε, Λεοντίε, ἐπὶ σηκρήτε, Καισαρίῳ τῷ ἀδελφῷ Γρηγορίε τῦ ἁγιωτάτε ἐπισκόπε Ναζιανζῦ ὀπλωίκα ἐν Κωνσαντινοπόλει διδάσκειν ἐπὶ ἔτη εἴκοσι. *Quæstiones a Constantio, Theocharisto, Andrea, Gregorio, Domno, Isidoro, Leontio familiariter propositæ Cæsario fratri Gregorii sanctissimi Episcopi Nazianzeni, dum Constantinopoli versaretur docens post annos viginti.* Quæstiones numero sunt CCXIX. Prioris autem initium est: οἱ τὸ μεγάλο καὶ ἀρύχωρον διαπλέοντες θάλασσαν &c.

De autore harum quæstionum multa disputant viri critici, quorum alii eas adscribunt CÆSARIO, autoritate præsertim *Photii*, *Glycæ*, & *MSS. codicum*; alii vero ipsi NAZIANZENO tribuendas existimant ob res iis contentas, easque tractandi modum: qua de re videre est Oudinum tomo I. pagina 542. & Lambecium lib. IV. *commentariorum*.

CODEX CXXVI. *c.* V. 18.

Chartaceus, circa finem sæculi XV. constans foliis 116. Continet XENOPHONTIS *de Cyri junioris expeditione contra Artaxersem fratrem* libros septem.

CODEX CXXVII. *c.* V. 19.

Chartaceus, sæculi XVI. folia habet 68. Sunt in eo analyses Grammaticæ in *Horas* BEATÆ VIRGINIS, quæ Græce redditæ sunt, & Latina interpretatione, fusiorique singularum vocum investigatione explanatæ.

CODEX CXXVIII. *c.* V. 20.

Chartaceus, sæculi XVI. constans foliis 113. in quo sequentia THEMISTII *Philosophi Peripatetici* scripta.

Fol. 1. Paraphrasis librorum primi, & secundi *posteriorum Analyticorum* ARISTOTELIS.

Fol. 37. Paraphrasis librorum primi, & secundi *de anima*.

Fol. 65. Paraphrasis libri de *memoria*, & *reminiscentia*.

Fol. 72. Paraphrasis libri de *somno*, & *vigilia*, *de somniis*, & *divinatione per somnium*.

Fol. 94. *pagina* 2. Paraphrasis libri tertii *de anima*.

Fol. 102. Paraphrasis librorum octavi, & septimi *naturalis auscultationis*; inverso enim ordine positi sunt. Ceterum omnia Græce edita fuerunt a Victore Trincavello *Venetiis* an. 1534.

CODEX CXXIX *c.* V. 21.

Chartaceus, circa finem sæculi XV. constans foliis 321. Continet ARISTOTELIS *organum*, seu scripta logica cum *Porphyrii Isagoge*. Addita sunt in margine commentaria, cum adnotationibus *interlinearibus*. Omnibus vero præit AMMONII HERMEÆ expositio *quinque vocum Porphyrii*.

CODEX CXXX. *c.* V. 22.

Chartaceus, sæculi XV. habens folia 214. initio, & fine mutilus, in quo liber Ecclesiasticus Græcorum cum notis musicis, idem porro, ac codex *c.* V. 15.

CODEX CXXXI. *c.* V. 23.

Chartaceus, sæculi XVI. constans foliis 159. Varia opuscula philosophica complectitur.

Fol. 1. Πρόκλε σοιχείωσις φυσική. PROCLI *elementa physica*, quorum initium: συνεχῆ ἐστιν ὧν τὰ πέρατα ἓν ἀπτόμενά ἐστιν ὧν τὰ πέρατα ἅμα &c.

Inedita existimavit Fabricius loquens de MS. codice *Bavarico* CL. tomo VIII. *Bibliothecæ Græcæ* pag. 531. At Nesselius parte IV. *catalogi Vindobonensis* pag. 121. Græco-Latinam eorum editionem protulit factam a Justo Velsio *Basileæ* anno 1545. sub titulo

Digitized by Google

tulo περὶ κινήσεως, *de motu*.

Fol. 20. Ἑρμείου φιλοσόφου τῶν εἰς τὸ Πλάτωνος Φαίδρου σχολίων. HERMIÆ *Philoſophi ſcholia in Platonis Phædrum*; quæ MSS. adhuc ſervari in multis Bibliothecis, teſtatur Fabricius tom. II. pag. 14. Incipiunt: ὁ Σωκράτης ἐπὶ ἀεργεσίᾳ τῆ τῶν ἀνθρώπων γένους καὶ τῶν ψυχῶν τῶν νέων καταπέμφθη εἰς γένεσιν &c.

Fol. 78. PROCLI *in Parmenidem Platonis commentaria*, quæ latere itidem in pluteis Bibliothecarum, necdum lucem aſpexiſſe, una voce affirmant Neſſelius in *Catalogo Vindobonenſi* parte IV. pag. 6. & Fabricius tom. VIII. pag. 530. *Bibliothecæ Græcæ*. Initium ita ſe habet:

Εὔχομαι τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσας παρακαλῆσαί μου τὸν νοῦν εἰς τὸν προκειμένου θεωρίαν ἐκ φῶς ἐν ἐμοὶ σιλπνὸν τῆς ἀληθείας ἀνάψαντας &c.

Vix tamen primum librum, eumque imperfectum, habemus.

Fol. 132. Excerpta nonnulla ex libris SEXTI EMPIRICI *adverſus Mathematicos*.

CODEX CXXXII. *c.* V. 24.

Chartaceus, ſæculi XVI. foliis conſtans 63. cui titulus

Ἐκ τῶν σχολίων τοῦ φιλοσόφου Πρόκλου εἰς τὸν Κρατύλον Πλάτωνος ἐκλογαὶ χρήσιμοι. *Ex ſcholiis philoſophi* PROCLI *in Cratylum Platonis eclogæ perutiles*, ſub diſtinctis numeris CLXXXV. deſcriptæ, quarum initium: ὁ σκοπὸς τοῦ Κρατύλου τὸν ἐν ἐχάτοις ἐπιδεῖξαι τὸν ψυχῶν γόνιμον ἐνέργειαν ἐκ τοῦ ἀφομοιωματικοῦ δυνάμιν, ὧν κατ' ὐσίαν λάχουσα &c.

CODEX CXXXIII. *c.* V. 25.

Chartaceus, ſæculi XV. conſtans foliis 288. in quo iterum liber Eccleſiaſticus Græcorum cum notis muſicis, idem, qui in codice *c.* V. 15. & *c.* V. 22.

CODEX CXXXIV. *c.* V. 26.

Chartaceus, ſæculi XVI. conſtans foliis 237. Continet commentaria ALEXANDRI APHRODISEI in ultimos novem libros *Metaphyſicorum Ariſtotelis*.

Notatu digna ſunt ſcholia in XIII. & XIV. librum, quæ nec Græce, nec Latine adhuc prodierunt, quamvis nonnulli dubitaverint, ut obſervat Fabricius tomo IV. pag. 68. *Bibliothecæ Græcæ*, num ea *Alexandro Aphrodiſeo*, an potius *Alexandro Ægæo*, vel alii cuilibet, aut etiam *Michaeli Epheſio* tribuenda ſint.

CODEX CXXXV *c.* V. 27.

Membranaceus, duplici columna exaratus, cui folia 171. ſæculi XIV. Varios Sanctorum Patrum ſermones, & multorum martyrum acta comprehendit.

Fol. 1. *De Sanctis, ac venerandis imaginibus Dominica prima Sancti jejunii*. Incipit: τοῦ βασιλέως Θεοφίλου κατ' ἐκείνου τοῦ κυροῦ κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ τοῦ αὐτοκρατορικοῦ διέποντα ἀρχὴν &c. Exſtat in tom. II. *Auctarii Combefiſiani* pagina 716. incertuſque eſt illius autor.

Fol. 9. *Sancti* ATHANASII *ſermo aſceticus*, cujus initium. ἀγαπητοὶ προνοήσωμεν τῆς σωτηρίας ἡμῶν ὅτι ὁ καιρὸς &c. Exſtat tom. III. editionis Montfauconii pag. 591. inter *opera ſuppoſititia*.

Fol. 10. *pagina* 2. Κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμμυδου ἑρμηνεία εἰς τὰς ἐπιγραφὰς τῶν ψαλμῶν καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἐρρέθη ἕκαστος. NICEPHORI BLEMMIDÆ *interpretatio titulorum Pſalmorum, & quam ob cauſſam quilibet dictus fuerit*. Hanc *titulorum* interpretationem commentario ſuo in *Pſalmos* forte præmiſerat *Nicephorus*. Incipit: εἰς τὸν πρῶτον ψαλμόν. Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις &c.

Fol. 13. *pagina* 2. Στίχοι ἄρυθμοι πολιτικοὶ εἰς τὸ ψαλτήριον καὶ εἰς τὰς τῶν ψαλμῶν ἐπιγραφὰς καὶ εἰς τὸ διάψαλμα τοῦ ὑπερτιμίου Κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψέλλου. *Ver-*

Digitized by Google

Verſus rithmici politici in Pſalterium, & in Pſalmorum inſcriptiones, & in diapſalma venerabilis Domini MICHAELIS PSELLI. Inter *Anecdota* recenſet Allatius *de Pſellis numero* LXXV. Incipiunt autem hoc modo: οὐκ ἔστι τὸ ψαλτήριον φιλόλογοι βιβλίον ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσιν ἴσως ἐξ ἀμαθίας &c.

Refertur hoc opuſculum etiam in *Bibliotheca Vindobonenſi* parte I. pagina 313. aſt diverſo tantiſper initio, nempe: οὐκ ἔστι τὸ ψαλτήριον δέασοτά μου βιβλίον ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσι πάντως ἐξ ἀγνωσίας &c.

Fol. 17. *Dominica prima jejuniorum epiſtola* GREGORII *Papæ II. Romæ ſcripta ad Leonem Imperatorem de Sanctis, & venerandis imaginibus*, cujus initium: τὰ γράμματα σου τῆς ὑμετέρας θεοφρυήτου βασιλείας &c. Prior dumtaxat epiſtola, eaque imperfecta habetur.

Fol. 19. LEONIS *Imperatoris ſermo in exaltationem Sanctæ Crucis*, cujus initium: πρότερον ἐν ἱερᾷ διαγόντων ἀνθρώπων ἀγαλλιάσει &c. Apud Gretſerum de *Cruce* pag. 184.

Fol. 21. *pagina* 2. διήγησις ὠφέλιμος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας συλλεγεῖσα καὶ ἀνάμνησις δηλοῦσα τῆς παραδόξου γενομένης θαύματος ὑπὲρ λοιπὰ Πέρσαι καὶ Βάρβαροι τὴν βασιλίδα πασῶν πόλεων τὴν Κωνσταντινούπολιν φημὶ περικύκλωσαν. οἱ καὶ ἀπώλοντο θείᾳ δίκῃ περαθέντες. ἡ δὲ πόλις ἀσινὴς σωτηρηθεῖσα παρεσβείᾳ τῆς θεοτόκου ἑπτοπ, ἄδει ἐκκλησιαστήριον ἀκάθιστον τὴν ἡμέραν. καταλαμβάνεται. *Narratio perutilis ex veteribus hiſtoriis collecta, ſeu commemoratio inſignis miraculi patrati, cum a Perſis, & Barbaris Principes civitatum omnium, Conſtantinopolis dico, obſideretur, qui a Deo perculſi perierunt. Ipſa vero civitas illæſa ſervata eſt interceſſione Deiparæ. Singulis annis exinde gratiarum actionem celebrat, diemque* (a) *ἀκάθιστον vocant.* Incipit: ἐν τοῖς χρόνοις Ἡρακλίου τῶν Ῥωμαίων βασιλέως Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν τὸν ἀρχὸν ἔχων ἀπέστειλε Σάρβαραν τὸν αὐτοῦ στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως πολλῆς καὶ βαρείας &c. Eadem eſt hæc narratio, quæ in codice *c.* III. 13. fol. 37. Edita autem fuit a Combefiſio poſt *hiſtoriam Monothelitarum* pag 805.

(a) Ἀκάθιστος nempe dictus eſt dies' propter canonem, qui a populo per totam noctem ſtante ſine ſeſſione canebatur Sabbato in matutinis hebdomadis quintæ jejuniorum ob urbem ter ſervatam ope B. Virginis. Vide Carol. Duſr. tom I. *gloſſ. Med. & Inf. Græc.* pag. 37.

Fol. 28. *pag.* 2. PANTALEONIS *Preſbyteri monaſterii Bizantinorum ſermo in exaltationem Sanctæ Crucis*, cujus initium: πάλιν ὑψοῦται σωρός. πάλιν ἡ κτίσις ἀγάλλεται &c. Apud Gretſerum de *Cruce* pag. 150.

Fol. 32. *Sancti* GERMANI *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani ſermo in Sanctam* DEIPARAM, *quando præſentata eſt in templo*. Incipit: ἰδοὺ καὶ πάλιν ἑτέρα πανήγυρις. ἡ φαιδρὰ ἑορτὴ τῆς μητέρος τοῦ Κυρίου &c. Prodiit primum Græce, & Latine cura, & ſtudio *Pantini* Antuerpiæ 1601, ſæpiuſque deinceps.

Fol. 35. *pag.* 2. *De Sancto* NICOLAO *Myrenſi Metropolita*. Incipit: ἐν τοῖς καιροῖς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἀκαταστασία ἐγένετο ἐν τῇ Φρυγίᾳ &c. De autore dubitat Fabricius, incertumque affirmat tom. IX. pag. 117. *Bibliothecæ Græcæ*.

Fol. 39. *pagina* 2. *Sermo in Nativitatem* MARIÆ VIRGINIS, ſeu *Protoevangelium* tributum JACOBO APOSTOLO. Incipit: ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ Ἰσραὴλ &c. Edidit poſt *Nicandrum* Fabricius in codice *apocrypho Novi Teſtamenti*.

Fol. 46. *Divi* JOHANNIS CHRYSOSTOMI *homilia de tribus pueris in fornace Babylonis*, cujus initium: καιρὸν ὡς ἀληθῶς καὶ μέγιστον ἀσεβείας θέατρον &c. Inter ſpurias tomo VI. pagina 612.

Fol. 51. *pagina* 2. HESYCHII *Preſbyteri Jeroſolymitani homilia dicta in Bethleem, & in Paſtores, & Magos, ipſumque Incarnatum Jeſum Chriſtum*, a nemine uno, quod ſciam, memorata. Incipit: τὸν Βηθλεὲμ ἰδοὺ καὶ γλῶ. τὴν μητέρα τῶν ἑορτῶν ἀσπαζώμεθα &c.

Fol. 53. *Sancti* GREGORII NAZIANZENI *oratio in nativitatem Jeſu Chriſti*, in editis exemplaribus num. XXXVIII. cujus initium: Χριστὸς γέννατα δοξάσατε: Χριστὸς ἐξ οὐρανῶν &c.

Fol. 59. *pagina* 2. *Divi* BASILII *homilia in eamdem Chriſti Nativitatem*.

In-

Digitized by Google

Incipit: Χριστὸς γέννησις ἡ μὲν οἰκεία ἐστὶ ἡ σωτήρ &c. In editione tomo I. pag. 584.

Fol. 63. *pagina* 2. *Encomium Sancti* STEPHANI *Protomartyris*, cujus initium: σέβωμεν ἄνθεσιν ἐγκωμίοις τὸν Στέφανον &c. Inter ſpurias ſub nomine *Divi* CHRYSOSTOMI tom. VIII. pagina 17.

Fol. 71. BASILII SELEUCIENSIS *homilia de infantibus ab Herode occiſis*, cujus initium: πάλιν ὁ γέρων ἐγὼ σπεύδω τὸ τῶν λόγων ἄγομαι σάδιον &c. Separatim edita eſt cum alia ejuſdem argumenti *Heidelbergæ* anno 1598.

Fol. 74. *pag.* 2. *Divi* CHRYSOSTOMI *homilia in circumciſionem Domini, & Simeonem*. Incipit:: ὁ μόνον φορεῖ σάρκα ὁ Κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστὸς &c. Inter ſpurias tom. VIII. pag. 812.

Fol. 77 *pagina* 2. AMPHYLOCHII *Iconienſis Epiſcopi de miraculis Sancti Baſilii Cæſareenſis*. Incipit: περὶ τοῦ Ἑβραίου τοῦ γενομένου χριστιανοῦ· τῆς μέντοι θείας λειτουργείας ἐπιπλήμμυος Ἑβραῖός τις ὡς χριστιανὸν ἑαυτὸν τῷ λαῷ ἐγκατέμιξεν &c.

Fol. 84. *Divi* JOHANNIS CHRYSOSTOMI *homilia in Sancta Theophania*. Incipit: ἡ πηγὴ τῶν εὐαγγελικῶν διδαγμάτων &c. In editione tom. II. pag. 809.

Fol. 86. *pag.* 2. *Sancti* BASILII *Cæſareenſis ſermo exhortatorius ad ſanctum baptiſma*, cujus initium: ὁ μὲν σοφὸς Σολομὼν τὰ κατὰ τὸν βίον πραγμάτων &c. In editione tomo I. pag. 475.

Fol. 93. *pagina* 2. AMPHYLOCHII *Iconienſis ſermo in Hypapantem, ſive occurſum Domini*. Incipit: πολλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων τὴν παρθενίαν θαυμάζουσιν &c. *In Amphylochio* Combefiſii pag. 23.

Fol. 98. *Martyrium Sancti* THEODORI *militibus præfecti*. Incipit: ὥσπερ φαίνει ὁ ἥλιος τοῖς ὁρῶσιν. οὕτος ὁ τῶν μαρτύρων λόγος τοῖς ἀκούουσιν &c. Scriptum ab *Augaro præſente*, ut ex ipſis *Actorum* verbis jampridem adnotavit Allatius in *diatriba de Simeonum ſcriptis* pag. 115. qui loco Augari *Varum* vocat. Latine habetur apud *Surium* die VII. *Februarii*.

Fol. 102. *pagina* 2. *Martyrium Sancti martyris* BLASII, cujus initium: ἡνίκα ὁ καιρὸς τῶν εἰδώλων ἐπεκράτει &c. Latine apud *Surium* die III. *Februarii*.

Fol. 106. *pag.* 2. *Martyrium Sanctorum martyrum Sebaſtenorum*, cujus initium: κατὰ τὸς καιρὸς Λικιννίου τοῦ βασιλέως ἦν Διογμὸς μέγας τῶν χριστιανῶν. οἱ πάντες ἐν Χριστῷ &c. Memorat Fabricius tomo IX. pagina 121. tamquam incerti autoris ex *Bibliotheca Coiſliniana*, & *ex Lambecio*.

Fol. 111. *Divi* JOHANNIS CHRYSOSTOMI *homilia in Annunciationem Beatæ Virginis Mariæ*. Incipit: πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια. πάλιν ἐλαθείας μιμήματα &c. Inter ſpurias tomo II. pagina 797.

Fol. 114. *pagina* 2. ANTIPATRI *Boſtrenſis Epiſcopi homilia in S. Johannem Baptiſtam, ſilentium Zachariæ, & ſalutationem Virginis Mariæ*. Incipit: ἐν γενητοῖς γυναικῶν οὐδένα Ἰωάννου μείζων σωτήριος λόγος ἀπεφήνατο &c. Exſtat Latine tantum in *Bibliotheca concionatoria* Combefiſii tom. VII. pag. 106.

Fol. 118. *pagina* 2. *Acta* PETRI, & PAULLI, *& quomodo Romæ mortem obierunt, incerto autore*, ut notat Fabricius tom. IX. pag. 138. *Bibliothecæ Græcæ*. Incipiunt autem: ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν ἅγιον Παῦλον &c.

Fol. 129. *pag.* 2. THEODORI STUDITÆ *encomium Sancti Bartholomæi*. Incipit: μέγιστος ἀγὼν, προθήσω δ' ὅτι ὁ κλέος &c. Latine in tomo II. *Spicilegii Dacheriani* pag. 124. una cum epiſtola *Anaſtaſii Bibliothecarii*, quæ præmittitur.

Fol. 134. *Vita, & martyrium Sancti* PROCOPII, *& ſociorum ejus*. Incipit: κατ' ἐκείνους τὸς καιρὸς βασιλεύοντος Διοκλητιανοῦ τοῦ τυράννου &c. Idem profecto initium, quod in codice CXXI. *Bibliothecæ Coislinianæ* pag. 196.

Fol. 148. *pagina* 2. *Martyrium Sanctæ* PARASCEVES, cujus initium: ἐγένετό τις ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ ἀσεβεστάτου Ἀσκληπίου ἀνὴρ πάνυ σπουδαῖος &c.

Fol. 150. *Martyrium Sancti* PANTALEEMONIS, cujus initium: βασιλεύοντος τοῦ ἀσεβεστάτου καὶ πονηροτάτου Μαξιμιανοῦ πολλοὶ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι &c. Refertur ab Allatio

Digitized by Google

latio inter germanas METAPHRASTIS vitas in *diatriba de Simeonum ſcriptis* pag. 125.

Fol. 156. *pagina* 2. *Sancti* EPHREM *ſermo de conſummatione, & de adventu Antichriſti, & de ſecundo Chriſti Domini adventu.* Incipit: πῶς ἐγὼ ὁ ἁμαρτωλὸς ὑπάρχων πλημμελημάτων δωνηθείην ἐξειπεῖν τὰ ἐμοὶ ὑπέρογκα. ἀλλ' ἐπειδὴ &c.

Habetur in editione Rom. tom. II. pag. 222. at lectione multum a codice noſtro diſcrepante, ut ex ipſo initio ſatis conſtat; quod in ea hujuſmodi eſt: πῶς ἐγὼ ὁ ἐλάχιστος καὶ ἁμαρτωλὸς Ἐφραὶμ, ἐκ μέσος πλημμελημάτων δωνήσομαι ἐξειπεῖν τὰ ὑπὲρ τ' ἐμὲ δωνάμιν. ἀλλ' ἐπειδὴ &c.

Fol. 164. *Sancti Patris* CHRYSOSTOMI *homilia in protoparentes Adamum, & Evam*, cujus initium: ἠκούσαμεν ἀρτίως ἀγαπητοὶ τ' θείας γραφῆς λεγούσης διὰ Μωσέως. ἐκ ἔλαβεν Ἀδὰμ &c. Non reperitur tamen hoc initium in indice alphabetico *editionis Benedictinorum*, contexto ex primis verbis *homiliarum*.

Fol. 169. TIMOTHEI *Archiepiſcopi Alexandrini de miraculis Sancti* MENÆ *Ægyptii*. Incipit: ἐγένετο μετὰ τὸν πολίτην τ' ἀσεβεσάτου θεοσυγοῦς Διοκλητιανοῦ τ' βασιλέως &c. Latine apud *Surium* die X. *Novembris*.

CODEX CXXXVI. *c.* V. 28.

Chartaceus, ſæculi XVI. habens folia 207. olim *Gabrielis Philadelphiæ Metropolitæ*, hunc præfefert titulum. Γρηγορίου τ' ἁγιωτάτου καὶ ἀποστολικοῦ Πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης διάλογος ἱστορικὸς πρὸς Πέτρον ἀρχιδιάκονον τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας διαφόρων πατέρων τῶν ἐν Ἰταλίᾳ διαλαμψάντων. GREGORII *Sanctiſſimi, & Apoſtolici Papæ ſenioris Romæ dialogus hiſtoricus ad Petrum Archidiaconum ejuſdem Eccleſiæ de diverſis Patribus, quorum nomen in Italia illuſtre eſt*. Hunc *Gregorii* dialogum cum multis aliis ejuſdem libris in linguam Græcam tranſtulit ZACHARIAS. Facta autem codicis cum editione *Benedictinorum* comparatione, nonnullas deprehendimus variantes lectiones, quæ tamen ab iiſdem notatæ fuerunt ex aliis MSS. codicibus.

CODEX CXXXVII. *c.* V. 29.

Membranaceus, ſæculi circiter XI. nonnullis exceptis foliis recentiori ævo ſuppletis, initio mutilus, folia habet 174. Sunt apophtegmata Patrum, aliaque aſcetica, cujus generis ſcripta multa occurrunt in Bibliothecis ad uſum Monaſteriorum, in quibus legi ſolebant.

Et I. quidem ſub viginti novem numeris *Veterum Patrum geſta* continentur, quæ forte ad *Lauſiacam Palladii hiſtoriam pertinent*: nunc vero, cum duo priores numeri deſint, titulo carent.

Fol. 45. Ἕτερα διηγήματα ἁγίων πατέρων πρὸς ὠφέλειαν τῶν νηπτικῶν ἐντυγχανόντων.

Narrationes aliæ Sanctorum Patrum ad utilitatem eorum, qui prudentiam aſſequi volunt. Incipiunt: ἀδελφῷ ποτε συνέβη πειρασμὸς εἰς τὸ κοινόβιον τ' ἁββᾶ Ἠλίᾳ ἐκ διοχθεὶς ἐκεῖθεν ἀπῆλθεν εἰς τὸ ὄρος πρὸς τ' ἁββᾶν Ἀντώνιον &c.

Inter has narrationes habentur *fol.* 63. *pagina* 2. capita ſeptem, quæ miſiſſe dicitur ABBAS MOSES *Abbati Paſtori*: poſt quæ ſequitur ſermo, ſeu epiſtola itidem MOSIS ad eumdem *Abbatem Paſtorem*, quæ incipit: πρῶτον ἀσπάζομαι τὴν σωτηρίαν σου ἐν τῷ τ' Θεοῦ φόβῳ καὶ παρακαλῶ ἵνα τέλειος ἔσῃ &c.

Fol. 74. Διηγήσεις ἐκ τ' βίου τ' Ἁββᾶ Δανιὴλ τ' ἐν ἀσκηταῖς μεγάλου τ' σκητιώτου. *Narrationes ex vita Abbatis Danielis magni inter aſcetas*, quarum initium: ἦν τις γέρων ἐν τῇ σκήτει ὀνόματι Δανιὴλ ὃς ἔχε μαθητήν. σωώκησε δὲ τῷ μαθητῇ αὐτ' ἀδελφὸς ὀνόματι Σέργιος &c.

Fol. 104. Περὶ τ' Μεσίτου. De MESSIA paucula folio contenta, quorum initium: ὅτι Μεσίτην ὀνομάζουσιν αἱ ἁγίαι γραφαὶ Χριστὸν τὸν Θεόν. προδήλον ἀλλ' ὐκ οἶδ' ὅπως ἐν σχήματι Ἀντιχείσου Μεσίτης τις καλέμβους ἐπὶ τ' ἐν ἁγίοις Μαυρικίου τ' βασιλέως

Digitized by Google

σιλέως γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῇ μαγικῇ τέχνῃ ὑπερβάλλων πάντας τοὺς ἐξ αἰῶνος φαρμακοὺς &c.

Fol. 105. Sequuntur excerpta ex variis Patribus, quæ ad vitæ aſceticæ informationem, atque diſciplinam morum ſpectant. Et quidem

Ex Basilio *de quiete, & monaſtica tranquillitate.*

Ex Diadocho *de ſpirituali perfectione.*

Ex Nilo *in aſceticis.*

Ex Gregorio *Papa in dialogo ad Petrum.*

Ex Chrysostomo *in apologetico, & de temperantia, & in epiſtolas ad Hebræos, ad Corinthios, & ad Romanos, nec non in Evangelia Matthæi, & Johannis.*

Ex Isidoro Pelusiota *in epiſtolis.*

Ex Cassiano *in Aſceticis, & ad Leontium.*

Ex Palladio *in hiſtoria Lauſiaca.*

Ex Theologo *in Apologetico.*

Ex *Divo* Ephrem.

Ex Athanasio *in reſponſionibus.*

Ex Gregorio Nazianzeno *in ſermone de alendis pauperibus.*

Ex Anastasio Diospolita *in reſponſionibus.*

Ex Maximo *in Capitulis Aſceticis.*

Ex Cyrillo *in Oſeam prophetam.*

Tandem nonnulla ex *Paterico* ſumta leguntur.

CODEX CXXXVIII. *c.* V. 30.

Membranaceus, duplici columna exaratus, cui folia 205. ſæculi circiter XII. Continet Sanctorum vitas, & Patrum ſermones menſibus *Majo, Junio, Julio, Auguſto.*

Menſe Majo.

Fol. 1. die VIII. *Vita, & mores Sancti Patris* Arsenii. Incipit: ἀλλὰ τῶν παυδαίων ἀνδρῶν αἱ παράξεις &c. Latine apud *Lipomannum* die VIII. *Maii*, & apud *Surium* die XIX. *Julii.*

Junio.

Fol. 27. die XVII. *Martyrium Sanctorum martyrum* Manuelis, Sabelis, & Ismaelis, cujus initium: οἱ μὲν ἄλλοι διῶκται καὶ τύραννοι. εἰ καὶ τοῖς εἰδώλοις προσεπικόπτες ἐτύγχανον &c. Latinè apud *Lipomannum, & Surium* die XVII. *Junii.*

Fol. 37. die XXVII. *Vita, & mores Sancti Patris* Sampsonis, cujus initium: ἅμα μὲν χάριτος ἔργον καὶ θεραπείας τὸ πρὸς τὸ μέγαν Σαλωμὼν ἐκπληρῶντις &c.

Fol. 53. die XXIX. *Hypomnema certaminis, & mortis Apoſtolorum* Petri, & Paulli, cujus initium: ἐκ τῶν παχνῶν ἃ μόνον τοὺς ἐξ ἀρχῆς πατέρας ἀποδεχόμεθα &c. Latine apud *Lipomannum*, & *Surium* die XXIX. *Junii.*

Fol. 67. *pagina* 2. *Divi* Johannis Chrysostomi *encomium Apoſtolorum Petri, & Paulli*, cujus initium: ὁρανὸν καὶ γῆν ἅμιλλαν ὁρῶ διὰ τὴν παροῦσαν πανήγυριν &c. Inter ſpurias homilias tom. VIII. pagina 7.

Julio.

Fol. 72. die VIII. *Martyrium Sancti* Procopii, cujus initium: Διοκλητιανὸς ὁ Μαξιμιανὸς τὴν βασιλείαν ἰθυνόντων ἀρχὴν δεινός τις καὶ ἄγριος &c. Latine apud *Surium*, & *Lipomannum* die VIII. *Julii.*

Fol. 96. *pag.* 2. die XXVII. *Martyrium Sancti, & glorioſi martyris* Pantaleemonis, cujus initium: τῆς εἰδωλικῆς ἀχλύος κατὰ πάσης διαχεθαθείσης τῆς οἰκουμένης &c. Latine apud *Surium, & Lipomannum* die XXVII. *Julii.*

Fol. 113. die XXIX. *Martyrium Sancti* Callinici, cujus initium: ἡ εἰδωλικῆς μανίας ἐπικρατούσης καὶ πάντα ἐπινεμομένης &c. Latine apud *Lipomannum*, & *Surium* die XXIX. *Julii.*

Fol. 118. *pag.* 2. die XXXI. *Vita, & mores Sancti* Eudocimi, cujus initium: Εὐδοκίμου τοῦ κατὰ Θεὸν φερωνύμως δοκιμήσαντος τὸν βίον ἐξηγήσασθαι καλὸν &c.

Auguſto.

Fol. 128. die I. Flavii Josephi *narratio martyrii Macchabæorum.* Incipit: φιλοσοφώτατον λόγον ἐπιδείκνυσθαι μέλλων &c.

Fol. 149. *pagina* 2. die V. Procli *Conſtantinopolitani Archiepiſcopi ſermo in transfigurationem Domini noſtri Jeſu Chriſti,*

Digitized by Google

SPECIMEN CHARACTERIS, & ORNATUS.

COD. *c.* V. 32.



Βιὸς καὶ ἡ ἐκ παιδὸς ἀναγωγὴ καὶ αὔξησις. μαρτύριόν τε καὶ θαύματα ἐξαίσια τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου τοῦ Τήρωνος.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Vita, & institutio ab ipsa pueritia, martyriumque, & miracula præstantiora Sancti, & glorioſi magni martyris Theodori Teronis.

Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Digitized by Google

Digitized by Google

ſti, cujus initium: δεῦτε ἀδελφοὶ φιλόχριστοι καὶ τὴμεροὶ τῶν εὐαγγελικῶν &c. Exſtat in *Auctarii Combefiſiani* tomo I. pag. 390. & inter ſpuria *Divi Chryſoſtomi* tomo X. pag. 765. cui tribuitur in aliquibus MSS. codicibus.

Fol. 153. die XV. *Sermo in Nativitatem* VIRGINIS MARIÆ, cujus initium: ἔχεις ἀληθῶς τὸν παρθένον ὥσπερ ἀστὴ θεὸς πρὸς ἀνθρώπους &c. Latine apud *Lipomannum*, & *Surium* die XV. *Auguſti*.

Fol. 184. die XXIX. *Sermo in Nativitatem* JOHANNIS BAPTISTÆ, cujus initium: Ἰωάννου τὸ μέγα κλέος τὸ οἰκουμένης τὸ Βαπτιστοῦ ἐπαινεῖν μὲν ἄδεσπον &c. Latine apud *Lipomannum*, & *Surium* die XXIX. *Auguſti*.

CODEX CXXXIX. c. V. 31.

Chartaceus, ſæculi XVI. conſtans foliis 52. Sunt cujuſdam *Anonymi* ſcholia in OPPIANI *libros de piſcatione*, quibus nonnulla præmittuntur de *Oppiani* genere hoc initio. Ὀππιανὸς ὁ ποιητὴς πατρὸς μὲν ἦν Ἀγεσιλάου, μητρὸς δὲ Ξενοδότης. τὸ δὲ γένος ἦσαν Ναζαρβεῖς τῆς Κιλικίας &c.

Scholia vero ita incipiunt: ἴσθι ὅτι τῶν ποιητῶν οἱ μέν εἰσι ἱερατικοὶ. οἱ δὲ κωμικοὶ οἱ δὲ σατυρικοὶ. οἱ δὲ λυρικοὶ οἱ δὲ διθυραμβικοὶ. οἱ δὲ ἀσματογραφοὶ, οἱ δὲ ἀναθεματικοὶ λέγονται. οἱ δὲ ἐποποιοὶ ὡς ὁ Ὀππιανὸς &c.

CODEX CXL. c. V. 32.

Membranaceus, duplici exaratus columna, circa finem ſæculi X. multis aureis literis, aliiſque ornamentis conſpicuus, folia habens 227. elegantiſſimi, nitidiſſimique characteris. Complectitur THEODORI TERONIS vitam, reſque præclare geſtas a variis ſcriptoribus enarratas. Titulus aureis literis deſcriptus exhibetur, cui e regione reſpondet effigies in aurea tabula picta pro more illius ſæculi ſatis pulchra. Ex hoc titulo characteris ſpecimen deſumſimus, quo totus Codex exaratus eſt.

Fol. 20. Miracula ejuſdem Martyris. Incipiunt: ὁ γυναικῶν ὁ κατὰ Θεὸν πάθος ἐφάπτεται ἐκ τούτων μάλιστα, ὅτι ὁ ὑπόθερμος &c.

Fol. 30. *Ex* SOPHRONII *Archiepiſcopi Jeroſolymitani Prato narratio miraculi ejuſdem martyris*, cujus initium: ἀπὸ τοιάνδε βιβλίου Δαμασκηνῆς χωρίου ἐξ λεγόμενον &c.

Fol. 32. *Martyrium* THEODORI TERONIS, hoc initio: ἤδη τι ἐκ θείου μάρτυρος μνήμη &c.

Fol. 49. GREGORII *Epiſcopi Nyſſeni encomium Theodori Teronis*, cujus initium: ὑμεῖς ὁ τοῦ Χριστοῦ λαὸς ἡ ἁγία ποίμνη τὸ βασίλειον ἱεράτευμα &c.

Fol. 66. *Martyrium ejuſdem* THEODORI alio modo enarratum, cujus initium: Μαξιμιανῷ ἐκ Μαξιμίνῳ τοῖς βασιλεῦσι πολλή τις καὶ ἄχετος ἡ ὁρμὴ &c. Exſtat, Latine apud *Surium* die IX. *Novembris*.

Fol. 94. CHRYSIPPI *Presbyteri Jeroſolymitani encomium Theodori*, cujus initium: μάρτυρος ὑπερλάμποντος ἐν τοῖς μάρτυσιν ἀφημίαν &c.

Fol. 142. NECTARII *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani narratio, qua de cauſſa primo Sabbato ſancti jejunii celebretur memoria Sancti* THEODORI. Incipit: ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου κύριε &c.

Fol. 163. *pag.* 2. *Narratio miraculi a Sancto* THEODORO *patrati*. Incipit: πᾶσαι μὲν αἱ τῶν μαρτύρων τῷ Χριστῷ παρρησίαι &c.

Fol. 177. Martyrium Sancti THEODORI, qui *Stratelatus* hìc nominatur, id eſt, *Præfectus militibus*. Incipit: Λικινίου τοῦ δυσσεβοῦς ἄρτι παρὰ Μαξιμιανῷ τὸ σκῆπτρον &c.

Fol. 203. Iterum ejuſdem martyrium, diverſo modo ſemper deſcriptum, cujus initium: Λικινίῳ τῷ βασιλεῖ πολλῇ κεχρημένῳ τῇ περὶ τὰ εἴδωλα δεισιδαιμονίᾳ &c.

CODEX CXLI. c. V. 33.

Chartaceus, ſæculi XVI. habens folia

Digitized by Google

lia 203. in quo multa veterum Patrum gesta, & dicta in unum collecta exhibentur. Et primo quidem sunt nonnulla excerpta ex aliquo *Paradiso*, atque *Gerontico*.

Fol. 53. PALLADII *Episcopi Helenopolitani* de vitis Sanctorum ad Lausum Præpositum, cui inscripta est epistola, proœmii locum tenens. Incipit autem: μακαρίζω σε ἡ προαίρεσιν ἄξιον γὰρ ἀπὸ μακαρισμοῦ ἄρξασθαι τ ἐπιστολῆς &c.

Constat totum opus capitibus LXXIII. quorum numerus varius est in diversis editionibus. Huic in fine subjectum est opusculum aliud, cui titulus: τοῦ ἁυτοῦ Παλλαδίου ἀναχωρητοῦ διήγησις περὶ Βραχμάνων πρὸς Λαῦσον Πρεπόσιτον. *Ejusdem Palladii anachoretæ narratio de Brachmanibus ad Lausum Præpositum*. Incipit: ἡ φιλομαθία σε καὶ πολυμαθία. καὶ ἕτερον ἡμῖν ἐπέταξεν πρὸς διηγήσασθαι πρᾶγμα &c.

Hoc opusculum Græce, & Latine primum edidit Joachimus Camerarius in libro *Gnomologico* edito *Lipsiæ* sine ulla temporis nota.

Fol. 138. *pagina* 2. Διήγησις Γερωνύμου περὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἁγίων πατέρων. *Narratio* HIERONYMI *de Sanctis Patribus Ægyptiis*, cujus initium: ἐυλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ θέλων πάντας σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν &c.

Triginta quinque sunt capita, post quæ *Macarii* rursus vita, & binæ revelationes sub eodem HIERONYMI nomine. Hæc tamen omnia male HIERONYMO tribui, sive *Stridonensis* ille sit, sive recentior alius Græcus, monet Fabricius tomo VIII. pag. 376. *Bibliothecæ Græcæ*, qui ex *Palladio* sumta existimat.

CODEX CXLII. *c.* V. 34.

Partim membranaceus, partim chartaceus, duplici scriptus columna, folia habens 280. quorum alia, nempe membranacea, antiquioris characteris, sæculi circiter XII. videntur, alia octo chartacea a recentiori Scriba suppleta sunt. Continet autem *Officium Ecclesiasticum* Græcorum, *Troparia* scilicet, *Versiculos*, *Lectiones*, & alia in eo recitanda.

CODEX CXLIII. *c.* V. 35.

Chartaceus, sæculi XVI. foliis constans 74. in quo Grammatica præcepta totidem tabulis explanata, absque ullo autoris nomine.

CODEX CXLIV. *c.* V. 36.

Membranaceus, sæculi XVI. constans foliis 21. cui sequens titulus:

Περὶ ἑορτῶν καὶ νηστειῶν & γονυκλισιῶν τῶν κεκωλυμένων ἢ ἐπιτραμένων γίνεσθαι. παρὰ δὲ τοῦ προσκυνητοῦ καὶ θείου Πνεύματος διὰ τῶν θεοφόρων πατρῶν ἡμῶν παραδιδομένων. καὶ ὅτι ἐπὶ κίνδυνόν ἐστι τὸ καταφρονεῖν τὰ τοιαῦτα καὶ γὰρ ἀναθεματίζονται καὶ ἀφορίζονται καὶ τοῖς αἱρετικοῖς συναριθμοῦνται παρὰ τῶν θείων κανόνων οἱ δίχα ἀλόγου αἰτίας ταῦτα καταφρονοῦντες & τίς ἡ αἰτία τῶν ἑορτῶν καὶ νηστειῶν καὶ γονυκλισιῶν. καὶ διὰ τί πρὸς ἀνατολὰς ἑαυτοὺς προσευχόμεθα:

De festis diebus, & jejuniis, & genuflexionibus, quæ vetantur, vel præcipiuntur, & quæ a venerando, divinoque Spiritu per Sanctos Patres nostros traditæ sunt; tum quod periculosum sit istiusmodi spernere: anathematizantur enim, & separantur, atque hæreticis adcensentur a sacris Canonibus, qui sine rationabili caussa hæc auserint aspernari. Tum quæ sit festorum caussa, nec non jejuniorum, & genuflexionum: & cur ad orientem versi preces habeamus.

Conflatum est hoc opusculum ex variis Conciliorum Canonibus, Sanctorumque Patrum testimoniis, nimirum ex canonibus *Apostolicis*, *Synodi Gangrensis*, *Petri Alexandrini*, *Sancti Nicephori*, & *Sextæ Synodi*. Adducuntur quoque loca non pauca ex vita *Sancti Nicolai*, ex *historia Lausiaca*, ex vita *Sancti Paisii*, ex vita *Sancti Pachomii*, ex vita *Sancti Simeonis Thaumaturgi*, ex *Synaxario*, ex *Gerontico*.

Pa-

Digitized by Google

Patres vero sunt ATHANASIUS, BASILIUS, ANASTASIUS SYNAITA, DIONYSIUS ALEXANDRINUS, DOROTHEUS, ISIDORUS, THEODORUS STUDITA.

Fol. 17. *pag.* 2. Περὶ τῶν ποιούντων ἐλεημοσύνας ἐξ ἀδικίας καὶ οὐχ ἁγιαζομένων τῷ θεῷ, ἀλλὰ καὶ παροξυνόντων. καὶ ὅτι ὁ κτίσας μοναστήριον τῷ ἐπισκόπῳ τῷ κατὰ τόπον χρὴ διδόναι τὴν κυριότητα πάσαν καὶ μὴ ὅτως ποιῶν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἐπιτιμίοις ὑπόκειται.

De iis, qui eleemosynas erogant ex injuste adquisitis, quodque rem gratam Deo non faciant, sed potius illum ad iram provocent. Et quod monasterium ædificans Episcopo loci dominatum omnem tradere debeat, aliterque faciens Ecclesiasticis pœnis subjaceat.

Sunt sententiæ ex variis Patribus collectæ, sed pars dumtaxat remansit, ex CHRYSOSTOMO, & BASILIO desumta.

CODEX CXLV. *c.* V. 37.

Membranaceus, duplici columna exaratus, folia habens 292. sæculi circiter XII. varios Divi CHRYSOSTOMI tractatus complectitur.

Fol. 1. Libri sex de *Sacerdotio*, quorum primus incipit: ἐμοὶ πολλοὶ *&c.*

Ad calcem ultimi libri, præter ea, quæ habentur in editione *Benedictinorum*, hæc præterea leguntur: ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν αὐτῷ πρέπει τιμὴ καὶ μεγαλοπρέπεια σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

In Christo Jesu Domino nostro, cui convenit honor, maximumque decus una cum æterno Patre, sanctissimoque, & optimo, ac vivifico ejus Spiritu, cui gloria, & potestas, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum amen.

Fol. 94. Sequuntur sermones adversus *Anomæos*, primus nempe, secundus, tertius, quartus, & quintus, eodem, quo in editionibus, ordine: at ultimi tres ob male compactum Codicem invicem intermixti, confusique sunt. Sextus præterea, & octavus aliis incipiunt verbis, quam in editione.

Fol. 182. Homiliæ sex adversus Judæos, diverso ab editis ordine.

Prima incipit: ἐβλάβη υἱὸν λαβοῦσα τὸ λείψανα *&c.* In editione itidem numero I.

Secunda: Πάλιν οἱ θείλαιοι καὶ πάσης ἀνθρώπων ἀθλιώτεροι *&c.* In editione numero IV.

Tertia: πόθεν ἡμῖν πλεῖον ὁ σύλλογος γέγονεν σήμερον *&c.* In editione numero V.

Quarta: Τὰ θεῖα ἔφη μὲν τοὺς ὕλας κέκρυνται. ἐς τοὺς πρὸς ἀνθρώπους *&c.* In editione numero VI.

Quinta: Ἆρα χόρον ἐλάβετε τῆς πρὸς Ἰουδαίους μάχης *&c.* In editione numero VII.

Sexta: Παρῆλθεν ἡ νηστεία τῶν Ἰουδαίων μᾶλλον δὲ ἡ μέθη. In editione numero VIII.

CODEX CXLVI. *c.* V. 38.

Membranaceus, sæculi XV. constans foliis 227. quo JAMBLICHI *Chalcidensis Philosophi* opera continentur.

Fol. 1. Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως λόγοι περὶ τῆς Πυθαγορικῆς αἱρέσεως. α περὶ τοῦ πυθαγορικοῦ βίου. β προτρεπτικὸς εἰς τὴν φιλοσοφίαν. γ περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης. δ περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς ὅς καὶ περιέχει καὶ περὶ ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης καὶ περὶ γεωμετρίας. καὶ περὶ μουσικῆς τῆς περὶ πυθαγορείους. JAMBLICHI *Chalcidensis libri de Pythagorica secta. Primus de Pythagorica vita. Secundus adhortatorius ad philosophiam. Tertius de communi mathematica scientia. Quartus de Nicomachi Arithmetices isagoge, qui & comprehendit tractationem de arithmetica scientia, & de Geometria, & de Musica apud Pythagoræos.*

Decem scripsit JAMBLICHUS libros de *Pythagorica secta*, sed quatuor tantum ad nos pervenerunt, ceteris iniquo fato deperditis. Legere est, quæ de variis eorum interpretationibus, & editionibus scriptum reliquit Fabricius,

tomo

Digitized by Google

tomo IV. *Bibliothecæ Græcæ* pag. 286. & ſequentibus.

Fol. 137. *pag.* 2. Ejuſdem JAMBLICHI liber, qui vulgo inſcribitur de *myſteriis Ægyptiorum*, ſive *reſponſio ad Porphyrii epiſtolam ad Anebonem Prophetam*, qua variæ quæſtiones de *Diis*, & *Dæmonibus*, eorumque cultu continebantur. Has ſub ABAMONIS nomine deliteſcens *Jamblichus* ſolvere aggreditur.

Titulus porro libro præfixus eſt hujuſmodi.

Τῦ αὐτῦ Ἰαμβλίχυ εἰς τὴν ἐπιστολὴν Πορφυρίυ. ἰστέον ὅτι ὁ φιλοσόφος Πρόκλος ὑπομνηματίζων τὰς τῦ μεγάλυ Πλωτίνυ ἐννεάδας λέγει ὅτι ὁ ἀντιγράφων εἰς τ προκειμένην τῦ Πορφυρίυ ἐπιστολὴν, ὁ θεασέστός ἐστιν Ἰαμβλιχος. καὶ διὰ τὸ τ ὑποθέσεως οἰκεῖον ἓ ἀκόλυθον ὑποκρίνεσθαι πρόσωπον αἰγυπτίυ τινὸς Ἀβαμώνος ἀλλὰ ἓ τὸ λέξεως σχηματικὸν καὶ ἀφελεστικὸν καὶ τὸ τῶν ἐννοιῶν πραγματικὸν, καὶ γλαφυρὸν ἓ ἀῦτὸ μαρτυρεῖ τὸν Πρόκλον. *Ejuſdem Jamblichi in epiſtolam Porphyrii. Sciendum, quod Philoſophus Proclus Magni Plotini enneadas memorans, inquit, auctorem reſponſionis ad propoſitam Porphyrii epiſtolam, divinum eſſe Jamblichum. Et idcirco proprium, verumque illius argumentum eſt reſpondere Ægyptio cuidam Abamoni; ſed & dictionis genus figurativum, atque diſtinctum, atque idearum expreſſio concinna, & apta Proclum teſtatur.*

Fol. 193. PYTHAGORÆ, ſive quæ ſub ejus nomine circumferuntur, *aurea carmina* cum præſtantiſſimo commentario HIEROCLIS *Philoſophi*; pluries jam edita Græco, Latino, Italoque ſermone.

CODEX CXLVII. *c.* V. 39.

Chartaceus, ſæculi XVI. folia habens 307. Multa continet moralia, & aſcetica excerpta ex orationibus *Sancti* GREGORII NAZIANZENI, ex aſceticis ſermonibus *Sancti* ISAAC, ex GERONTICO quodam, & vita *Sancti* STEPHANI.

Fol. 194. Βίος καὶ πολιτεία τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρυ διαλάμψαντος ἐν ἀσκήσει κατὰ τὴν μεγίστην Λαύραν τῦ ἁγίυ Σαβᾶ ἔπειτα γεγονότος ἀρχιεπισκόπυ πόλεως Ἐδέσσης συγγραφεὶς παρὰ Βασιλείυ ἀνεψιῦ ἓ ἐπισκόπυ Ἐμέσσης. *Vita, & mores Sancti Patris noſtri* THEODORI *aſceticam vitam degentis in magna Laura Sancti Sabæ, deinde vero facti Archiepiſcopi Edeſſeni, ſcripta a Baſilio Conſobrino, & Epiſcopo Emeſſeno.* Incipit: Ἄλογητος ὁ Θεὸς ὁ πατὴρ ὁ παντοκράτωρ ὁ ποιητὴς ὁρατῦ τε ἓ γῆς ὁρατῶν τε πάντων ἓ ἀοράτων. Ἄλογητος ὁ μονογενὴς υἱὸς ἓ λόγος τῦ Θεῦ.

Fol. 282. Τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρυ ἀρχιεπισκόπυ Ἐδέσσης κεφάλαια πάνυ ψυχωφελῆ καὶ ὠφέλιμα. *Sancti Patris noſtri* THEODORI *Archiepiſcopi Edeſſeni Capitula maximæ utilitatis.* Incipiunt: ἐπειδήπερ Θεῦ τῦ ἀγαθῦ χάριτι ἀποταξάμενοι τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτῦ &c. Eadem prorſus, quæ referuntur in *Bibliotheca Vindobonenſi* parte I. pag. 266. & pag. 284.

Expletis capitulis, adduntur ex *Menæo* Cathiſmata, Verſiculi, & Hymni in *Officio* ejuſdem *Theodori* die XIX. *Julii* recitandi.

In Quarto.

CODEX CXLVIII. *b.* II. 1.

Chartaceus, folia habens 165. ſæculi XV. Priora quidem folia nullius momenti ſunt, ſed ad ceterorum munimentum aſſuta, dum liber compingebatur. Continet vero nonnullas Sanctorum vitas, & Patrum homilias.

Fol. igitur 5. Legitur martyrium Sancti, & glorioſi martyris DEMETRII MYROBLITÆ, qui paſſus eſt Theſſalonicæ. Incipit: εἶχε μὲν τὸ Ῥωμαίων σκῆπτρα Μαξιμιανὸς ὃς καὶ Ἐρκύλιος &c. Exſtat Latine apud Lipomannum die XXVI. *Octobris*, & apud Surium die VIII. ejuſdem menſis.

Fol. 15. Τῦ ἁγίυ Γαϊανῦ τῦ ἀδελφοθέυ

Digitized by Google

φοθέυ λόγος εἰς τὸ γεννέσιον τ ὑπεραγίας Θεοτόκυ καὶ ἀεὶ παρθένυ Μαρίας. *Sancti* JACOBI FRATRIS DOMINI *ſermo in nativitatem Sanctiſſimæ Deiparæ, & ſemper Virginis Mariæ*, cujus initium: ἐν ταῖς ἱσορίαις τῶν δώδεκα φυλῶν τῦ Ἰσραὴλ λῶ Ἰωακεὶμ πλούσιος σφόδρα Ὁc. Eſt eadem narratio, quæ inter *orthodoxographa Sanctorum Patrum monumenta Græco-Latina* Baſileæ 1569. refertur ſub titulo *Protoevangelii*.

In fine hæc habentur:

Ἐπληρώθη παρῦσα ἀκολυθία διὰ χειρὸς ἐμῦ Κόσμα τῦ γραμματικῦ. οἱ ἀναγινώσκοντες ἀυτὼ ἔυχεσθε διὰ τὸν Κύριον καὶ μὴ καταράσθε. ἐτ ἔτος ͵ϛπιοβ. Ἰνδ. ιβ.

Abſolutum eſt præſens officium manu mea Coſmæ Grammatici. Qui legitis, orate ad Dominum, & ne imprecaminor. Anno 6976. (*Chriſti* 1468.) *Indictione* 12.

Fol. 27. GERMANI *Patriarchæ Conſtantinopolitani ſermo in Deiparæ præſentationem in templo*, cujus initium: ἰδὺ ἐ πάλιν ἑτέρα πανήγυρις ἐ φαιδρὰ ἑορτὴ Ὁc. Habetur Græce, & Latine tomo I. *Auctarii Combefiſiani* pag. 1411.

Fol. 33. *pagina* 2. Ἀβραμίυ ἐπισκόπυ Ἐφέσυ λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τῦ Σωτῆρος ϗ εἰς τ Θεοτόκον καὶ εἰς Συμεῶνα. *Abramii Epiſcopi Epheſini ſermo in occurſum Servatoris, & in Deiparam, & in Simeonem*. Incipit: ἐπειδὴ ἔλεγξις τ συμπληρώσεως τῦ τείτυ ψαλμῦ αἱ λέγυσαι Ὁc.

Fol. 41. *Sancti Patris noſtri* JOHANNIS CHRYSOSTOMI *homilia de vanitate mundanæ vitæ, nec non de iis, quæ animis hominum noxia, vel utilia ſint*. Incipit: ὅσοι τὰ τῦ βίυ μάταια ἐ ἀπολλύμενα πράγματα καταλείψατε Ὁc. Hæc homilia tamquam ſpuria omiſſa fuit in poſtrema editione operum *D. Chryſoſtomi*.

Fol. 46. *pagina* 2. *Sancti* GREGORII NAZIANZENI *oratio in Chriſti nativitatem*, in editis numero XXXVIII. Incipit: Χριςὸς γεννᾶται δοξάσατε. Χριςὸς ἐξ ὐρανῶν Ὁc.

Fol. 56. *Divi* BASILII *homilia hortatoria ad ſanctum baptiſma*, cujus initium: ὁ μὲν σοφὸς Σολομῶν τῶν κατὰ τὸν βίον πραγμάτων Ὁc. In edit. tom. II. pag. 113.

Fol. 69. Sequitur *ſermo in annuntiationem Virgini ab Angelo factam*, cujus deeſt initium. Priora verba hæc ſunt: ἀπεφάλη ὁ ἁμαρτίας ἐλάθερος πρὸς τ φθορᾶς ἀνεπίδηκτον Ὁc.

Fol. 78. Sermo alter *in annuntiationem*, cujus auctor eſt JOHANNES DAMASCENUS. Incipit: νῦν ἡ τ βασιλίδος βασιλικὴ ἐ ὑπέξενος ἑορτὴ ἐ πανήγυρις Ὁc. Exſtat tom. II. edit. *Michaelis Lequien* pagina 835.

Fol. 84 JOHANNIS CALYBITÆ *vita*, initio mutila.

Fol. 93. *pagina* 2. *Vita Sancti* ALEXII, *ejuſque patris* EUPHIMIANI, cujus initium: ἐγένετο ἀνὴρ ἄσεβὴς ἐν τῇ Ῥώμῃ ὀνόματι Εὐφημιανὸς πατὴρ πλουσιακὸς γενόμενος Ὁc. Latine apud *Surium* die XVII. *Julii*.

Fol. 101. *pagina* 2. Precatio quædam ſine titulo recitanda in honorem *Sancti Nicolai Myrenſis Epiſcopi*. Incipit: εὐλογητὸς εἶ Κύριε ὁ Θεὸς τ πατέρων ἡμῶν ὁ κατὰ γενεὰς γενεῶν μεγαλωύμενος Ὁc.

Fol. 103. Ἐπιςολὴ τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ. *Epiſtola Domini noſtri* JESU CHRISTI. Præclara nimirum eſt hiſtoria cujuſdam epiſtolæ, quæ cœlitus demiſſa ferebatur tempore *Johannis monachi Patriarchæ Jeroſolymitani*, dum ſynaxim cum ſacerdotibus faceret.

Fol. 106. Τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννυ Νηςευτῦ τῦ ἀρχιεπισκόπυ Κωνσταντινουπόλεως λόγος περὶ ἐξόδυ τ ψυχῆς ἀπὸ τῦ σώματος. *Sancti Patris noſtri* JOHANNIS NESTEUTÆ *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani ſermo de animæ exitu ex corpore*, cujus initium: μέγας φόβος ἀδελφοὶ ἐν ὥρᾳ τῦ θανάτυ, ὅταν ἡ ψυχὴ χωρίζεται ἐκ τῦ σώματος Ὁc.

Fol. 16. *Martyrium Sancti, & glorioſi magni martyris* THEODORI STRATELATI, ideſt *militum præfecti*. Incipit: ὥσπερ φαίνει ὁ ἥλιος τοῖς ὁρῶσιν, ὕτως ἐ ὁ περὶ τ μαρτύρων λόγος Ὁc. Exſtat Latine apud *Surium* die VII. *Februarii*.

Fol. 117. Opuſculum initio mutilum

lum, quo continetur vita cujuſdam ſanctiſſimi viri *Zoſimæ* nomine. Procœmium aliquod habebatur, cujus finis tantum nunc ſupereſt. Ipſa vero vitæ narratio incipit his verbis: ἐγένετό τις ἐν τοῖς κατὰ Παλαιστίνην μοναστηρίοις ἀνὴρ βίῳ καὶ λόγῳ κοσμούμενος &c. Diſtinguitur autem ſanctus vir monaſticæ vitæ ſanctitate clarus ab altero *Zoſima* impio, & heterodoxo.

Fol. 137. *pag.* 2. Λόγος εἰς τὴν ἄνεσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ ἀπὸ τοῦ θεοφυλεστάτου καὶ φιλοχρίστου Ἑλένης. *Oratio in inventione venerandæ Crucis per piiſſimam, atque religioſiſſimam Helenam*, cujus autor non deſignatur. Incipit vero: ἐγένετο κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους βασιλεύοντος Κωνσταντίνου &c.

Fol. 145. Τοῦ ἁγίου Ἐφραὶμ λόγος περὶ μετανοίας καὶ περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Sancti* Ephrem *ſermo de pœnitentia, & de ſecundo adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti*, cujus initium: δεῦτε ἀγαπητοί μου δεῦτε πατέρες καὶ ἀδελφοὶ &c. In poſtrema editione Romana operum *Sancti Ephrem* legitur tomo I. pagina 28. ſub titulo *ſermonis compunctorii*.

Fol. 158. Eſt initium *orationis* Andreæ *Cretenſis Archiepiſcopi in Mariæ Virginis Aſſumptionem*, cujus initium: καλεῖ πάλιν ἡμᾶς τὸ συνεχὲς &c.

Fol. 161. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου λόγος περὶ τῆς πλεώσεως ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ παρθένου Μαρίας. *Sancti Patris noſtri* Johannis Theologi *ſermo de morte Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ Virginis Mariæ*, cujus initium: ἡ ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας &c.

Sermo eſt a Græculo quodam confictus, ac ſub *Johannis* nomine vulgatus, ut majoris auctoritatis eſſet ad probandam *Mariæ* Aſſumptionem. Multa de eo Lambecius *in diario ſacri itineris Cellenſis* numero LXXV. atque inter alia ſcribit, hunc ſermonem in MS. codice XLIX. *Bibliothecæ Cæſareæ* tribui *Jacobo Fratri Dominæ*.

CODEX CXLVIII. *b.* II. 2.

Chartaceus, conſtans foliis 52. circa finem ſæculi XV. in quo Matthæi Ansanis Cantacuzeni *commentarius in Canticum Canticorum*. Prodiit Græce & Latine *Romæ* anno 1624. cum adnotationibus *Vincentii Riccardi*.

CODEX CXLIX. *b.* II. 3.

Membranaceus, cui folia 300. ſæculi XIV. optimæ notæ, nitidique characteris. Continentur in eo quatuor Evangelia ſectionibus diſtincta Græcorum more, præmiſſis harmonicis *Euſebii* tabulis accurate deſcriptis, cum ejuſdem *epiſtola ad Carpianum*. Cuilibet Evangelio præmittitur Evangeliſtæ ſcribentis effigies ſatis concinna, multoque auro, & propriis ſingulorum Evangeliſtarum inſignibus decorata.

CODEX CL. *b.* II. 4.

Chartaceus, folia habens 240. ſæculi XVI. rudi calamo exaratus. Complectitur nonnullas *Divi* Johannis Chrysostomi homilias, inter quas multæ ſuppoſititiæ ſunt, quæ tamen in poſtrema ejus operum editione locum inter ſpurias non habuere, quamvis in Indice tomi XIII. numerentur. Quapropter earum ordinem, & initium juvat exhibere, ſimulque adnotare, quæ inter ſpurias relatæ ſint, quæve præterea omiſſæ.

Fol. 1. *Homilia in oraculum Zachariæ*, cujus initium: ὑδὲν τοῖς δεσποτικοῖς ἀνυπόταχτον ὄροις &c. In edit. tom. II. pag. 790.

Fol. 4. *pag.* 2. *Homilia in duodecim Apoſtolos*, cujus initium: εἰκότως καὶ τήμερον ἐπὶ φοιτήσει τῶν ἁγίων &c In edit. tom. VIII. pagina II.

Fol. 7. *pag.* 2. *Homilia de providentia*, cujus initium: πολλῆς γέμει ταραχῆς ἡμῶν ἡ ζωὴ &c. In edit. tom. II. pag. 752.

Fol. 13. Homilia altera *de providentia*

Digitized by Google

tia, cujus initium: ὁ καλὸλογῶν πατέρα ἢ μητέρα θανάτῳ &c. In edit. tom II. pagina 756.

Fol. 20. Homilia item *de providentia*, cujus initium: τὰ αὐτὰ λέγειν ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν &c. In edit. tom. II. pag. 763.

Fol. 29. *pagina* 2. Homilia *de fato*, cujus initium: οὐδέν ἐστι δόγμα οὕτως πονηρὸν &c. In editione tomo II. pag. 769.

Fol. 38. Iterum homilia *de fato*, cujus initium: οἶδα σφόδρα περὶ εἱμαρμένης εἰπών &c. In edit. tom. II. pag. 760.

Fol. 42. *pag.* 2. Homilia altera *de fato*, cujus initium: φάγωμεν καὶ πίωμεν, ἄυριον γὰρ ἀποθνήσκομεν &c. In edit. tom. II. pag. 773.

Fol. 50. Homilia *in ea verba Roni.* V. non solum autem, sed gloriamur &c. Incipit: ἐπίπονον μὲν γνησίως τὸ ζεῦξαι βόας &c. In edit. tom. III. pag. 140.

Fol. 64. Homilia in *illud Apostoli ad Corint.* Nolo vos ignorare fratres &c. Incipit: οἱ ναῦται τοῦτο μάλιστα φιλοῦσι τῆς πελάγους τὸ μέρος &c. In edit. tomo III. pag. 228.

Fol. 81. Homilia in *illud Apostoli ad Corinthios*: Habentes eumdem spiritum fidei &c. Incipit: σοφώτατοι τῶν ἰατρῶν ἐπιδὰν εἴδωσιν ἕλκος &c. In edit. tom. III. pag. 260.

Fol. 95. *pag.* 2. Homilia altera in eadem verba, cujus initium: ἀποστολικῆς ὑμῖν ἐξηγήσεως χρέος ὀφείλω &c. In edit. tom. III. pag. 269.

Fol. 109. *pag.* 2. Homilia *in Adami exilium*, & *de malis mulieribus*, cujus initium: ἀκούσωμεν ἀγαπητοὶ τῆς ἱστορίας, ἣν ὁ θεόπτης Μωυσῆς &c. Hoc initium non invenitur in Indice alphabetico, neque apud Albertum Fabricium, neque in tomo XIII. postremæ editionis.

Fol. 130. *pag.* 2. Homilia *de oratione*, *de jejunio*, & *de eleemosyna*, cujus initium: δεῦτε πάντες ἀδελφοὶ, γνησίως &c. In edit. tom. II. pag. 810. inter spurias.

Fol. 136. *pagina* 2. Homilia *in latronem*, & *in crucem*, & *contra Judæos*, cujus initium. ἀπαρξόμεθα τῆ ἡμέρα τοῦ σωτῆρος &c. In edit. refertur tantum initium homiliæ in indice tomi XIII. & sumtum dicitur ex codice MS. Taurinensi: ipsa autem homilia inter spurias adnumeratur.

Fol. 140. Homilia *in sanctum Pascha*, cujus initium: χαρᾶς ἡμέρα καὶ εὐφροσύνης ἀγαπητοὶ ἡμέρα &c. Spuria, & omissa in edit.

Fol. 145. *pag.* 2. Homilia *de mulieribus*, & *pulchritudine*, cujus initium: αἱ γυναῖκες ἄγεσθαι μέλλουσιν τὰς παρὰ τοῦ Παύλου &c. In edit. ecloga XIV. tomo XII. pag. 522.

Fol. 252. Homilia *in Joseph*, & *de tolerantia malorum*, & *de confessione*, cujus initium: καθολικὸν ἡμῖν ἐγκωμιαστικὸν μέλος ὑπαγορεύων &c. Exstat inter spurias tom. II. pagina 833. diverso tamen titulo, nimirum, *de jejunio*, *de Davide*, & *de presbyteris*, & *de Josepho*, & *de Novato*, & perperam pro ἐγκωμιαστικὸν legitur ὑ μεσικὸν.

Fol. 161. *pag.* 2. Homilia in illud: *Attendite vobis, ne graventur corda &c.* cujus initium: τρέμω δὲ δειλιῶ φοβούμενος &c. Spuria, & omissa in edit.

Fol. 165. Homilia *de studio audiendi consilia*, & *doctrinam SS. Patrum*. Incipit: ὥσπερ τὰ σώματα ἡμῶν, αἱ χρονιαὶ τῆς γῆς καρποφορίαι &c. Omissa in edit. tamquam spuria.

Fol. 168. Homilia *de gratiarum actione*, cujus initium: πολλὰς καὶ διαφόρους τρόπους ἡμῖν ἔδωκεν ὁ Θεὸς &c. Spuria, & omissa.

Fol. 171. Homilia *de confessione*, cujus initium: ἀγαθὸν μέν ἐστι δὲ ἐπαινετὸν ἀληθῶς &c. Est idem principium in Indice tomi XIII. & quidem sumtum, ut dicitur, ex codice MS. Taurinensi. Ipsa autem homilia omissa, & spuria habetur.

Fol. 175. Homilia in illud: *Sic Deus dilexit mundum &c.* Incipit: ὥσπερ τὰ νεοθαλῆ τῶν φυτῶν τοῖς ὕδασι &c. Spuria, & omissa.

Fol. 178. Homilia in illud: *Erant decem*

Digitized by Google

decem Virgines, quinque prudentes, & quinque fatuæ. Incipit: πολλαὶ ἡ ποικίλαι αἱ ὁδοὶ τ̃ μετανοίας &c. In indice tomi XIII. refertur hoc initium, tamquam desumtum ex Regio nostro codice: homilia autem omittitur non solum, sed etiam ut spuria notatur.

Fol. 182. Homilia *ad neophytos*, cujus initium: καθάπερ οἱ τ̃ σώματος ὀφθαλμοὶ &c. In edit. omissa tamquam spuria.

Fol. 195. Homilia *de jejunio, & eleemosyna*, cujus initium: σήμερον ἀγαπητοὶ τ̃ ἰατρὸν προσκωμήσωμεν &c. In edit. inter spurias tomo IX. pagina 800.

Fol. 200. *pag.* 2. Homilia in illud: *Euntes docete omnes gentes &c.* Incipit: ὁ πλάσας καὶ ποιήσας ἡμ̃ς Θεὸς &c. Spuria, & omissa in edit.

Fol. 204. Homilia, *quod Episcopus debeat docere*. Incipit: ὥσπερ ἐστὶ τ̃ γ̃ τὸ ἄροτρον &c. Spuria, & omissa in edit.

Fol. 208. Homilia in illud: *Ne judicetis ante tempus*. Incipit: μὴ πρὸ καιρ̃ τὶ κείνεται &c. Spuria item, & omissa in edit.

Fol. 212. Homilia in illud: *Diligite inimicos vestros*. Incipit: ἐν ταῖς παφ' ἡμ̃ν γινομέναις καθ' ἡμέραν &c. Spuria, atque rejecta ab editione.

Fol. 217. Homilia *de sacerdotio*, cujus initium: ὦ θαῦμα παράδοξον ὦ δύναμις ἄῤῥητος &c. In edit. tom. I. pag. 805. inter spurias.

Fol. 223. Homilia *in Nativitatem Christi*, cujus initium: πολλαὶ μὲν αἱ δωρεαὶ, ἐ χάεπις &c. Spuria, & omissa in editione.

Fol. 226. *pag.* 2. Ejusdem homilia *de vita*, cujus initium: ὁρ̃ν ἐγὼ τὰς πολλὰς τ̃ν ἀνθρώπων &c. In edit. tom. I. pag. 116.

Fol. 234. Homilia in *Turturem*, sive *Ecclesiam*. Incipit: ἡ τρυγὼν ἡ φιλέρημος ὅτε ἐν ὕλαις &c. In edit. tom. V. pag. 606.

CODEX CLI. *b.* II 5.

Chartaceus, constans foliis 149. sæculi XVI. Varia continet Sanctorum Patrum opuscula,

Fol. 1. Sunt *Divi* JOHANNIS CHRYSOSTOMI *orationes in Judæos*, eodem ordine, quo sunt in editione ultima tom. I. pagina 587. si secundam, & tertiam excipias, quæ in codice desiderantur.

Fol. 81. Ejusdem orationes septem *de Paschate* inter spurias a PP. *Benedictinis* rejectæ tomo VIII. pag. 251.

Fol. 134. *Divi* BASILII *Archiepiscopi Cæsareensis sermo adversus calumniantes ipsum, quod tres Deos diceret*. Incipit: μεγάλη παράκλησις ψυχαῖς διὰ τὸ μισεῖσθαι &c. In præfatione, quæ tomo secundo præmittitur *operum S. Basilii*, dicitur hic sermo suppositititius, & a Græco quodam compositus ad imitationem sermonis ejusdem *Basilii* contra Sabellianos, Arium, & Anomios.

Fol. 137. *pagina* 2. Ejusdem *sermo contra Sabellianos*, Arium, & Anomios. Incipit: μάχεται Ἰουδαϊσμὸς ἑλληνισμ̃ &c. In edit. tom. II. pagina 189.

Fol. 146. τ̃ ἁγιωτάτου καὶ σοφωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης ἡ οἰκουμενικ̃ πατριάρχου κυρ̃ κυρ̃ Φιλοθέου κατὰ Λατίνων. *Sanctissimi, sapientissimique Archiepiscopi Constantinopolis novæ Romæ, atque Oecumenici Patriarchæ Domini Domini Philothei adversus Latinos*. Incipit: ἠγούμεθα δεῖν πρὸς Λατίνους ποιούμενοι τ̀ λόγον ἀρχήν τινα ἐπινοῆσαι &c.

Hujus sermonis non meminere, nec Oudinus, nec Albertus Fabricius, qui multa tamen habent de *Philotheo*.

CODEX CLII. *b.* II. 6.

Chartaceus, foliis constans 217. sæculi XVI. parumper fœdatus, ubi *erotemata artis Grammaticæ* EMMANUELIS MOSCHOPULI, quorum initium: τί ἐστι προσῳδία &c.

Fol. 92. Observationes Grammaticales, mutilæ principio, forte ejusdem *Moschopuli*, qui plura scripsit de arte Grammatica. Subjiciuntur deinde varia analyseos grammaticæ exempla, in fine deficientia.

CO-

Digitized by Google

CODEX CLIII. *b.* II. 7.

Membranaceus, conſtans foliis 73. ſæculi XV. in quo recens quidam Græculus vetuſti codicis membrana uſus, dilutis literis antiquis, iiſque majoribus, quarum adhuc veſtigia apparent, eadem analyſeos Grammaticæ exempla ſcripſit, quæ in ſuperiori codice, initio quidem mutila, ſed in fine auctiora. Foliorum ſeries pluribus in locis perturbata eſt.

CODEX CLIV. *b.* II. 8.

Chartaceus, folia habens 109. ſæculi XVI. in quo

Fol 1. *Divi* JOHANNIS CHRYSOSTOMI *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani de ſacerdotio libri ſex*. Præmittitur ſingulis libris rerum ſumma, quæ iis continentur.

Fol. 94. GREGORII *Papæ* binæ epiſtolæ ad Leonem Iſaurum, quæ conveniunt omnino cum editis a Labbeo tomo VIII. pag. 651.

CODEX CLV. *b.* II. 9.

Fol. 157. Brevissima Chronica a Mundi exordio usque ad Isaaci Angeli renovatum Imperium, absque autoris nomine. Incipiunt: πλάττεται παρὰ Θεοῦ πρῶτος ἄνθρωπος εἰς γῆν ὁ Ἀδάμ. ἐκ δὲ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ οἰκοδομεῖται ἡ Εὔα. ὅτοι μετὰ τὸν τοῦ παραδείσου συγγινόμενοι ἔσχον υἱὸν τὸν Κάϊν &c.

CODEX CCLX. *c.* I. 14.

Chartaceus, initio mutilus, cui folia 39. sæculi XVI. Varia exhibentur symbola, ex animalibus desumta, quorum primo loco exploratur natura; postea moralis subjicitur expositio. Hæc comparantes cum *Physiologo Divi Epiphanii* Tom. II. edit. Petavianæ *pag.* 189. non levem observavimus discrepantiam. Plura enim capita sunt in Regio nostro Codice, quam in edito, & ipsa, quæ in editione, capita nonnulla prolixiora sunt in Codice.

CODEX CCLXI. *c.* I. 15.

Chartaceus, foliis constans 283. sæculi XVI. ubi

Fol. 1. Nicephori Blemmidæ *physica Epitome*, quam primum ex *Bibliotheca Augustana* edidit una cum Logica tractatione Johannes Wegelinus *Augustæ Vindel.* An. 1605.

Fol. 175. Sexti Empirici libri adversus Mathematicos, alterius exscriptoris manu exarati.

CODEX CCLXII. *c.* I. 16.

Chartaceus, folia habens 309. sæculi XVI. varia continet opuscula philosophica. Et quidem

Fol. 1. Διδασκαλία τοῦ Ψέλλου περὶ τῶν δέκα κατηγοριῶν καὶ τῶν προτάσεων καὶ τῶν συλλογισμῶν. Psselli *tractatus de decem prædicamentis, de propositionibus, atque syllogismis.* Incipit: Ἐπειδή τισιν οὐκ ὀλίγοι ὄφελον εἶναι τῶν τῆς διαλεκτικῆς ἐπιστήμην &c. Allatius in diatriba de *Psellis* dicit hoc opusculum anecdotum.

Fol. 59. Τοῦ σοφωτάτου πρεσβυτέρου καὶ μοναχοῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου ἔκδοσις ἐπιτομὴ περὶ λογικῆς ἐπιστήμης. ἡ μὲν οὖν

Digitized by Google

λα καὶ περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως. *Sapientissimi presbyteri, ac Monachi Nicephori Blemmidæ expositio accurata Logicæ artis, simulque de Physica auscultatione.*

Fol. 243. GEORGII PACHYMERI *prolegomena in octo libros Physicorum Aristotelis*, hoc titulo: Γεωργίου τοῦ Παχυμέρους τίς ὁ σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου. *Georgii Pachimeri de scopo præsentis libri.* Eumdem titulum legere est in catalogo *Biblioth. Vindobonensis* part. IV. pag. 56. & 66. Incipit vero: ὁ σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου ἐπιζητῆσαι περὶ τῶν ἀρχόντων ὄντων &c.

Fol. 247. Μετάφρασις τοῦ δευτέρου βιβλίου τῆς ἀποδεικτικῆς πραγματείας ἤτοι τῶν ὑστέρων ἀναλυτικῶν Ἀριστοτέλους. τοῦ Πτοχοπροδρόμου. *Expositio secundi libri de demonstratione; sive posteriorum analyticorum Aristotelis, autore* PTOCHOPRODROMO, idest *Theodoro Prodromo*, quem in MSS. codicibus sæpe *Ptochoprodromum* nominari, notavit Cangius in Indice *autorum Græcorum* pag. 32. Incipit: διαλαβὼν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς ἀποδεικτικῆς περὶ ἀποδεικτικοῦ συλλογισμοῦ καὶ ἀποδεικτικῆς ἐπιστήμης &c.

Recenfetur a *Fabricio* inter opera inedita *Theodori* Tomo VI. *Bibliot. Græcæ* pag. 820. Gesnerus autem numerat inter Codices MSS. *Bibliothecæ Vaticanæ.*

CODEX CCLXIII. c. I. 17.

Chartaceus, constans foliis 161. sæculi XVI. olim *Gabrielis* cognomento *Severi*. Habentur ibi

Fol. 1. Θεοδωρήτου θεραπευτικὴ τῶν Ἑλληνικῶν παθημάτων. THEODORETI *curatio Græcarum affectionum*, seu *adversus Gentes Sermones* XII. Initium ita se habet: πολλάκις μοι τῶν τῆς Ἑλληνικῆς μυθολογίας ἐξηρτημένων σιωπτυχηκότες τινὲς τὴν πίστιν &c. In edit. Sirmond. Tom. IV.

Fol. 159. *pag.* 2. Ὁμολογία πίστεως Ἰωσὴφ Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως. *Confessio Domini* JOSEPH *Archiepiscopi Constantinopolitani*. Incipit: ἐπεὶ βιάζομαι παρά τινων συναθροθῆναι τῷ Λατινικῷ δόγματι τὴν ἀκόρεστον ὁμολογεῖν τὸ παναγίου Πνεύματος ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ &c. Totus est porro in hac fidei professione, ut ostendat, dogma Latinorum de *processione Spiritus Sancti* adversari Evangeliis, Conciliis, & Patribus; ob quam rem se animum inducere non posse affirmat, ut processionem ex Patre, Filioque confiteatur.

Hæc a Græco quodam conficta valde suspicamur. Josephus enim Constantinopolitanus Archiepiscopus multum pro unione Græcorum, atque Latinorum laboravit in Concilio Florentino, ubi supremum diem obiit, absoluta jam quæstione de processione Spiritus Sancti, quam palam confessus est, oblatæ cedulæ manu propria subscribens. Hujus confessionis autoritatem ut imminuerent dogmatis Catholici oppugnatores, confessionem alteram, quam in Codice nostro legimus, forte supposuerunt; nisi malis dicere, hanc fidei formulam, priusquam simul conveniissent Græci cum Latinis, & finita esset quæstio, a Josepho emissam fuisse.

CODEX CCLXIV. c. I. 18.

Chartaceus, constans foliis 60. sæculi XVI. in quo

Fol. 1. Contenta in *Photii Bibliotheca* numero CCXXXIX. excerpta nimirum de *charactere, ac generibus carminum, & de celebrioribus poetis ex Procli philosophi* libris duobus χρηστομαθείας γραμματικῆς, *electorum grammaticorum.*

Fol. 12. Ἀνδρονίκου Περιπατητικοῦ περὶ παθῶν. ANDRONICI *Peripatetici de animi affectionibus*. Incipit: πάθος ἐστὶν ἄλογος ψυχῆς κίνησις διὰ ὑπόληψιν κακοῦ ἢ ἀγαθοῦ &c.

Quis sit hic *Andronicus Peripateticus*, qui de animi affectionibus scripserit, non est ita facile definire. Putant etenim nonnulli esse *Adronicum Callistum*, qui floruit tempore Gregorii Palæologi; alii vero *Andronicum Rhodium*, *Boetii Sidonii præceptorem*, atque ab Aristotele undecimum in successione, sub cujus nomine vulgatum fuisse libel-

Digitized by Google

libellum, teſtatur Fabricius tomo II. *Bibliothecæ Græcæ* pag. 151.

Fol. 23. NICEPHORI BLEMMIDÆ *Geographiæ Synopſis*.

CODEX CCLXV. *c.* I. 19.

Membranaceus, habens folia 198. ſæculi circiter XIV. ſatis nitidi characteris, initio tamen, & fine mutilus, ubi ἀκολουθία, ſeu *officia* in variis ſolemnitatibus perſolvenda, nec non preces quædam, atque orationes ſacro ritu in variis Eccleſiaſticis miniſteriis adhibendæ.

CODEX CCLXVI. *c.* I. 20.

Chartaceus, foliis conſtans 69. ſæculi XVI. inconcinno prorſus charactere exaratus, animadverſiones continet in libros *Analyticorum priorum Ariſtotelis*, aliosque tractatus Logicos, abſque ullo ordine, parvi ceteroquin momenti.

CODEX CCLXVII. *c.* I. 21.

Chartaceus, cui folia 161. ſæculi XVI. Sunt excerpta quædam varii generis ex *Epiphanio*, *Cyrillo*, *Anaſtaſio Sinaita*, *Chryſoſtomo*, *Baſilio*, aliisque: ſub finem vero quæſtiones, & reſponſiones circa omnes fere ſacræ ſcripturæ libros, abſque ullius autoris nomine.

CODEX CCLXVIII. *c.* I. 22.

Chartaceus, conſtans foliis 78. ſæculi XVI. in quo

Fol. 1. MELETII *Synopſis de natura hominis*, quæ fuit etiam in codice *b.* II. 10.

Fol. 20. Brevis tractatio logica, tacito autoris nomine.

Fol. 38. Sunt gnomica quædam ex partibus humani corporis, ſeu breve phyſiognomices compendium, in cujus fine eſt tabella Lunarium dierum, quibus fauſta, vel infauſta fiunt ſomnia.

Fol. 42. Πρόκλου σοφιστοῦ περὶ ἐπιστολιμαίων χαρακτῆρος. PROCLI SOPHISTÆ *Characteres epiſtolici*, quos ſub *Libanii* nomine editos fuiſſe anno 1597. apud Commelin. notat Fabricius tom. VIII. pag. 529. Plures tamen numerat codices MSS. in quibus *Proclo* attribuuntur.

Fol. 65. Abſque titulo, & autoris nomine habetur præcedentis opuſculi de conſcribendis epiſtolis expoſitio methodica, atque artificioſa.

CODEX CCLXIX. *c.* I. 23.

Chartaceus, cui folia 56. ſæculi XVI. duo amplectitur *Divi* GREGORII NYSSENI opuſcula.

Fol. 1. *Eſt ſermo Catecheticus ad eorum uſum, quibus inſtituendi catechumenos cura demandata eſt*. Incipit: ὁ τῆ κατηχήσεως λόγος ἀναγκαῖος μέν ἐστι &c. In edit. tom. III. pag. 43.

Fol. 54. Ejuſdem *in martyres*, & *adverſus Arianos*. Incipit: τί τοσοῦτόν ἐστιν εἰπεῖν ὅσον τοῖς ὀφθαλμοῖς πάρεστι βλέπειν &c.

CODEX CCLXX. *c.* I. 24.

Bombycineus, duplici exaratus columna, foliis conſtans 111. ſæculi XV. Sanctorum Patrum ſermones aliquot, & vitas complectitur.

Fol. 1. *Divi* CHRYSOSTOMI *homilia in principio quadrageſimæ de ejectione Adami e paradiſo*, cujus initium: προκειται ἡμῖν ἀγαπητοὶ πνευματικὴ τράπεζα. In edit. inter ſpurias tomo VI. pag. 539.

Fol. 21. *pag.* 2. Ejuſdem *homilia in illa verba pſalmi* LXXI. Deus judicium tuum Regi da &c. Incipit: ὥσπερ λύχνος φαίνων τῷ σώματι &c. Tamquam ſpuria omiſſa fuit a *Benedictinis*; ejus tamen initium legitur in Indice tomi XIV.

Fol. 27. *pag.* 2. *Sancti* EPIPHANII *Archiepiſcopi Cypri ſermo de ſepultura Chriſti*, cujus initium: τί τὸ σήμερον σιγὴ πολλὴ ἐν τῇ γῇ &c. In edit. tom. II. pag. 259.

Fol.

Digitized by Google

Fol. 40. *Divi* GREGORII NAZIANZENI *oratio in ſanctum Paſcha, & de tarditate.* Incipit: ἀναςάσεως ἡμέρα ἐς ἡ ἀρχὴ &c. In edit. XLI.

Fol. 42. AMPHILOCHII *Iconienſis Epiſcopi de vita, & miraculis Sancti Baſilii.* Incipit: ἀγαπητοὶ ἐκ λῶ ἀπειπὼν ὀγκώμονας ἰδὼς &c. Græce, & Latine in *Amphilochio Combefiſii* pag 155.

Fol. 71. *pag.* 2. *Sancti* EPHREM *ſermo in venerandam, atque vivificam crucem, & de pœnitentia.* Incipit: πᾶσα ἑορτὴ καὶ πρᾶξις τῦ κυρίυ ἡμῶν &c. In edit. tom. II. pag. 247.

Fol. 74. *Acta magni Martyris Theodori Tyronis*, ſeu *Teronis*, imperfecta circa finem. Initium autem hoc eſt: ὥσπερ φαίνει ὁ ἥλιος τοῖς ὁρῶσιν, ὕτως ἐς περὶ τῶν μαρτύρων λόγος τις ἀκούσιν &c. Latine apud Surium die VII. *Februarii.*

Fol. 79. *Vita, & mores Sancti Patris noſtri Thaumaturgi Nicolai*, cujus initium: ἀλογητὸς εἶ κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ θαυμάσια καὶ ἀόρατα ἔργα ποιῶν &c. Incerti autoris fœtum exiſtimat Lambecius lib. VIII. pag. 376.

Fol. 87. *Vita, & mores ſancti Johannis Calybitæ.* Incipit: βίον καλὸν καὶ ἀμόλυντον καὶ ἐνάρετον ἀνδρὸς δικαίυ ἐς πλείυ βούλομαι διηγήσασθαι τῇ ἡμῶν ὁμονοίᾳ γεγονότα ἐν τοῖς χρόνοις ἡμῶν &c. Porro ex hoc initio colligitur, & quidem non obſcure, autorem fuiſſe Johanni contemporaneum. Allatius tamen in *Diatriba de Symeonum ſcriptis* pag. 119. dicit eſſe incertum.

Fol. 94. Homilia in illud Geneſeos: *Dixit Deus, producat terra animam viventem juxta genus ſuum &c.* abſque autoris nomine. Incipit: ἦλθε τὸ προσταγμα οὗ βαδίζων, καὶ ἀπέλαβε καὶ ἡ γῆ τὸ ἴδιον κόσμον &c.

CODEX CCLXI. *c.* I. 25.

Partim membranaceus, partim chartaceus, folia habens 172. ſæculi XV. & XVI. plures tractatus philologicos, multiplici pariter charactere exaratos, continet.

Fol. 1. Ἰσαὰκ μοναχῦ περὶ μέτρων ποιητικῶν. ISAACI *Monachi de metris poeticis tractatus*, qui recenſetur etiam in catalogo MSS. codicum Angliæ tomo II. pag. 246.

Autor ſæculo XIV. floruit, mathematicis diſciplinis inſtructus, ut ex ejus *canone Paſchali*, quem Petavius ſuo *Uranologio* inſeruit, aliiſque operibus MSS. relatis a Fabricio in tom. X. pag. 177. *Græcæ Bibliothecæ*, ſatis liquet. Initium autem hujus opuſculi eſt hujuſmodi: μέλλοντες περὶ μέτρων τῶν ἐν ταῖς ποιητικαῖς βίβλοις ἐμφερομένων βραχείαν τινὰ πρὸς τὰς νέας τῷ διδασκαλίαν ποιήσεσθαι δέον ᾠήθημεν προεκθεῖναι πόθεν οἱ ἔκπαλαι ἄνδρες ἐκεῖνοι μέτροις ἐπενόησαν κοσμεῖν τὰ ἑαυτῶν συγγράμματα &c.

Fol. 19. *pag.* 2. Γεωργίυ Γραμματικῦ τῦ Χοιροβοσκῦ περὶ τ ποιητικῶν τρόπων, GEORGII GRAMMATICI CHOEROBOSCI *de tropis poeticis*, idem prorſus tractatus, qui in codice *b.* V. 33.

Fol. 26. *pag.* 2. Περὶ τ τ λέξεως παθῶν ἅπερ ἐν τοῖς ποιητικοῖς μάλιςα βιβλίοις εὑίσκονται. *De affectionibus dictionum, quales in poeticis præcipue libris inveniuntur.* Deſideratur autoris nomen. Incipit vero: τὰ τ λέξεως πάθη, ἢ ἀπὸ πλεοναςμῦ γίνονται ἢ ἀπὸ ἐνδείας. ἐς ἀπὸ πλεοναςμῦ μὲν εἰσιν εἴδη ἑννέα. ὡσαύτως δὲ καὶ ἀπὸ ἐνδείας εἴδη θ. ὡς γίνεσθαι ἐξ ἀμφοτέρων συζυγίας θ. ἀντικείμενα ἀλλήλαις. εἰσὶ δὲ αὗται: α. προθεσις καὶ ἀφαίρεσις: β. ἀναδίπλωσις καὶ ἄρσις: γ. ἔκτασις ἐς συςολή: δ. ἐπέκτασις ἐς συγκοπή: ε. διαίρεσις καὶ συναλοιφή: ς. παρένθεσις καὶ ἔλλειψις: ζ. διπλασιασμὸς ἐς παρέλλειψις: η. παρέμπτωσις καὶ ἔκθλιψις: θ. προσχηματισμὸς καὶ ἀποκοπή &c.

Fol. 29. *pag.* 2. Opuſculum ignoti, pariter autoris περὶ τ σολοικοφρόνων χημάτων. τίνα τίνων διαλέκτων εἰσίν. *De barbararum vocum ſchematis, quæ propriæ ſunt quibuſdam dialectis.* Incipit: ἀίβοεῖς τοῖς θηλυκοῖς ὀνόμασιν ἀρσενικὰ συντάττυσι ἐπίθετα. ὡς τὸ παρ' Ὁμήρῳ κλυτὸς Ἱπποδάμεια. καὶ θερμὸς Αἰτή. ἐς ἀγὸς Πολιοῖο. καὶ παρ' Ἡσιόδῳ. Δαιζομένυ πόλεως. ὁμοίως δὲ ἐς τοῖς ἑτέροις ὀνόμασιν ἀρσενικὰ ἐς θηλυκὰ ἐπίθετα. καὶ μετοχὰς ἀρσενι-

ἀρσενικὰς τὰ καὶ θηλυκὰς ἐπιφέρουσιν &c.

Fol. 34. Τρύφωνος περὶ τῶν παθῶν τῆς λέξεως. *Tryphonis de affectionibus dictionum.* Incipit: τὰ τῆς λέξεως πάθη εἰς δύο γενικώτατα διαιροῦνται &c. Græce, & Latine habetur ad calcem *Grammaticæ Græcæ* Alexandri Scoti. Lugduni anno 1614.

Fol. 37. Τοῦ κυροῦ Μανουὴλ Μοσχοπούλου περὶ τῶν αὐτῶν ἀκριβέστερον. *Domini Emmanuelis Moſchopuli de iiſdem affectionibus dictionum diſquiſitio accurata*, cujus initium: ἐν τοῖς πάθεσι τῆς λέξεων, προσθέσεις ἰδίως λέγεται. ἔστι δὲ αὕτη προσθήκη γράμματος φωνήεντος κατὰ τὴν ἀρχὴν ὡς συλλαβὴ προστιθέντος &c. Huic autem tractatui ſubjuncta fuit a recentiori ſcriba commentatio de *metris Rhetoricis*.

Fol. 45. Theodosii *Grammatici Alexandrini canones Iſagogici de nominum declinatione, & prolegomena* Theodosii *canonum ex ore Georgii Diaconi*. Eodem prorſus modo, quo in codice *c.* I. 3.

Fol. 69. Eſt opuſculum de accentibus, omni deſtitutum titulo. Incipit autem: ὁ Θρὰξ Διονύσιος οὐκ ἀπὸ τῶν γραμμάτων ἢ τῆς προσῳδίας ἤρξατο. ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὅρου τῆς γραμματικῆς. Θεοδόσιος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἀπὸ Θεοῦ ἤρξατο εἶτα περὶ προσῳδῶν. ἡμεῖς δὲ ἐξ Ἡρωδιανοῦ ἐκλεξάμενοι ἀπὸ τῆς προσῳδίας ἀρξώμεθα &c.

Fol. 72. Compendium opuſculi Georgii Choerobosci *de tropis poeticis*.

Fol. 73. *pag.* 2. Αἰλίου Ἡρωδιανοῦ περὶ μονήρους λέξεως. Ælii Herodiani *de vocibus monoſyllabis*.

Fol. 74. Τοῦ χάραχος περὶ ὀρθογραφίας. Johannis Characis *de Orthographia*.

Fol. eodem pag. 2. Ἰωάννου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρείας τονικῶν παραγγελμάτων ἐπιτομή. Johannis *Grammatici Alexandrini epitome tonicorum præceptorum*.

Fol. 76. *pagina* 2. Σωφρονίου πατριάρχου περὶ στιγμῆς. Sophronii *Patriarchæ de interpunctione*.

Fol. 79. Τοῦ σοφωτάτου Ψέλλου καὶ ὑπερτίμου περὶ λίθων δυνάμεων. *Sapientiſſimi, ac venerandi* Pselli *tractatus de lapidum virtutibus*, cujus initium: αἰτιολογίσασθαί μέν σοι τὰς ἐν τοῖς λίθοις δυνάμεις οὐκ ἐν τολμήσαιμι &c. Græce, & Latine prodiit primum anno 1615.

Fol. 81. Scholia nonnulla in *Lucianum*, *Lycophronem*, & *Iſocratem*, variis ex codicibus, ut dicitur, excerpta.

Fol. 107. Λεξικὸν τῶν Ἡροδοτείων λέξεων. *Lexicon vocum quarumdam, quæ in uſu ſunt apud Herodotum*; idem, ni fallor, ac illud, quod ex *codice Goldaſti* reperiri in *editione Gronoviana*, notat Fabricius *Bibliot. Græcæ* tom. X. pag. 91.

Fol. 109. Κωνσταντίνου τοῦ Λασκάρεως προλεγόμενα τοῦ σοφοῦ Ὀρφέως. *Conſtantini Laſcaris prolegomena in Orpheum*, quæ quidem non multis abhinc annis edita primum fuerunt Græce, & Latine ex hoc eodem codice cum animadverſionibus in parte prima *Marmorum Taurinenſium*.

Fol. 111. Ejuſdem opuſculum περὶ ποιητοῦ, *de Poeta*, in quo breviter poeſeos natura, atque origo indagatur, & varia illius genera indicantur. Hoc utpote breviuſculum hìc ſubjicere opportunum duximus, non inſuave profecto futurum poetices amatoribus:

Ἐπειδὴ ὁ λόγος περὶ ποιητοῦ καὶ τῶν περὶ αὐτὸν τυγχάνει λεκτέον ἂν εἴη ὀλίγα περὶ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος δι' ὀφελείαν τῶν ἀκροατῶν. ἔστι τοίνυν ποιητὴς κατὰ παλαιὸν τρόπον φιλόσοφος ἡ δὲ ποιητικὴ τρόπη φιλοσοφία εἰσάγουσα εἰς τὸν βίον ἡμᾶς ἐκ νέων. καὶ διδάσκουσα ἤθη καὶ πάθη καὶ πράξεις μετ' ἡδονῆς, ὡς χάριν ψυχαγωγίας μόνον γινομένη κατὰ Ἐρατοσθένη ἀλλὰ διδασκαλίας μετὰ ψυχαγωγίας. ἡ ποιητὴς ἐστι κατὰ Στράβωνα ἀνὴρ ἀγαθὸς ἢ μόνος σοφός, καὶ οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν γενέσθαι ποιητὴν μὴ πρότερον γεγονότα ἄνδρα ἀγαθόν. ἔτι ποιητὴς ἐστι καὶ δημιουργὸς σωσθήσεως τρόπης μετελικῆς. ἢ ποιητικὴ ἐστι τρόπη κατασκευὴ ἢ ἀρχὴ καὶ πηγὴ φράσεως ἢ ῥητορικῆς. ἡ ποιητικὴ ἐστι κατὰ Πλάταρχον μιμητικὴ τέχνη καὶ δύναμις ἀντίστροφος τῇ ζωγραφίᾳ. ὅθεν ἢ τὸ λεγόμενον. ζωγραφίαν μὲν εἶναι φθεγγομένην, τὴν ποίησιν δὲ σιγῶσαν ζωγραφίαν. ἡ ποιητὴς ἐστι μιμητὴς φύσεως καὶ ἡ ποιητικὴ μίμησις τῆς αὐτῆς; ἔχει δὲ τέλος ἀρχαῖον παρ' Ἕλλησιν ἀπὸ Κάδμου τοῦ Ἀγηνορος καὶ τῶν ἄλλων Φοινίκων τῶν ἐλθόντων ἐν Βοιωτίᾳ καὶ οἰκησάντων Θήβας τὰς ἑπταπύλους. ἰδοὺ δὲ ἐν τοῖς ἱερεῦσι καὶ μυστηρίοις ὅθεν χρησμοὶ ἢ ἐπιγράμματα ἰδοὺ ἐρεῖ τότε. πρῶτος δὲ τῶν

τῶν Ἑλλήνων ποιητὴς καὶ σοφὸς Μυσαῖος Ἐλευσίνιος ἐγένετο παρὰ τ Φοινίκων διδαχθεὶς θεογονίαν ⁊ σφαῖραν ποιήσας. δεύτερος Λίνος Θηβαῖος κοσμογονίαν ἡλίου ⁊ σελήνης πορείαν, ⁊ ζώων, ⁊ καρπῶν γεννήσεις ἐκδούς. τρίτος Ὀρφεὺς Θρᾴξ μαθητὴς Λίνου πάμπολλα ποιήσας ⁊ πολλοὺς σοφίσας. τούτους δὲ τοὺς τρεῖς πρώτους σοφοὺς ποιητὰς ἀρχηγοὺς φιλοσοφίας παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εἶναι φησὶν ὡς φησὶν Διογένης ὁ Λαέρτιος. συνέθηκαν δὲ πάντα μέτρῳ καὶ ῥυθμῷ οὐκ ἀλόγως ἐπεὶ γὰρ φιλοσοφία ἐστὶ μίμησις Θεοῦ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ. ὁ Θεὸς δὲ πάντα μέτρῳ καὶ ῥυθμῷ ἐποίησεν, ἀναγκαῖον ἔδοξεν αὐτοῖς ὡς φιλοσόφοις ⁊ μιμηταῖς Θεοῦ ὁμοιοτρόπως συνθεῖναι. εἶτα οἱ μετ' αὐτοὺς λύσαντες τὸ μέτρον ἐποίησαντο τ πεζὸν λόγον, καταπέσοντα ἀπὸ τοῦ ὕψους τ ποιητικῆς ὥσπερ ἀπὸ ἵππου. πρῶτοι μὲν οὖν οἱ τ Ἑλλάδος σοφοὶ ἐφ' ὧν οὐκ ὀλίγοι Μελάμπους, Δαίδαλος, Ἀπόλλων, Ἀσκλήπιος, Χείρων, Ἡρακλῆς, Ναύπλιος, Παλαμήδης, ⁊ πολλοὶ τ Κενταύρων ⁊ Λαπίθων, Ἀργοναυθῶν δὲ ⁊ τ στρατευσάντων ἐπὶ Θήβας καὶ Ἴλιον δὶς. μετ' αὐτοὺς δὲ πολλοὶ ἄνθρωποι ποιητικώτεροι ἐγένοντο, Σύναγρος, Ὤμηρος, Ἡσίοδος, ⁊ ἄλλοι κατὰ χωρύς. τοῦτο δὲ τὸ τοῦ ποιητοῦ ὄνομα γενικὸν ὂν περιέχει ὑφ' αὑτῷ εἴδη πολλά. διαιροῦνται δὲ εἰς ποιητὴν Κωμικὸν, Τραγικὸν, Σατυρικὸν, Διθύραμβον, Γυμνογράφον, Ἀσματογράφον, Ἐπιγραμματογράφον, Ἐπιθαλαμιογράφον, Λυρικὸν, Μονῳδὸν, ⁊ ἄλλα εἴδη πολλά, ὧν αἱ φύσεις ⁊ τὰ τέλη διάφορα. τοῦ δὲ κυρίως ⁊ κατ' ἐξοχὴν λεγομένου ποιητοῦ γνωρίσματα τέτταρά εἰσιν, ἰσοεία παλαιὰ ἤτοι ἀγενὴς ἧς τέλος ἡ ἀλήθεια, μῦθος ἀληγορικὸς ἧ τέλος ἡ ἡδονὴ καὶ ψυχαγωγία τ ἀκροωμένων, λέξις πρὸς ἤτοι ᾠδὴν, ἰδιωμάτων δεινῶς συγκειμένη ⁊ μέτρον ἡρωϊκὸν μετ τ αὐτοῦ εἰδῶν ⁊ παθῶν. πᾶς δὲ ὁ μηχρώμενος τούτοις, οὐκ ἔστι ποιητὴς, καὶ ποιηταὶ μὲν κατ' ἐξοχὴν ἀποκαλοῦνται ἔτι Ὤμηρος, Ἡσίοδος, Ἀντίμαχος, Παπύασις, Πεισάνδρος, ἐπικοὶ δὲ μείζους. διαιροῦνται δὲ οἱ ποιητικοὶ λόγοι εἰς τρία, εἰς ᾠδὴν, μέσον, ⁊ ἰσχνόν. καὶ τῷ μὲν ᾠδῇ ἐχρήσαντο οἱ φυσικοὶ, εἶτα οἱ ἡρωϊκοὶ δεινῷ ὄντι καὶ τῷ φράσει ⁊ τ ὑποθέσει ἐν ταῖς πράξεσι τ ἡρώων. τῷ δὲ μέσῳ οἱ τὰ γεωργικὰ ⁊ ἄλλα τοιαῦτα ποιήσαντες. τῷ δὲ ἰσχνῷ οἱ τὰ βουκολικὰ καὶ ἐρωτικά. πολλάκις δὲ οἱ ποιηταὶ ⁊ τοῖς τρισὶν ἐχρήσαντο κατὰ τὰ παραγόμενα πρόσωπα ⁊ ὕλῃ, τ φύσιν τ ἀνθρώπων μιμούμενοι.

Quandoquidem de Poetis, & Principibus in hac ſcientia incidit ſermo, pauca quædam de ipſo nomine ad utilitatem audientium nobis præmittenda ſunt. Eſt igitur Poeta antiquis primus Philoſophus, & Poeſis prima Philoſophia, nobis ab adoleſcentia vivendi normam oſtendens, ac mores, affectus, & operationes ſuaviter edocens, non ſolum ad recreationem animi inventa ſecundum Eratoſthenem, ſed inſuper ad diſciplinam. Vel Poeta eſt ſecundum Strabonem vir optimus, & ſolus ſapiens, nec quiſpiam optimus evadet Poeta, niſi prius optimus vir ſit. Inſuper poeta artifex eſt primæ compoſitionis metricæ, poeſis vero eſt prima præparatio, initium, & fons locutionis, atque Rhetorices: ſeu ex Plutarchi ſententia poeſis eſt ars imitatrix, atque facultas picturæ reſpondens, unde effatum illud, picturam loquentem eſſe, poeſim vero tacitam picturam. Vel poeta eſt naturæ imitator, ac poeſis ejuſdem imitatio. Initium vero habuit apud Græcos a Cadmo Agenoreo, aliiſque Phœnicibus, qui Bœotiam advenientes Thebas ſeptem portis inſtructas habitarunt. Et primo quidem ſacerdotes, & vates eam profitebantur, unde oracula, & epigrammata plurimum tunc in uſu erant. Primus itaque Græcorum Poeta, ac ſapiens Muſæus Eleuſinius a Phœnicibus edoctus Theogoniam, & ſphæram verſibus expreſſit. Secundus Linus Thebanus Choſmogoniam, Solis, & & Lunæ curſum, nec non animalium, & fructuum generationes expoſuit. Tertius Orpheus Thrax Lini diſcipulus plura ſcripſit carmina, multa ſapientia referta. Hos igitur tres primos ſapientes Poetas philoſophiæ duces invenire eſt apud Græcos, inquit Diogenes Laertius. Diſpoſuerunt autem omnia metro, ac rythmo, ratione utique duce. Eſt enim philoſophia Dei imitatio, quantum humanæ vires ferunt. Quapropter quum Deus in omnibus metrum

Digitized by Google

trum, & rythmum ſervaverit, neceſſe ipſis viſum eſt, tamquam philoſophis, Deique imitatoribus, ſimilem modum, & formam adhibere. At eorum deinde ſucceſſores metrum ſolventes, pedeſtrem ſermonem fecerunt, a poetices ſublimitate tamquam ex equo delapſum. Primi igitur hi Græciæ ſapientes, a quibus plerique alii, Melampos, Dædalus, Apollo, Aſclepius, Chæron, Heracles, Nauplius, Palamides, multique ex Centauris, Lapithis, Argonauthis, iiſque, qui ad Thebas, Iliumque bis pugnarunt. Poſt hos multi adhuc homines poeticam excoluerunt, Syager, Homerus, Heſiodus, aliique, ſuis quiſque temporibus. Hoc autem Poetæ nomen generale cum ſit, multas ſub ſe continet ſpecies, dividituruque in Poetam Comicum, Tragicum, Satyricum, Dithyrambicum, Hymnorum, Canticorum, Epigrammatum ſcriptorem, Epithalamicum, Lyricum, Monodicum, aliaſque multas ſpecies, quarum natura, & finis omnino diverſus eſt. Attamen Poetæ proprie, & per excellentiam dicti inſignia quatuor numerantur, hiſtoria antiqua, ſeu nobilis, cujus finis veritas; fabula allegorica, cujus finis ſuavitas, atque animi adoleſcentum oblectatio; dictio copioſa, ſeu grandis, propriis vocabulis rem unamquamque exprimens, denique metrum heroicum cum ſuis figuris, atque affectibus. Quicumque his non utitur, Poeta dici nequit. Et Poetæ quidem per excellentiam hi appellati ſunt, Homerus, Heſiodus, Antimachus, Panyaſis, Piſander; verſificatores autem innumeri. Dividitur vero Poeticus ſtilus trifariam, in grandem, medium, & gracilem. Grandem adhibuerunt primum Phyſici, deinde Heroici, utpote validum, & dictionem, atque argumentum in actionibus heroum exhibentem: medio uſi ſunt, qui Georgica, atque ſimilia ſcripſerunt; gracili tandem, qui Bucolica, atque amatoria. Sæpius tamen contigit, ut Poetæ adhibuerint omnes tres ſecundum inductas perſonas, atque materiem, hominum naturam imitati.

Fol. 112. *pag.* 2. Tractatus alter: πόθεν ἀρέθησαν τὰ γράμματα. *Quomodo literæ inventæ fuerint.* Pluribus modis tractatur hæc quæſtio; unde ſuſpicari licet, quæ ſub uno, eodemque titulo ſæpius repetito hìc leguntur, e variis ſcriptoribus excerpta fuiſſe.

Fol. 121. Opuſculum abſque titulo, atque autoris nomine, in quo de arte grammatica, & de ſermonis elegantia, variiſque uſitatis figuris differitur. Initium ſit his verbis: ἡ τῦ λόγυ χρῆσις ἄρηται μὲν ἢ μᾶλλον τοῖς ἀνθρώποις δέδοται παρὰ Θεῦ τ ἀναγκαίας κοινωνίας ἕνεκα. φιλόκοινον γὰρ ζῶον ὁ ἄνθρωπος &c.

CODEX CCLXXII. c. I. 26.

Chartaceus, foliis conſtans 203. circa finem ſæculi XVI. Sunt Græcæ linguæ inſtitutiones grammaticales, ignoti plane autoris.

CODEX CCLXXIII. c. I. 27.

Chartaceus, habens folia 395. ſæculi XVI. ubi THEOPHYLACTI ACRIDÆ *in Bulgaria Epiſcopi commentaria in aliquot Divi Paulli epiſtolas.*

Fol. 1. Commentarius in epiſtolam ad Romanos, cujus proœmium incipit: σωεχὴς ἀνάγνωσις τ θείων γραφῶν εἰς τὸ γνῶσιν αὐτῶν ἄγει &c. In editione Londinenſi pag. I.

Fol. 108. *pag.* 2. Commentarius in epiſtolam ad Hebræos, cujus proœmium incipit: ἐθνῶν μὲν Ἀπόστολος ἦν ὁ μακάριος Παῦλος. κατὰ δὲ χρὶ αὐτὸν ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους φησίν &c. In edit. pag. 871.

Fol. 213. *pag.* 2. Commentarius in epiſtolam primam ad Corinthios, cui præmittitur proœmium, ab eo, quod eſt in editione pagina 161. valde diverſum. Illud propterea, uti reperitur in Regio codice, præſtat exhibere, ut cum edito comparari poſſit.

Ἡ Κόρινθός ἐστι μὲν πόλις τ Ἑλλάδος, κομῶσα δὲ πρὸς αὐτὰ πλούτῳ χρὶ σοφίᾳ χ πολλοῖς ἄλλοις εὐπορήμασιν. ἐν ταύτῃ πολλὰ πέπονθεν ὁ Παῦλος. ἐν ταύτῃ γὰρ αὐτῷ φανεὶς ὁ Χριστός, χ μὴ σιγήσῃς

Digitized by Google

σης, φησίν, ἀλλὰ λάλει. διότι λαός μοι πολύς ἐστιν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει. τίνι γὰρ ἄλλῳ μεγάλῳ καὶ πολυάνθρωπον πόλιν ἰδὼν ὁ Διάβολος τῆς ἀληθείας ἐπειλημμένην, διαιρεῖ τοὺς ἀνθρώπους. καὶ οἱ μὲν αὐτοχειροτόνητοι διδάσκαλοι γεγόνασι. τοῦ δὲ πλήθους οἱ μὲν τούτοις ἐφοίτων οἷα σοφωτέροις. καὶ πλέον τι τοῦ Παύλου διδάσκειν δυναμένοις. οἱ δὲ ἐκείνοις ἅπτε πλουσιωτέροις. καὶ μεῖζον ἐκείνων δυναμένοις εἰς περιουσίαν. καὶ ἄντως ἀντιφιλοτιμούμενοι, διέπον τὴν ἐκκλησίαν. ἔν μέν ἦν τοῦτο χαλεπόν, ἕτερον δέ, ὅτι συγγενόμενός τις τῇ ἑαυτοῦ μητρυιᾷ, οὐ μόνον οὐκ ἐπεσιμήθη παρὰ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ ὠχλαγώγει καὶ ἐφυσᾶτο ἐπὶ τῇ ἔξω σοφίᾳ. καὶ ἄλλο δὲ πάλιν, ὅτι τὴν δηθεν πλειοτητός τινες ἀπὸ γαστριμαργίας ἤθιον εἰδωλόθυτα. καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς κατακλινόμενοι πολλοὺς ἔβλαπτον. καὶ ἄλλοι δὲ μαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ χρημάτων παρὰ τὴν ἔξω τὴν ἐκκλησίας ἀδικάζοντο. καὶ ἕτεροι δὲ καθ' ἑαυτοὺς ἐθίοντες ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τοῖς δεομένοις οὐ μεταδίδοσι. ἄλλοι δὲ μεγαφρονοῦντες ἐπὶ τοῖς χαρίσμασι, πρὸς ἀλλήλους ἐζηλοτύπουν. καὶ ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως δὲ λόγος ἐχώλαινεν ἐν αὐτοῖς. ἐδόκουν δὲ πολλοὶ παρ' αὐτοῖς περιήεσαν κατὰ τοὺς Κυνικοὺς φιλοσόφους. ἔγραψαν μὲν οὖν διὰ Στεφάνου καὶ Φορτουνάτου, καὶ Ἀχαϊκοῦ περὶ τοῦ Ἀποστόλου περὶ γάμου καὶ παρθενίας τἄλλα παραλιπόντες. ἀντιγράφει δὲ λοιπὸν αὐτοῖς οὐ μόνον ὑπὲρ ὧν ἔγραψαν, ἀλλὰ δὲ περὶ ὧν οὐκ ἔγραψαν πάντα μετὰ ἀκριβείας μαθών. ἐπειγῶν μεῖζον πάντων τῶν ἄλλων ἰδεῖν τὰ σχίσματα εἶναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. τοῦτο δὲ ἀπὸ ὑψηλοφροσύνης ἐτίκτετο, τὴν ὑψηλοφροσύνην πρώτιστον καθαιρεῖ. ἐν ταύτῃ γὰρ δὲ ὑψηλότερα διδάσκειν ᾤοντο. διὸ δὲ ὅτως ἄρχεται.

Corinthus Græciæ Civitas est multis divitiis, viriſque ſapientibus, aliisque ornamentis conſpicua. In hac multa paſſus eſt Paulus. Ibi enim ipſi apparens Chriſtus, ne ſileas, inquit, ſed loquere, quoniam mihi populus ingens eſt in hac civitate. Hanc igitur præclaram, atque hominibus frequentem civitatem vera doctrina imbutam videns Diabolus, homines diviſit. Et alii quidem proprio ſe ſuffragio doctores crearunt; ex multitudine vero alii iſtis conſentiebant, quaſi plus ceteris ſaperent, melioremque, quam Paulus, doctrinam tradere valerent; alii vero propterea quod illos locupletiores, potentioreſque haberent; atque hoc modo invicem certantes Eccleſiam diviſerunt. Et hæc quidem prima mali labes, ſed alia inſuper aderat ſcandali occaſio, quod quis propria abuſus noverca non ſolum aliorum reprehenſionem effugerat, ſed & turbas ciebat, & extollebat ſe ſe propter externam ſapientiam. Præterea quidam, qui ſe perfectiores jactabant, ex ingluvie idolothyta comedebant, atque dum ſacra peragerentur, diſcumbentes multos lædebant; alii autem inter ſe contendentes propter divitias, extra Eccleſiam lites agebant; alii in Eccleſiis ſe invicem mordentes, indigentibus nihil impertiebantur: alii propter dona elati, mutua flagrabant invidia. Porro reſurrectionis ſermo apud ipſos plane claudicabat, & multi comati apud ipſos incedebant more Cynicorum philoſophorum. Scripſerunt igitur per Stephanum, Fortunatum, atque Achaicum Apoſtolo de nuptiis, & Virginitate interrogantes, aliis prætermiſſis. Ipſe vero reſpondit non ſolum circa ea, de quibus interrogaverant, ſed de aliis etiam, omnia exquiſite, accurateque expendens. Quoniam vero graviſſimum omnium erat, ſchiſmata eſſe in Eccleſia, quæ quidem ex arrogantia ortum habebant, ipſam primum arrogantiam e medio tollit. Ex ea enim altiora docere ſe ſe arbitrabantur. Quocirca & hoc modo incipit.

Fol. 311. *pag.* 2. Commentarius in epiſtolam II. ad Corinthios. Procemium incipit: διάπραν περὶ Κορινθίους τίθεσιν ἐπιστολὴν ὁ μακάριος Παῦλος &c. In edit. pag. 323.

Fol. 371. Commentarius in epiſtolam I. ad Timotheum, cujus procemium ſic incipit: τὴν τοῦ Παύλου μαθητὴν ὁ Τιμόθεος ἰδὼν &c. In editione pagina 739. Deficit circa finem.

CODEX CCLXXIV. *c.* I. 28.

Chartaceus, conſtans foliis 230. ſæculi XVI. in quo opuſcula varia philologica. Et quidem

Fol.

Digitized by Google

Fol. 1. GEORGII LECAPENI, & ZARIDÆ ANDRONICI epistolæ numero triginta duæ, quot etiam in codicibus MSS. *Bibliothecæ Bavaricæ, & Bibliothecæ Regiæ Parisiensis* reperiri, affirmat Allatius in diatriba de *Georgiis*. Ceterum in nostro Codice nullo præditæ sunt titulo, nullaque inscriptione, adnotationibus tamen *interlinearibus* interdum illustrantur. Viginti tres referuntur etiam in *Bibliotheca Coisliniana* pag. 434. sed fere omnes suis distinctæ titulis.

Fol. 81. Tractatus de artificio grammatico, cujus initium: χάφειν, τὸ συγχάφειν λόγον ἢ ἄλλην τινὰ ἰσαείαν. ὅθεν ἐ συγγραφάς &c. Memorat etiam Allatius loco supra citato tamquam ineditum, & sub ejusdem *Georgii Lecapeni* nomine, ait reperiri in *Bibliotheca Vaticana*.

Fol. 122. *pag.* 2. Μιχαὴλ πρεσβυτέρυ ἐ Συγκέλλυ τῦ Ἀποσολικῦ θρόνυ τ Ἱεροσολύμων μέθοδος περὶ τ τῦ λόγυ συνθέσεως χεδιαθεῖσα ἐν Ἐδέσῃ πόλει Μεσοποταμίας Συρίας αἰτήσει Λαζάρυ Διακόνυ χ Φιλοσόφυ. MICHAELIS *presbyteri, & Syncelli Apostolicæ Hierosolymorum sedis methodus de constructione orationis, dictata Edessæ urbe Mesopotamiæ in Syria, rogante Lazaro Diacono, atque Philosopho*. Incipit: ἡ περὶ τ συνθέσεως τῦ λόγυ διδασκαλία, πολλήν χ βαθεῖα καθέσηκε φιλομαθέσαν Λάζαρε &c. Scribit Allatius in laudata *diatriba de Georgiis* & hunc libellum sub *Georgii Lecapeni* nomine editum fuisse, contra MSS. codicum fidem *Bibliothecarum Vaticanæ, Barberinæ, Vallicellanæ, Coislinianæ*, quibus concinit & Taurinensis.

Fol. 155. Περὶ λέξεως τῦ Φιλοπόνυ. PHILOPONI *opusculum de dictione*. Incipit: λέξις ἐσὶ φωὴ ἐγγράμματος μέρος λόγυ παριστῶσα, τ δὲ λέξεων αἱ μέν εἰσι ποιητικαὶ, αἱ δὲ κοιναὶ, αἱ δὲ κατὰ διάλεκτον &c.

Fol. 161. Τρύφωνος γραμματικῦ περὶ τρόπων. TRYPHONIS *grammatici tractatus de tropis*, cujus initium. φράσις ἐσὶ λόγος ἐγκατάσκελος, ἢ λόγος κατά τινα δήλωσιν περιοτικὸν ἐκφερόμενος. τ δὲ φράσεως εἴδη εἰσὶ δύο χυρολογία π καὶ τρόπος &c.

Fol 166. *pag.* 2. Sequuntur observationes quædam grammaticæ absque ullo titulo, prætermissoque autoris nomine.

CODEX CCLXXV. *c.* I. 29.

Chartaceus, foliis constans 144. sæculi XVI. κῆμα primum *Andreæ Darmarii*, postea *Gabrielis Philadelphiæ Metropolitæ*, ut initio codicis scriptum est.

Varia primo loco habentur opuscula, seu potius excerpta ab ipso Darmario ad medicinam spectantia, in quibus de natura hominis, de quatuor elementis, de partibus humani corporis, aliisque similibus agitur, parvi tamen momenti.

Fol. 25. Κυράννυ βασιλέως Περσῶν περὶ ζώων πετεινῶν καὶ τετραπόδων ἰατρικὰ εἰς πᾶσαν ὠφέλειαν ἀνθρώπυ. CYRANNI *Persarum Regis jatrica quædam animalium volatilium, & quadrupedum ad hominum utilitatem comparata*. Speciosus sane titulus, sub quo venditat DARMARIUS scriptor hujus codicis rapsodemata quædam ab ipso, ni fallor, collecta. Ceterum de *Cyranni* libro multa habet Fabricius tomo I. *Bibliothecæ Græcæ* pag. 63.

Fol. 73. De duodecim lapidibus pretiosis, ubinam locorum reperiantur, deque singulorum proprietatibus. Hæc tamen unde sumpserit, Darmarius non docuit.

Fol. 76. Sunt futilia quædam, vanaque commenta ad futurorum prædictionem ex numeris literarum.

Fol. 79. Ἕτερον περὶ λίθων Νείλυ μητροπολίτυ Ῥόδυ Διασορείνυ. *Alter de lapidibus tractatus* NILI *Metropolitæ Rhodi Diassoreni*. Incipit: αἰτιολογήσασθαι μὲν σοι τὰς ἐν ταῖς λίθοις δυνάμεις ὐκ ἐν τολμήσαιμι, ἃ δὲ μιμήσομαι κατὰ τῦτο τὸ μέρος &c. Servari MS. etiam in Bibliotheca Scorialensi, tradit Allatius in *diatriba de Nilis*.

Fol. 87. Ἀποφθέγματα τῦ Ψέλλυ. PSELLI *apophthegmata*, subjecta singulis inter-

Digitized by Google

interpretatione. Verum, num Michael Pſellus eorum autor ſit, dubitandi locus eſſe videtur, cum vocabulis Barbaro-Græcis ubique ſcateant, neque ſtylum præferant, & laconiſmos Michaelis Pſelli.

Fol. 111. LEONIS *Imperatoris Naumachica*; quorum initium: ἰσορήσω σοι ἔτι καὶ ἕτερον ναυτικῆς σόλυ στρατήγημα &c. Habentur nimirum ea, quæ ex MS. codice *Gudiano* vulgavit Fabricius tom. VI. *Bib. Gr.* pag. 378. & quæ idem affirmat deſiderari in *Meurſiana* editione.

Fol. 113. Ναυμαχικὰ σωταχθέντα παρὰ Βασιλείου Πατρικίου. *Naumachica collecta a Baſilio Patricio*, qui fuit præfectus cubiculo apud Imperatorem Conſtantinum Porphyrogenetem. Hæc primum Græce ſine ulla interpretatione edidit Fabricius tomo VIII. *Bib. Gr.* pagina 136. ex *codice Londinenſi*, quem ait deſcriptum fuiſſe ex *apographo codicis Veneti* anno 1573. conſignato per eumdem Andream Darmarium, cujus manu ſcriptus eſt codex Taurinenſis. Ex collatione autem invicem facta omnia perfecte congruere deprehendimus.

Fol. 13. Ἐπιστολὴ Νικολάου πέμπτου Ῥώμης ἀρχιερέως μεγίστου πρὸς Κωνσταντῖνον βασιλέα Ῥωμαίων ἐκ τῆς Λατίνης μεθερμηνευθεῖσα φωνῆς ὑπὸ Θεοδώρου τοῦ Γαζῆ. *Epiſtola* NICOLAI *Romani Pontificis maximi ad Conſtantinum Romanorum Regem ex Latino ſermone in Græcum translata per Theodorum Gazam*. Edidit Petrus Arcadius in *opuſculis aureis*.

CODEX CCLXXVI. *c.* I. 30.

Membranaceus, cui folia 182. ſæculi XIV. optimi characteris, olim *Gabrielis Severi Philadelphiæ Metropolitæ*.

Complectitur THEODORI STUDITÆ epiſtolas, & alia opuſcula adverſus Iconomachos; quæ omnia typis jam vulgata ſunt, quantum cognoſcere potuimus diligenti inveſtigatione. Pluribus enim in locis mutilus eſt codex, deficitque foliorum ſeries.

CODEX CCLXXVII. *c.* I. 31.

Chartaceus, habens folia 77. ſæculi XVI.

Κωνσταντίνου Λασκάρεως τοῦ Βυζαντίου περὶ τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου καὶ ἄλλων τινῶν ἀναγκαίων. *Conſtantini Laſcaris Byzantii de octo partibus ſermonis, aliiſque ſcitu neceſſariis*. Totius nempe grammaticæ artis præcepta explanantur ad uſum adoleſcentium, quibus Græcæ linguæ ſtudium cordi eſt.

CODEX CCLXXVIII. *c.* I. 32.

Chartaceus, conſtans foliis 185. ſæculi XVI. Andreæ Darmarii, ut indicant characteris apices, & forma, manu exaratus. Habentur autem in eo

Fol. 1. Ἐπιτομὴ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων. γέγονε δὲ καὶ αὐτὴ παρὰ τοῦ αὐτοῦ πανσεβάστου σεβάστου καὶ νομοφύλακος καὶ κριτοῦ Θεσσαλονίκης κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Ἁρμενοπούλου. *Epitome ſacrorum, divinorumque canonum ab ipſo Panſebaſto, Sebaſto, & Nomophylace, ac judice urbis Theſſalonicæ, Domno* CONSTANTINO HARMENOPULO *conflata*. Prodiit Græce, & Latine cum ſcholiis Citrenſis, & Philothei in Marquardi Freheri *jure Romano* lib. I. pag. 2.

Fol. 160. Θέσπισμα τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου περὶ τοῦ Πάπα Ῥώμης. *Edictum* CONSTANTINI MAGNI *in favorem Romani Pontificis*, ex interpretatione Harmenopuli, cujus initium: Θεσπίζομεν σὺν πᾶσι τοῖς σατράπαις καὶ τῇ συγκλήτῳ τῆς ἡμῶν βασιλείας, τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον καὶ διάδοχον τοῦ χορηφαίου τῶν Ἀποστόλων κυρίου μου Πέτρου πλείονα τῆς βασιλείας ἔχειν ἐξουσίαν &c. Edictum iſtud, ſeu donationem retulit ex codice Regis Chriſtianiſſimi Græce, & Latine Julius Cæſar Bulengerus libro II. de *Romano Imperio* cap. 6.

Fol. 162. *pag.* 2. Narratiuncula de tribus tomis ſynodicis ſub Imperatore Conſtantino Porphyrogenito, ſub Imperatore Manuele Comneno, & ſub Imperatore Michaele Palæologo compoſitis, in quibus anathematizantur, qui adverſus Imperatores ſeditiones cient, atque

Digitized by Google

atque imperium invadere tentant. Hanc ſane breviſſimam, cum inter ſcripta inedita Harmenopuli cenſeat Fabricius tom. X. *Biblioth. Græcæ* pagina 278. nos hìc ſubjiciendam duximus.

Ἐπὶ τ βασιλείας Κωνσαντίνυ τῦ Πορφυρογεννήτυ τόμος ἐξεφωνήθη, συμπράξαντος καὶ τῦ τότε πατριάρχυ Ἀλεξίυ ἐκ τ συνόδυ, ἀναθεματίζων τὺς ἐπιχειρῦντας ἀποσασίαν ἢ τυραννίδα κατὰ βασιλέων ποιῆσαι, ὡς ἐπεῦθεν τὺς ὑπακόυς τ οἰκείων δεσποτῶν παρασκευάζοντας ἐπανισάθαι. ἔχει δὴ ὕτως. τοῖς μέλλυσιν ἐπιβυλαῖς ἀπό γε τῦ νῦ, ἢ μύρτυς ἐπιχειρεῖν ἀνάθεμα. τοῖς συμπράττυσιν ἀυτοῖς καὶ τοῖς συγκοινωνῦσιν ἐν τῇ ἀποσασίᾳ ἀνάθεμα. τοῖς συμβυλάυσι καὶ τοῖς παρορμῶσιν εἰς τὰ τοιαῦτα ἀνάθεμα. τοῖς συνεκρατάυσι τῦτοις ἀνάθεμα. τοῖς δεχομένοις ἀυτὺς εἰς μετάνοιαν, μὴ μεταμελυμένυς ἀπὸ τ ἀποσασίας ἐκ καταλιμπάνοντας ἀυτὸν, ἀνάθεμα. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τ βασιλείας τῦ Κομνηλῦ Μανυὴλ, ὃς μετὰ τ ἐν τέλει, καὶ τῦ τηνικαῦτα πατριάρχυ. ἐκ τ ὑπ' ἀυτὸν συνόδυ ἐγίνετο, ἀναθεματίζων τὺς ἐπιβυλλῶ ἢ ἐπανάσασιν κατὰ τῦ ὁμ ἀυτῦ Ἀλεξίυ βυληθέντας ἐπεχειρῆσαι καὶ τὺς ἀυτοῖς συναιρομένυς.

Ἕτερον παρὰ πλήσιον ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος ἐκφοβῶαι παρεσκέασας ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ἀυτῦ Ἀνδρονίκῳ τῷ δισεβεῖ βασιλεῖ. ἐνθαδὴ παρῆσαν ὡς ἐρχίφ οἱ ἐν τέλει. καὶ ὁ πατριάρχης Ἰωσὴφ. ὅς τις ὑπὲρ τ ἀληθῦς δισεβείας ἢ τ ὁμολογίας ἀνεδύσατο ςέφανον: ἔτι δὲ ἐκ ἡ ὑπ' ἀυτὸν ἱερὰ συνόδος. ἣ ἐκ ἀνάθεματι ὑπέβαλεν ἐκ ἁρᾶς φεικωδησάταις, τὺς ἐπιβυλλῶ ἢ ἐπανάσασιν μέλλοντας σκαιωρήσειν ἐν τῷ ἐξῶσαι τ βασιλείας ἢ τ δισεβείας ςύλον ἢ βασιλέα θεῖον Ἀνδρόνικον.

Sub Imperio Conſtantini Porphyrogeniti, conſentiente Patriarcha id temporis Alexio, ac Synodo, tomus promulgatus eſt, in quo anathematizantur, qui auferint rebellionem facere, vel tyrannidem uſurpare adverſus Imperatores, atque ſubditos propriorum deſpotarum ad id parantes excitare. Sic autem habet. Quibuſcumque inſidias ciere, vel mortem inferre aggredientibus anathema. Conſentientibus, & communicantibus in rebellione anathema. Conſilium dantibus, atque incitantibus ad hæc anathema. Iis, qui ſimul arma conjunxerint, anathema. Suſcipientibus ipſos ad pœnitentiam, cum a rebellione nondum reſipuerunt, in eaque adhuc verſantur, anathema.

Similis item ſub Imperio Comneni Manuelis, qui a Magiſtratibus, atque id temporis Patriarcha, & coacta ab ipſo Synodo factus eſt, anathematizans eos, qui inſidias, ac rebellionem adverſus Alexium illius filium moliri tentaverint, vel iſtis auxilium præbuerint.

Alterum ſimilem promulgavit Michael Palæologus, profectum parans adverſus filium ſuum Andronicum piiſſimum Imperatorem. Aderant autem velut in ſepto Magiſtratus, & Patriarcha Joſephus, qui & in teſtimonium veræ religionis martyrii coronam adeptus eſt, nec non ſacra ſynodus ab ipſo coacta, quæ diris anathematis, atque execrationibus ſubjecit eos, qui inſidias, ac turbas cierent in expellendo ab Imperio religionis columnam, divinum Imperatorem, Andronicum.

Fol. 164. Τῦ ἁγιωτάτυ καὶ σοφωτάτυ Πατριάρχυ κυρῦ Φιλοθέυ ἀνατροπὴ τῶν ἀνωνεχαμμένων ἀναθεματισμῶν. *Sanctiſſimi, & ſapientiſſimi Patriarchæ Domini* PHILOTHEI *refutatio anathematiſmorum ſuperius ſcriptorum*; nimirum in epitome juris Harmenopuli. Incipit: ὁ περὶ τὰ τοιαῦτα σοφὸς σέβας ος νομοφύλαξ &c. Exſtat Græce, & Latine in Freheri *jure Græco-Romano* libro IV. pag. 288.

Fol. 168. *pag.* 2. Νόμοι γεωργικοὶ κατ' ἐκλογὴν βιβλίυ τῦ τ θείας λέξεως Ἰυσινιανῦ βασιλέως. *Leges Georgicæ, ſive ruſticæ ex libro divinæ lectionis Juſtiniani Imperatoris excerptæ.* Incipiunt: χρὴ τ γεωργὸν ἐγραζόμυον τ ἰδίου ἀγρὸν εἶναι δίκαιον &c. Referuntur hoc eodem titulo, atque initio in catalogo *Bibliothecæ Vindob.* parte II. pag. 10. editæque fuerunt a Marquardo Frehero in *jure Græco-Romano* tomo II. & a Dionyſio Gothofredo ad calcem *Promptuarii juris Harmenopuli*.

CO-

Digitized by Google

CODEX CCLXXIX. c. I. 34.

Chartaceus, cui folia 22. ſæculi XVI. ubi ὅροι ἰατρικοὶ *Definitiones medicæ*, ad uſum privati alicujus medici, hinc inde excerptæ. Ac primum quidem humani corporis partes definiuntur, tum vero morbi, quibus illæ affici ſolent. Præmittitur autem ſequens diſtichon.

Τέλειός ἐστιν ἰατρὸς ὁ ἐν θεωρίᾳ καὶ πράξει ἀπηρτισμένος
Ἄριστός ἐστιν ἰατρὸς ὁ πάντα πράττων ἐν ἰατρικῇ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον.

Perfectus eſt medicus in theoria, & praxi verſatus,
Optimus eſt medicus, qui rectam in omnibus ſequitur doctrinam.

CODEX CCLXXX. c. I. 35.

Chartaceus, habens folia 84. nullius antiquitatis, in quo opuſcula aliquot philoſophica, ſeu expoſitiones librorum Logicorum *Ariſtotelis*, parvi admodum momenti.

CODEX CCLXXXI. c. I. 36.

Chartaceus, conſtans foliis 37. ſæculi XVI. in quo

Fol. 1. Sententiæ quædam abſque ullo titulo, in quibus præcipue imperantium dotes, atque virtutes exprimuntur.

Fol. 9. Acephalum aliud opuſculum ſequitur, ſynopſis ſcilicet compendioſa hiſtoriæ Imperatorum Conſtantinopolitanorum a Theodoſio uſque ad Johannem Comnenum.

Fol. 26. *pag.* 2. Διάλογος τῶν ἁγίων Βασιλείου καὶ τοῦ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου. *Sanctorum Baſilii, & Gregorii Theologi, ſeu Nazianzeni dialogus*, in quo de *invisibili Dei eſſentia* ſermo fit. Hunc refert Caveus Tom. I. *Hiſt. Lit.* pag. 242. inter opera ſuppoſititia, atque haberi affirmat Tom. IV. *Biblioth. Patr.* col. 1093. ex interpretatione Gil. Genebrardi. Incipit: Βασ. τίς ἐστιν ἀρχή. Γρ. τὸ πρῶτον αἴτιον. τοῦ δευτέρου αἰτίου.. Βασ. τοῦτον τὸ δεύτερον αἴτιον ἱστιοδῶς ὠνόμασεν ἐν τῇ μήτρᾳ Μαρίας. Γρ. ἱστιοδῶς &c.

Fol. 30. Epigrammata nonnulla abſque autoris nomine.

Fol. 33. *pag.* 2. Septem Conciliorum generalium breviſſima ſynopſis, in fine deficiens.

CODEX CCLXXXII. c. I. 37.

Chartaceus, foliis conſtans 248. ſæculi XVI. Habentur in eo

Fol. 1. Προκοπίου Χριστιανοῦ σοφιστοῦ εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων ἐξηγητικῶν ἐκλογῶν ἐπιτομὴ ἀπὸ φωνῆς Γρηγορίου Νύσσης καὶ Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, Ὠριγένους τε καὶ Φίλωνος τοῦ Καρπαθίου, Ἀπολιναρίου, Εὐσεβίου Καισαρείας, καὶ ἑτέρων διαφόρων, ἤγουν Διδύμου, τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου, Θεοδωρήτου, & Θεοφίλου. *Procopii Chriſtiani Sophiſtæ expoſitio compendioſa Cantici Canticorum excerpta ex Gregorio Nyſſeno, & Cyrillo Alexandrino, Origene, ac Philone Carpathio, Apollinari, Euſebio Cæſareenſi, aliiſque diverſis Patribus, ſcilicet Didymo, Sancto Iſidoro, Theodoreto, atque Theophilo.* Hæc Procopii commentaria una cum expoſitione *Octateuchi*, deſcripta ex Codice *Bibliothecæ Auguſtanæ*, Latina interpretatione, atque adnotationibus, parata ad editionem, & expedita habuiſſe Godfridum Olearium Lipſienſem Theologum, nos docet Fabricius Tom. VI. pag. 258.

Fol. 108. *Sancti* Gregorii Nysseni *homiliæ* VIII. *in octo beatitudines.*

Fol. 163. *Sancti* Maximi *Abbatis expoſitio compendioſa precationis Dominicæ ad quemdam Chriſti amantem.*

Fol. 180. Συνοδικὸν περιέχον ἐν ἐπιτομῇ, ἁπάσας ἀπὸ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων γεγενημένας ὀρθοδόξας καὶ αἱρετικὰς συνόδους μέχρι τῆς ὀγδόης, καὶ ἐπὶ τοῦ Φωτίου καὶ τοῦ Πάπα Ἰωάννου ἐνώσεως. *Synodicon compendioſe complectens Synodos omnes tam orthodoxas, quam hæreticas ab Apoſtolis uſque ad octavam ſuper unione Photii, & Johannis Papæ, celebratas.* Hoc ſynodicon idem prorſus eſſe obſervavimus, quod Græce, & Latine primum

primum edidit Johannes Papus, & quod affertur in Bibliotheca Voelli, & Juſtelli Tom. II. pag. 1166:

Fol. 206. Pauca iterum de Synodis breviori ſtylo, aſt nullius fere momenti.

Fol. 208. *pag.* 2. GEORGII CODINI de *officiis & dignitatibus Aulæ Conſtantinopolitanæ*.

CODEX CCLXXXIII. *c.* I. 38.

Membranaceus, habens folia 262. ſæculi circiter XI. optimi, nitidique characteris, ſed nonnullis in locis parumper detritus.

Eclogas, ſive ſelecta loca moralia complectitur tam ex utroque Teſtamento, & Sanctis Patribus, quam ex Ethnicis Scriptoribus deſumta. Omnia vero ad certa quædam capita redacta ſunt numero LXXI. quorum elenchus initio præmittitur.

Sanctorum Patrum nomina hæc ſunt; *Athanaſii*, *Baſilii*, *Clementis*, *Cyrilli*, *Dionyſii Areopagitæ*, *Ephrem*, *Evagrii*, *Gregorii Nazianzeni*, *Gregorii Nyſſeni*, *Johannis Climaci*, *Johannis Chryſoſtomi*, *Irenei*, *Iſidori Peluſiotæ*, *Nili*, *Procopii Sophiſtæ*, *Severiani*, quibus adde *Joſephum*, & *Philonem*. Scriptores vero Ethnici multo plures, quorum nomina Alphabetico ordine diſpoſita hìc ſubjicere nobis viſum eſt.

Ælianus.
Æſchines.
Æſopus.
Agapitus.
Agatho.
Ageſilaus.
Alexander Rex
Anacharſis.
Anacreon
Anaximenes.
Antagoras.
Antigonus Rex
Antiphanes.
Antiſthenes.
Apelles.
Apollonius.
Arceſilaus.
Archimedes.
Arianus.
Ariſtides.
Ariſtippus.
Ariſtonymus.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Barbius.
Bias.
Bio.
Cajus.
Cato.
Chærimo.
Charicleas.
Chilo.
Choricius
Chryſippus.
Cleanthus.
Cleobulus.
Cleoſtratus.
Clitarchus.
Crato.
Crates.
Critias.
Cypſilus.
Cyrus.
Demadas.
Demetrius Phalereus.
Democritus.
Demonactus.
Demoſthenes.
Dio.
Diodorus.
Diogenes.
Diphilus.
Empedocles.
Epaminondas.
Epicarmus.
Epictetus.
Epicurus.
Eteocles.
Euclides.
Eumenes.
Euripides.
Glyco.
Heraclitus.
Herodotus.
Jamblicus.
Jero.
Ippotoon.
Iſocrates.
Lacon.
Leonidas.
Leucippus.
Libanius.
Licurgus.
Lucianus.
Lyſander.
Menander.
Menedemus.
Metrodorus.
Moſchio.
Muſonius.
Naucrates.
Nicocles.
Nicoſtratus.
Orgias.
Peirithus.
Pelopidas.
Phalaris.
Pharvorinus.
Philemon.
Philippus.
Philiſtio.
Philoſtratus.
Philoxenus.
Phocio.
Pittacus.
Plato.
Plutarchus.
Poliænus.
Poſeidippus.
Pſittacus philoſophus.
Pythagoras.
Riginus.
Romylus.
Secundus.
Sextus.
Simonides.
Socrates.
Solo.
Sophocles.
Soſtratus.
Sotio.
Stratonicus.
Thales.
Theages.
Themiſtocles.
Theocritus.
Theognis.
Theophraſtus.
Theopemptus.
Theotimus.
Theſpis.
Thucidides.
Timo.
Trophilus.
Xenophon.
Zaleucus.
Zanthus.
Zantippus.
Zeno.
Zenocrates.

CO-

Digitized by Google

CODEX CCLXXXIV. *c.* I. 39.

Chartaceus, conſtans foliis 71. recentis ævi, rudique ſcriptus calamo, ubi *Divi Paulli* epiſtolæ.

Ad *Theſſalonicenſes* I. & II.
Ad *Timotheum* I. & II.
Ad *Titum*.
Ad *Philemonem*.
Ad *Hebræos*.

CODEX CCLXXXV. *c.* I. 40.

Chartaceus, conſtans foliis 295. ſæculi XIII. eleganti, nitidoque charactere exaratus, primo excepto folio, quod imperitus ſcriba ſupplevit, ſequentes complectitur Novi Teſtamenti libros.

Fol. 1. *Actus Apoſtolorum*.

Fol. 86. *Epiſtola catholica* JACOBI *Apoſtoli*, præmiſſo ejuſdem argumento, quod idem factitatum eſt in omnibus, quæ ſubjiciuntur, epiſtolis.

Fol. 94. PETRI *Apoſtoli Epiſtola I. catholica*, cui præit ipſius Petri effigies.

Fol. 103. Ejuſdem Epiſtola II.

Fol. 109. JOHANNIS *Epiſtola prima* cum ejuſdem effigie.

Fol. 118. Ejuſdem *Epiſtola ſecunda*.

Fol. eodem. Ejuſdem *Epiſtola tertia*.

Fol. 120. JUDÆ *Apoſtoli Epiſtola catholica*.

Fol. 123. Sequuntur Divi PAULLI Epiſtolæ, quibus præit tamquam proœmi loco ἀποδημία τῦ ἁγίυ Ἀποσόλυ Παύλυ, *peregrinatio, ſeu itinerarium Sancti Paulli*, ut initio editi Oecumenii; tum prologus in omnes Epiſtolas, idem profecto, qui refertur in *Bibliotheca Coisliniana* pag. 82. Incipit autem: Παῦλος ὁ Ἀπόσολος Ἑβραῖος μὲν ὢν τὸ γένος ἐκ φυλῆς Βενιαμῖν Φαρισαῖος δὲ τὴν αἵρεσιν &c. Prologo ſubjiciuntur epiſtolæ hoc ordine:

Fol. 133. Epiſtola ad *Romanos*.
Fol. 161. Epiſtola I. ad *Corinthios*.
Fol. 189. Epiſtola II. ad *Corinthios*.
Fol. 208. Epiſtola ad *Galatas*.
Fol. 218. Epiſtola ad *Epheſios*.
Fol. 229. Epiſtola ad *Philippenſes*.
Fol. 237. Epiſtola ad *Coloſſenſes*.
Fol. 244. Epiſtola I. ad *Theſſalonicenſes*.
Fol. 251. Epiſtola II. ad *Theſſalonicenſes*.
Fol. 255. Epiſtola ad *Hebræos*.
Fol. 277. *pag.* 2. Epiſtola I. ad *Timotheum*.
Fol. 285. *pag.* 2. Epiſtola ad eumdem II.
Fol. 291. Epiſtola ad *Titum*.
Fol. 294. *pag.* 2. Epiſtola ad *Philemonem*.

CODEX CCLXXXVI. *c.* I. 41.

Membranaceus, habens folia 74. ſæculi XVI. in quo eſt JOHHANNIS CATRONI dialogi, *Hermodotus*, ſive de pulchritudine, *Muſocles*, ſive de optima vita, & *Hermippus*, ſeu de Aſtrologia, omnino, ut in Codice *b.* V. 25.

CODEX CCLXXXVII. *c.* I. 42.

Chartaceus, cui folia 205. ſæculi XV. Varia opuſcula continet philoſophica, atque Theologica. Et quidem

Fol. 1. JOHANNIS DAMASCENI *de dialectica capitula*, & hæc diverſo ab editis ordine diſtributa, & numero dumtaxat LV. ut multi præferunt Codices, in quibus nempe contractior eſt Logica iſtiuſmodi tractatio.

Fol. 135. Ejuſdem DAMASCENI *expoſitio accurata orthodoxæ fidei*, capitibus CIV. comprehensa, abſque ulla librorum diviſione.

Fol. 130. *Inſtitutio elementaris ad dogmata ex voce Johannis humilis Monachi ad Johannem Epiſcopum Laodiceæ*; ut in editione operum *Damaſceni* Tom. I. pag. 515.

Fol. 134. Sequitur tractatus adverſus Latinos, cui titulus: ἰδὺ κατ' ἀκείβειαν ϗ ἑτέρα ἀπόδειξις κατὰ Λατίνων Νικήτυ μονάζοντος ἐκ πρεσβυτέρυ μονῆς τῦ Στυδίυ Ῥωμαίοις περὶ ἀζύμων ϗ σαββάτων πίστεως καὶ νόμυ ἱερέων αὐτοῖς καθ' ἕκασα.

En

Digitized by Google

En accurata altera demonſtratio adverſus Latinos Nicetæ Monachi, atque Presbyteri Monaſterii Studii de azymis, & jejunio Sabbati, & lege Sacerdotibus lata, ſervandi nimirum virginitatem: Procœmium incipit: καλὸν ἡ πρὸς τὸ πλησίον ἀγάπη, ὦ πάνθων ἐθνῶν σοφώτατοι καὶ ἀγενέσατοι &c.

Prodiit hoc opuſculum Latine in editione nova Caniſii Tom. III. pag. 308. una cum refutatione Humberti Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legati, cujus hortatu, ceterorumque Legatorum publice combuſtum eſt Conſtantinopoli, ipſomet Niceta damnante, cum reſipuiſſet.

Fol. 144. *Expoſitio Sacræ Liturgiæ*, Capitibus XLVI. contenta, nullius autoris indicato nomine. Incipit: προσήγετο δῶρα τῷ Θεῷ παρὰ τῶν παλαιῶν, ὥσπερ τὰ χρυσᾶ σκάφη, ἢ ἄργυρα. προσήγετο καὶ θυσίας ζώων ἀλόγων σφαγὰς καὶ αἵματα. τὸ δὲ σῶμα τῆς χυείας καὶ ἀμφότερα φαίνεται ἔχον &c.

Fol. 181. NICEPHORI GREGORÆ *Epiſtola ad Cabaſilam Dominum Demetrium de paſchate*, cujus initium: ἐπειδή μοι φίλος εἶ τὰ πάνυ, καὶ καινῶν ἀκροαμάτων ἐραστὴς &c.

Fol. 195. *pag.* 2. PYTAGORÆ *aurea carmina*, cum Hieroclis philoſophi commentario.

Fol. 199. HIPPOCRATIS *ad Galenum ſuum diſcipulum* (ita habetur in Codice) *epiſtolium quoddam de corpore humano, nec non elementorum brevis expoſitio*; quæ commentitia plane ſunt, atque ſuppoſita.

Fol. 201. Ἐπιστολὴ Ἱπποκράτους, ἄλλοι δὲ, Διοκλέους πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα Αἰγύπτου. *Hippocratis, vel ut alii volunt, Dioclis Epiſtola ad Ptolemæum Ægypti Regem*, cujus initium: ἐπειδή σοι συμβαίνει. μυστικώτατον βασιλέων πάντων γεγονέναι καὶ πλεῖστον χρόνον &c. Græce, & Latine prodiit hæc epiſtola ſub *Dioclis* nomine ad calcem *ſyllogarum phyſicarum* Michaelis Neandri, & in *Bibliotheca Græca* Alberti Fabricii Tom. I. pag. 585. non *Ptolemæo*, ut eſt in Regio noſtro Codice, ſed *Antigono Regi* inſcripta, quemadmodum legere eſt etiam in variis Latinis editionibus, quas citato loco numerat Fabricius. Ceterum, ut ex comparatione colligere licuit, non exſtat integra hæc epiſtola in Codice; deſinit enim in iis verbis: τοῖς δὲ μείζοσι καὶ μειζοτέρας, ſeu, ut in editionibus τοῖς δὲ μείζοσιν ἐνεργεσέρας.

Fol. 202. *pag.* 2. Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν καὶ ἀποφθέγματα ἐκ τῆς Δεμοκρίτου καὶ ἐγχειριδίου τοῦ Ἐπικτήτου καὶ τοῦ πρὸς Δημόνικον ἐπιστολῆς τοῦ Σωκράτους, καὶ ἑτέρων φιλοσόφων. *Eclogæ ſententiarum, & apophthegmatum ex Democrito, & Enchiridio Epicteti, & Socratis Epiſtola ad Demonicum, aliiſve philoſophis.*

In fine hujus collectionis totidem leguntur ſententiæ collectæ ex *Jambicis verſibus Divi Gregorii Nazianzeni*, quot ſunt alphabeti literæ., eodemque ordine.

Fol. 205. *pag.* 2. Etymologia vocabulorum, quibus partes humani corporis nuncupantur.

CODEX CCLXXXIII. *c.* I. 43.

Chartaceus, foliis conſtans 177. ſæculi XVI. in quo opuſcula varia aſtronomica, præcipue ad conſtituenda Paſchatis feſta.

Primum quidem deficit initio, ac propterea ejus autorem conjicere non potuimus.

Fol. 25. NICEPHORI GREGORÆ *de paſchate inveniendo demonſtratio ad Cabaſilam Demetrium*, ut in Codice ſuperiori *fol.* 181.

Fol. 34. Nonnulla, parvi omnino pretii, de *diviſione anni*, & *planetarum dominatu* pro temporum varietate.

νὰ εἶναι πολυχρόνιος ν' ἄχῃ πολλῳ ὑγίαν. τότε ἐγὼ ἐσύχοσα τὰς ταπεινάς μου χεῖρας, τὸν βασιλέα ἀνεχήθηκα ἐξ ὅλης μου καρδίας. εἶπα νὰ ζήσῃ χρόνους περισσοὺς ν' ἄχῃ πολλῳ ὑγίαν νὰ βασιλεύῃ πάντοτε ἔθνη πολλὰ περίοχα. εἶπα δὲ ἔπρα πολλὰ ὡσὰν τὸν πατριάρχλω, Θεὸς ὁ παντ' ἀλόγητος πάντα νὰ τὸν ἀφραίνῃ. κ(αὶ) ἀπ' ἐκεῖ ἐπροσκυνήσα τὸν μέγαν βασιλέα. εἶπα χαῖρε ὦ βασιλεῦ κ' ἔχε πολλῳ ὑγίαν. ἐς πῆγα κ(αὶ) ἐκάθισα πάλιν ἐκεῖ ὀπ' ὔμυν ἐς ἄλλους πάντας φώνησε τὸ πατριάρχ(ου) ὀπ' ὕτυν. χαίρεσθε κ' ἀφραίνεσθε τὸ πατριάρχ(ου) ὅλοι. ὁ βασιλεὺς χαείζει σας πολλὴ ἐλεημοσωίῃ. κ(αὶ) πάντες ἐπροσκυνήσαν τὸν μέγαν βασιλέα Θεόδωραν τὸν κράτιστον κ' αὐτοκράτορα μέγαν.

Πάλιν ἐγὼ ἐπροσκυνήσα τότε τὸν βασιλέα Θεόδωραν τὸν κράτιστον ὀρθόδοξον τ' μέγαν, ἐνώπιον ἐφώνησα μ' φωνῆς μεγάλης. ὦ βασιλεῦ Θεόδωρε Ἀνατολῆς κ(αὶ) Δύσης Βλαντιμυρίου Μοχόβυ κ(αὶ) πάσης τῆς Ῥωσίας κ(αὶ) πάσης γῆς Ἀρκτωρίας μεγάλης Συμπηρίας κράτιστε, ἀσεβέστατε, θεόστεπτε ἐς μέγα, ἁγίων ἁγιώτατε, τῶν ἀσεβῶν ἡ δόξα. ἐγὼ ὁ ἀπλέστατος πάντων τῶν ἐπισκόπων Ἀρσένιος ὁ ταπεινὸς μικρότερος τῶν ἄλλων, ἰδιόν σου φιλάσπλαγχνον ὀπὸ εἰς πάντας ἔχῃς εἰς ἐδικοὺς εἰς ξένους τε κ(αὶ) εἰς τὰς πάντας πράττεις φιλανθρωπίαν ἔλεος τὸν καθεκάστων μέραν ἠγάπησα νὰ κάθομαι τόσον πολλὰ μακρέα ἐκ συγγενῶν πατρίδος τε κ(αὶ) ἐκ τῆς ἐπαρχίας, πάντα νὰ δύχομαι Θεὸν νύκτας κ(αὶ) τὰς ἡμέρας νὰ εἶσαι πολυχρόνιος ν' ἄχῃς πολλῳ ὑγίαν νὰ βασιλεύῃς πάντοτε ἔθνη πολλὰ περισσά. νὰ κρατῇς πάντα τὰ καλὰ ὡς ἔχεις κρουθυμίαν διεργεσίας περισσὰς τὸν καθεκάστων μέραν.

Καὶ πάλιν ἐπροσκυνήσα ἕως τ' γῆς τὸ ἀάφος Θεόδωραν τὸν ἄναχτα χεισιανῶν τὸ κλέος. ὁ βασιλεὺς μετὰ χαρᾶς ἔφησε πρὸς ἐμένα νὰ ἔχῃς θάῤῥος περισσὸν νὰ ἀναπαύσω σένα κάστροι νὰ ἔχῃς περισσά με αὐτῶν τὰ χωρία ἀρχιερεὺς νὰ εἶσαι σὺ εἰς ἅπαντα ἐκεῖνα.

Καὶ πάλιν ἐπροσκυνήσα ἕως τὸν γλῶ ἐς εἶπα, Θεὸς κ(αὶ) παμμακάριστος νὰ εἶναι μ' αὐτὸν πάντα.

omnique ſtudio Regi fauſta precatus ſum, multos ut viveret annos, optimaque valetudine frueretur, plurimaſque gentes ſub ditione ſua teneret. Multa alia dixi, Patriarcham imitatus, ut Deus optimus maximus eum lætitia repleret. Poſtea maximum Regem veneratus: Ave, inquam, Rex, plurimumque vale; abienſque in priſtino loco conſedi. Tunc ceteros omnes, qui Patriarcham ſequebantur, allocutus eſt. Salvete, gaudeatque cor veſtrum, quotquot Patriarcham ſequiminor, copioſam enim eleemoſynam vobis largitur Rex. Quocirca omnes Theodorum potentiſſimum, ſtrenuumque Imperatorem veneratione proſequuti ſunt.

Ego vero rurſus adhibita Regi maximo orthodoxo reverentia coram alta voce brevem hanc orationem habui. Theodore Orientis, atque Occidentis, Volodimeriæ, Moſcoviæ, totiuſque Ruſſiæ, terrarum Septentrionalium, magnæque Siberiæ Rex fortiſſime, piiſſimeque, Dei gratia, & ſanctitate illuſtris, atque piorum decus. Ego Epiſcoporum omnium viliſſimus humilis Arſenius inter alios minimus ſummam humanitatem, quam in omnes tam indigenas, quam peregrinos exerces, benignitatemque, ac miſericordiam ſingulis diebus propriismet oculis conſpiciens ſemper admiratus ſum, ex quo a propinquis conterraneis meis, meaque provincia abſum. Dies, noctesque orabo, ut ad ſeros uſque nepotes vitam producas integra valetudine, multiſque univerſim gentibus domineris, atque optima conſilia, quæ verſas animo, perficias, & vitæ tuæ dies ſingulos præclariſſimis geſtis illuſtres.

Quum hæc dixiſſem, humi fere ſtratus, iterum Theodorum Regem Chriſtianorum ſplendorem veneratus ſum. Rex vero hilari animo, humaniterque ait, confide plurimum, ac pro certo habe, meum tibi ſubſidium numquam defuturum; multas civitates, earumque regiones poſſidebis, iiſque omnibus Epiſcopus præeris.

Ad hæc rurſus humi ſtratus maxima eum veneratione proſequutus ſum, ſimulque precatus, ut Dei optimi maximi conſilio ſemper adjuvaretur.

Καὶ

Digitized by Google

Καὶ πατριάρχης μέγιστος ἔφησε δι ἐμέ-να λόγια ὠφέλιμα πολλὰ διχαιρισιμένα. ϗ πάλιν τότ' διλόγησεν ὁ μέγας πατριάρχης Θεόδωρον τὸν ἄνακτα Ρ'ωσίας τῆς μεγάλης. Καὶ ἀπ' ἐκεῖ συγχωρήθηκαν ὁ εἷς ὑπὲρ τῦ ἄλλυ. συμπάθιόν τε ἔλαβεν ὁ εἷς ὑπὲρ τῦ ἄλλυ. τότε καὶ συμπροβώδησεν ὁ βασιλεὺς ὁ μέγας τὸν πατριάρχιν μέγιστον τῆς Ρ'ώμης τε τῆς νέας ἕως τὸν πύλον τ χρυσὸν ἐκείνυ παλατίυ. ἐκεῖ δὲ ἐχωρίσθηκαν ὁ εἷς ὑπὲρ τῦ ἄλλυ καὶ ἀπ' ἐκεῖ ἐπορεύθημεν μ' πολλῶν ἀρχόντων εἰς οἴκυς ὁπῦ ἤμεσον μ' πολλῶν ἀνθρώπων.

Cum hæc ego dixiſſem, Maximus Patriarcha multos habuit præterea ſermones, plurimaſque gratias agens Theodoro Magnæ Ruſſiæ Regi, rurſus benedixit. Tandem data, acceptaque ſalute facta eſt nobis diſcedendi facultas, & maximus Rex Patriarcham novæ Romæ abeuntem comitatus eſt ad auream uſque palatii januam, ibique, poſtquam uterque ſibi invicem vale dixiſſet, multis nobilibus comitantibus, profecti ſumus, & ad proprias domos reverſi.

CODEX CCCXXXVIII. *b.* I. 6.

Chartaceus, foliis conſtans 84. ſæculi XVI. cui titulus: Γεωργίυ Γεμίστυ πρὸς τὰς Σχολαρίυ ὑπὲρ Ἀριστότελυς ἀντιλήψεις. GEORGII GEMISTI *ad Scholarii pro Ariſtotele objectiones reſponſio*. Scripſerat nempe Gemiſtus librum de Platonicæ, atque Ariſtotelicæ philoſophiæ differentia, in quo Platonicæ ſectæ, cui addictiſſimus erat, excellentiam ſummopere extollebat. Hæc oppugnata fuere a duobus Georgiis, *Scholario*, & *Trapezuntio*, unde controverſia literaria ingens exarſit inter celeberiores illius temporis Scriptores. In præſenti itaque opuſculo Scholarii objectiones diluere Gemiſtus aggreditur. Quum autem ineditum hactenus foret, illud vulgandum ſe tradidiſſe Gottardo Vægelino typographo una cum libro de *differentia Platonis*, & *Ariſtotelis*, affirmat Fabricius Tom. X. pag. 748. *Biblioth. Græcæ*, ubi & multos MSS. Codices ex variis Bibliothecis recenſet.

CODEX CCCXXXIX. *b.* I. 7.

Membranaceus, cui folia 44. ſæculi XVI. Sunt erotemata breviora linguæ Græcæ, prætermiſſo autoris nomine.

CODEX CCCXL. *b.* I. 8.

Chartaceus, habens folia 160. ſæculi XVI. *Soliloquia animæ ad Deum*, complectitur, quæ inter opera ſuppoſititia *Divi Auguſtini* referuntur in appendice Tomi VI. in Græcum ſermonem converſa, hoc titulo

Εὐχαὶ θεωρητικαὶ δὲ ἐρωτικαὶ αἱ καλόμεναι μονόλογοι. *Orationes contemplativæ, & amoris plenæ, quæ vocantur ſoliloquia.*

A capitulo XXII. uſque ad XXVIII. eſt lacuna.

Fol. 111. Leguntur hymni, aliæque preces ex diverſis Patribus delibatæ, quarum nonnullæ præferunt nomina *Simeonis Thaumaturgi*, *Simeonis Junioris Theologi*, *Macarii*, & *Nicephori Blemmidæ*.

CODEX CCCXLI. *b.* I. 9.

Chartaceus, foliis conſtans 209. ſæculi XVI. ubi erotemata grammaticæ artis habentur EMMANUELIS MOSCHOPULI, nec non Canones, & præcepta περὶ κλίσεως, *de declinatione*, eodem modo, quo in multis aliis codicibus.

Ad calcem vero:

Τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίυ τῦ Θεολόγυ στίχοι παραινετικοὶ δι' ἰαμβων ὠφέλιμοι κατ' ἀλφάβητον τετρασύλλαβοι. *Sancti Patris noſtri* GREGORII THEOLOGI *verſus paræneticí, Jambici, admodum utiles ordine alpabetico tetraſyllabi*. Incipiunt:

Ἀγαθὰ προθύμως λαλεῖ ϗ μάνθανε
Ἄκυε πάντων, ἐκλέγε δ' ἃ συμφέρει.
Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγυ γνωρίζεται
Ἀθάνατον ἔχθραν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.

CO-

Digitized by Google

CODEX CCCXLII. *b.* I. 10.

Membranaceus, foliis conſtans 383. literis majoribus exaratus, inclinatis tamen, atque oblongis, cum ſcholiis in margine eodem charactere deſcriptis non ante finem ſæculi VIII.

Continet autem *Pſalterium* in ſolita Græcorum cathiſmata diviſum, & cantica in fine, cum brevibus commentariis in margine ex variis Patribus excerptis. Duplex præibat præfatio, verum utriuſque initium modo deficit.

Fol. 20. *pag.* 2. Habetur hypotheſis *Pſalmorum*, primum generalis, tum cujuslibet Pſalmi particularis ex *Euſebio Pamphyli*.

Fol. 27. Incipit *Pſalterium*, cui præfixi leguntur ſequentes tituli:

Ὄργανον μυσικόν, ὅπερ ⸂
νάβλα καλεῖται.
Ψαλτήριον πέφυκα θείων
ἀσμάτων.
Ψαλτήριον Δαβὶδ τῦ
Ἁγιοπολίτυ υἱῦ Ἰεσσαὶ
καὶ Ἰούδα κατὰ φυλὴν.

Organum Muſicum, quod & Nablia vocatur:

Pſalterium, atque præcellentia divina cantica.

Pſalterium David Agiopolitæ filii Jeſſe, de tribu Juda.

Epigraphe rubro charactere ſemper deſcripta eſt æque, ac Patrum nomina, ex quibus decerpta fuerunt ſcholia, quin & aliquot interdum adnotationes, Pſalmorum ſcopum declarantes, ut in Pſalmo II. αὐτὸς ψαλμὸς ὅλος εἰς Χριστόν ἐστιν τὸν νέον Δαβὶδ ⸂ βασιλέα πάντων. *Totus hic Pſalmus ad Chriſtum pertinet novum David, Regemque omnium*: & Pſalmo VIII. δεύτερος ἔτος ψαλμὸς τῦ Θεῦ Λόγυ Ἰησῦ τῦ σώσαντος ἡμᾶς ἐκ πλάνης. *Alter hic Pſalmus Verbi Dei Jeſu, qui nos a lapſu ſervavit.*

Patres, quorum nomina in margine occurrunt, hi ſunt: *Arſenius Monachus*, *Athanaſius*, *Baſilius*, *Coſmas Indicopleuſtes*, *Didymus*, *Germanus*, *Heſychius*, *Hieronymus*, *Johannes Chryſoſtomus*, *Maximus*, *Modeſtus*, *Nilus Monachus*, *Theodoretus*.

Specimen præterea characteris ſubjicimus, & quidem ex *fol.* 144. quia nitidius aliunde ſumi non potuit, ſeu initium Pſalmi LXXVII.



Προσέχετε λαός μυ τὸν νόμον μυ. κλίνατε τὸ ὦς ἡμῶν εἰς τὰ ῥήματα τῦ στόματός μυ.

Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μυ.

Φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς.

Attendite populo meus legem meam, inclinate aurem veſtram in verba oris mei.

Aperiam in parabolis os meum.

Loquar propoſitiones ab initio.

Scholia. Ἀκούσατε. σωθῆτε. κυρίως δὲ ἀσφαλίσασθε. ἄλλο. Ἐνατενίσατε τῷ νόμῳ μυ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς καρδίας ὑμῶν. ὑπακούσατε τοῖς ῥήμασίν μυ συνεχῶς. Ἐν ὁμοιώσεσι λόγων ἐν τρόποις πραγμάτων. Φθέγξομαι ἐν τῇ ἀρχῇ τῦ Εὐαγγελίυ παραβολάς.

Fol.

Digitized by Google

Audite, intelligite, proprie autem ſtabilite. Aliud:
Defigite in lege mea oculos cordis veſtri.
Subintelligite poſt verba os meum ſapienter.
In ſimilitudinibus ſermonum, & rerum figuris
Loquar ab initio Evangelii parabolas.

Fol. 276. Sequuntur nonnulla ad *Officium* Eccleſiaſticum ſpectantia, *troparia* nimirum, *hymni*, aliaque variis horis diei, & media nocte canenda cum propriis tonis.

CODEX CCCXLIII. *b.* I. 11.

Membranaceus, conſtans foliis 316. ſæculi circiter XIII. paucis exceptis foliis, iiſque chartaceis, initio poſitis, recentioris manus.

Fol. 1. Sunt ſententiæ ex multis tam ſacris, quam prophanis Scriptoribus collectæ, quorum nomina hæc ſunt.

Ageſilaus, Alexander Rex, Antiphon, Ariſtippus, Ariſtoteles, Athanaſius, Baſilius, Bias, Charicles, Clemens, Climacus, Clitarcus, Coriſcus, Cyrillus, Democritus, Demonax, Demoſthenes, Diodorus, Diogenes, Dion, Epictetus, Evagrius, Euripides, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyſſenus, Herodotus, Heſperis, Jamblicus, Ignatius, Johannes Chryſoſtomus, Joſippus, Iſocrates, Juſtinus, Laccon, Leonidas, Lindus, Lycurgus, Alexander, Menedemus, Moſchion, Muſonius, Nilus, Phalereus, Phavorinus, Philemo, Philon, Plutarchus, Pſittacus Philoſophus, Pythagoras, Socrates, Sophocles, Xanthus, Xenophon, Zeno, quibus adde plures Veteris, & Novi Teſtamenti libros.

Fol. 32. Alter ejuſdem fere generis tractatus exhibetur, vetuſtioris quidem characteris, in quo pleraque ſunt ex veteri præſertim, novoque Teſtamento excerpta, verum ſub certis quibuſdam capitibus diſtributa numero LIX. Deſunt priora duo; cetera, quæ ſuperſunt, ſanctiſſimis referta ſunt inſtitutis, & ad mores ſecundum veræ, purioriſque virtutis formam componendos accommodatiſſima.

Fol. 272. Tractatus moralis recenti iterum charactere ſcriptus, initio mutilus, & certis pariter capitibus diſtinctus, aſt parvi momenti.

CODEX CCCXLIV. *b.* I. 13.

Membranaceus, habens folia 243. ſæculi XIV. optimæ notæ, Evangelia continet in titulos, atque capita Græcorum more diſſecta, cum nonnullis in margine, & fine paginarum variantibus lectionibus ex antiquis codicibus deſumtis.

Initio poſt elenchum capitum Evangelii ſecundum Matthæum, ſubjicitur ſequens

Ἐπίγραμμα εἰς τὸ Εὐαγγελιστὴν
Ματθαῖον.

Ματθαίου τόδ' ἔργον ἀειπόνου πλάνου,
Ὃς τόκον ἔφρασε θεῖον ἀπειρογάμου
γυναικός·
Εἶτεκεν ἄσπορον υἱὸν οὐχ εἶδεν οὐρανὸς
εὐρύς
Χριστὸν ἀεὶ ζῶντα θεὸν βροτὸν αὐτὸν
ἐόντα.

Epigramma in Evangeliſtam Matthæum.

Matthæi opus hoc eſt optime laborantis publicani,
Qui divinum celebravit filium mulieris nuptias non expertæ.
Peperit ſine ſemine filium, nec vidit quam longe lateque patet Cælum
Chriſtum ſemper viventem Deum, eundem mortalem.

Fol. 68. In fine Evangelii ſecundum Matthæum hæc adnotantur. τέλος τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου. ἐξεδόθη δὲ τοῦτο εὐαγγέλιον αὐτοῦ μ̄ῳ χρόνῳ μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀνάληψιν. *Finis Evangelii ſecundum Matthæum. Editum autem eſt hoc Evangelium octavo anno poſt Jeſu Chriſti Aſcenſionem.*

Fol. 113. *pag.* 2. Ad calcem Evangelii Sancti Marci. ἐξεδόθη τὸ κατὰ Μάρκον

Digitized by Google

Μάρκου ἀναγγέλιον· μετὰ χρόνον ι. τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως. ἰστέον ὅτι τὸ κατὰ Μάρκον ἀναγγέλιον ὑπηγορεύθη ὑπὸ Πέτρου ἐν Ῥώμῃ. ἔχει δὲ τίτλον μη. κεφάλαια σλε. *Editum eſt Evangelium ſecundum Marcum poſt annum X. Jeſu Chriſti aſceñſionis. Sciendum, quod Evangelium ſecundum Marcum dictatum fuit a D. Petro Romæ: habet autem titulos XLVIII. capita vero, ſeu ſectiones CCXXXV.*

Tandem in fine Evangelii ſecundum Johannem, totiuſque codicis legitur: ἐξεδόθη τὸ κατὰ Ἰωάννην ἀναγγέλιον μετὰ χρόνον λβ. τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως ἐν τοῖς χρόνοις Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως: ὑπηγορεύθη μὲν ἐν Πατμωτῷ νήσῳ παρὰ Ἰωάννου, ἐγράφη δὲ παρὰ Προχόρου ἑνὸς τῶν ἑπτὰ διακόνων. ἔχει τίτλους ιη. κεφάλαια σλβ. *Editum eſt Johannis Evangelium poſt annos XXXII. a Chriſti aſcenſione, temporibus Trajani Imperatoris, dictatum in Pathmi inſula a Johanne, ſcriptum autem a Prochoro uno ex ſeptem diaconis: habet titulos XVIII. capita vero, ſeu ſectiones CCXXXII.*

CODEX CCCXLV. *b.* I. 14.

Chartaceus, conſtans foliis 326. ſæculi XVI ubi

Fol. 1. ARISTOTELIS *Metaphyſicorum libri.*

Fol. 17. DIADOCHI Philoſophi Platonici elementa Theologica, ſeu inſtitutio Theologica propoſitionibus conſtans CCI.

CODEX CCCXLVI. *b.* I. 15.

Chartaceus, cui folia 59. ſæculi XVI. ubi excerpta varia ad medicam facultatem ſpectantia, parum accurate deſcripta. Et initio quidem eſt tractatus NEOPHYTI MONACHI, hoc titulo. Νεοφύτου Μοναχοῦ Προδρομηνοῦ πρόχειρος καὶ χρήσιμος σαφήνεια καὶ συλλογὴ κατὰ στοιχεῖον περὶ βοτανῶν καὶ ἄλλων εἰδῶν θεραπευτικῶν λέξεων τῶν κδ. γραμμάτων τῶν βοτανῶν διερμηνευμένων. *Neophyti Monachi Prodromeni (ex Monaſterio credideris Sancti Johannis Præcurſoris) facillima, atque perutilis demonſtratio, ac ſylloge ſecundum alphabeti ordinem de plantis, aliiſque ſpeciebus rerum medicarum, plantis ſecundum viginti quatuor literas diſtributis.*

Meminit hujus opuſculi etiam Carolus Dufreſne, hoc eodem prorſus titulo, in auctorum ineditorum elencho, quem poſtpoſuit *Gloſſario mediæ, & inf. Græc.* pag. 30. ex codice *Colbertino* CMLVII.

CODEX CCCXLVII *b.* I. 17.

Chartaceus, habens folia 132. ſæculi XVI. Varia itidem continet ad medicinam, & hiſtoriam naturalem pertinentia, frivola pleraque atque ſuperſtitionis plena, & barbare ſcripta. Dicuntur autem fol. 4. ex *Peiropolo*, aliiſque medicis tam recentibus, quam antiquis excerpta.

CODEX CCCXLVIII. *b.* I. 19.

Chartaceus, foliis conſtans 185. ſæculi XVI. in quo

Fol. 1. Sunt tyrunculi alicujus exercitationes grammaticales.

Fol. 8. Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνοῦ Χριστὸς πάσχων. *Divi* GREGORII NAZIANZENI *Tragœdia Chriſtus Patiens*, quam nonnulli contra Manuſcriptorum codicum fidem tribuere maluerunt *Apollinari Laodiceno*. Incipit:

Ἐπειδ' ἀκούσας δυσεβῶς ποιημάτων
Ποιητικῶς νῦν δυσεβῆ κλύειν θέλεις &c.

Exſtat tom. II. pag. 253. editionis Pariſienſis an. 1630.

Fol 79. *pag.* 2. Στίχοι Σιβύλλας τῆς Ἐρυθραίας περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Sibyllæ Erythrææ verſus de Jeſu Chriſto Domino noſtro*, inter ſuppoſititia opera jamdudum relati, quorum initium:

Ἰδρώσει μὲν χθὼν κείσεως σημεῖον ὅτ' ἔσαι
Ἥξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν ὁ μέλλων &c.

Fol. 80. *pag.* 2. Κάτωνος Ῥωμαίου γνώμαι παραινετικαὶ . . . δίστιχοι, ἃς μετεγχει-

Digitized by Google

καὶ ἐκ τῶν Λατίνων φωνῆς εἰς τὴν Ἑλληνίδα διάλεκτον Μάξιμος μοναχὸς ὁ Πλανούδιος. *Catonis Romani ſententiæ adhortationis ..... verſibus ex Latino ſermone in Græcum converſæ a Maximo Planude Monacho.*

Fol. 91. *pag.* 2. Μοσχοπούλου περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων συντάξεως. MOSCHOPULI *de nominum, verborumque conſtructione.*

CODEX CCCXLIX. *b.* I. 20.

Chartaceus, cui folia 69. ſæculi XVI. quaterniones olim habebat XXXIII. e quibus viginti tres perierunt.

Fol. 1. Ἐξήγησις εἰς τὸ ἐγχειρίδιον, *Expoſitio Enchiridii*, prætermiſſo autoris nomine; ſed ex lectione deprehendimus, eſſe ARRIANI expoſitionem *Enchiridii Epicteti*. Verba textus ſcripta ſunt in margine, ſemicirculis incluſa.

Fol. 46. & ſequentibus; ſunt eclogæ quædam variarum rerum, ac quæſtionum, ex Scripturis, & Sanctis Patribus, *Maximo* nempe, *Diadocho*, *Baſilio*, *Gregorio Nazianzeno*, *Cyrillo*, & *Iſidoro* collectæ. Excerpta ex operibus Iſidori præ cæteris notavimus, quum capitula ſub ejus nomine videre adhuc non contigerit.

Titulus hujuſmodi eſt *fol.* 53. Ἰσιδώρου ἐκ τῶν ἀσκητικῶν αὐτοῦ κεφαλαίων. *Iſidori ex aſceticis ejuſdem capitulis*. Agitur autem de vita anachoretica, atque his verbis continetur: ἐμοὶ μὲν τὴν μετεῖναι εἴδησιν ἡ κατὰ μόνας προσέθηκε ἀναχώρησις. ὁ γὰρ ἐν μέσῳ θορυβῶν σκεφόμενος καὶ γνῶναι τὰ ὑράνια βυλόμενος, λέλυθεν, ὅτι τὸ ἐν ἀκάνθαις σπειρόμενον ὑπ' ἐκείνων συμπνίγεται. ὁ δὲ μὴ σχολάσας Θεὸν γνῶναι οὐ δύναται. *Mediocrem mihi ſcientiam ſeceſſus ad monaſteria comparavit. Qui enim in medio turbarum verſans cæleſtia cognitione aſſequi vult, plane aberrat. Nam ſicut ſemen inter ſpinas projectum ab ipſis ſuffocatur, ſic qui curis non vacat, Deum cognoſcere nequit.*

CODEX CCCL. *b.* I. 21.

Membranaceus, habens folia 266. ſæculi XIII. eleganti, nitidoque charactere exaratus, in quo quatuor Evangelia cum brevibus quibuſdam adnotationibus in margine, quarum aliæ concordiam docent Evangeliſtarum, aliæ feſta indicant, quibus Evangelia recitantur, aliæ ſumma continent rerum capita. Quatuor etiam cernuntur imagunculæ affabre pictæ, auroque circumornatæ, Evangeliſtarum ſcribentium, cum propriis eorum ſymbolis.

Abſoluto tetraevangelio tabulæ exhibentur Evangelicarum lectionum ſingulis anni temporibus, ad quarum calcem *fol.* 269. *pag.* 2. ſequentia verba leguntur: ἐπληρώθη τὸ παρὸν τετραευαγγέλιον διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁπλοῦς Ἀναγνώστου Νικήτα τοῦ Μαυρώνι δι' ἐξόδου καὶ πόθου καὶ ἐνεργείας τοῦ ἐν μοναχοῖς κυροῦ Χρησοδούλου. καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες αὐτῷ δώσατε ἡμῖν. ἐν ἔτει ϛωδ Λεώνος ι'. *Perfectum eſt præſens tetraevangelium manu mea vilis Lectoris Nicetæ Mauronis, ſumptibus, & opere Monachi Domni Chriſtoduli. Ipſum legentes orate pro nobis. Anno* 6804. (*Chriſti* 1296.) *Leonis decimo.*

CODEX CCCLI. *b.* I. 22.

Bombycineus, conſtans foliis 338. ſæculi XV. paucis initio exceptis chartaceis foliis, a recentiori ſcriba ſuppletis, multos aſceticos tractatus complectitur.

Fol. 1. Eſt parvus index tractatuum omnium in codice contentorum, imperfectus tamen.

Fol. 9. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ τοῦ Σύρου καὶ Ἀναχωρητοῦ ἐπισκόπου γενομένου τῆς φιλοχείρου πόλεως Νινευὶ λόγοι ἀσκητικοὶ πρὸς ἡσυχίαν προτρέποντες, μεταγλωττισθέντες ἀπὸ τῆς Ἀράβων γλώττης, ὑπὸ τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν, τοῦ Ἀββᾶ Πατερικίου καὶ τοῦ Ἀββᾶ Ἀβραμίου τῶν φιλοσόφων τῶν ἐν τῇ Λαύρᾳ ἡσυχασάντων τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Σάββα.

Digitized by Google

Sancti Patris noſtri Iſaaci Syri, atque Anachoretæ, qui deinde ſanctæ civitatis Ninivitanæ Epiſcopus factus eſt, ſermones aſcetici monaſticam vitam ſuadentes, ex Arabica lingua in Græcam converſi a Sanctis Patribus noſtris, Abbate Patricio, atque Abbate Abramio, Philoſophis, in Laura Sancti Patris noſtri Sabæ aſceticam vitam ducentibus.

Horum nonnulli, ſed mutili, confuſique, & continua oratione ſub titulo *Libri de contemptu mundi*, Latine exſtant in tomo XI. *Bibliothecæ Patrum* edit. Lugd. Quapropter omnium titulos, & initia ex Regio noſtro Codice excerpſimus, atque hìc ſubjicimus, ut æquam interim, accuratamque illorum notitiam habeat ſtudioſus Lector, donec omnes Græce, & Latinè, in lucem prodeant.

Primus itaque ſermo περὶ ἀποταγῆς κόσμου ⸗ μοναχικῆς πολιτείας. *De abrenuntiatione mundi, atque monaſticæ vitæ inſtituto*, ſic incipit: φόβος τοῦ Θεοῦ, ἀρχὴ τῆς ἀρετῆς, λέγεται δὲ εἶναι &c.

Fol. 15. *pag.* 2. Περὶ Θεοῦ εὐχαριστίας καὶ κατηχήσεως κεφαλαιώδης. *De gratiarum actione Deo habenda, nec non Catecheſis compendioſa.* Incipit: εὐχαριστία τοῦ λαμβάνοντος, ἐρεθίζει τὸ διδόντα, τοῦ δοῦναι δωρήματα μείζονα τῶν προτέρων &c.

Fol. 23. *pagina* 2. Περὶ τοῦ ὅτι ἀκόπως εἰσέρχεται ἡ ψυχὴ πρὸς κατανόησιν τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ ⸗ τῶν κτισμάτων αὐτοῦ ἐὰν ἡσυχάσῃ ἀπὸ τοῦ κόσμου καὶ τῶν βιωτικῶν μερεμνῶν. τότε γὰρ δύναται γνῶναι τὴν φύσιν αὐτῆς καὶ ὃς ἔχει ἔσωθεν κεκρυμμένους θησαυρούς. *Quod ſine labore divinam ſapientiam, ceteraque Dei opera contempletur animus, ab hominum convictu remotus, atque mundanis curis vacuus. Tunc enim illius naturam, & abſconditos theſauros noſcere poteſt.* Incipit: ὅταν μὴ εἰσέλθωσιν ἔσωθεν μερίμναι βιωτικαὶ ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἀλλὰ μένει ἐν τῇ φύσει αὐτῆς &c.

Fol. 36. *pagina* 2. Περὶ τῆς ἀπολαγχνίας τοῦ δεσπότου δι' ἧς ἐκ τοῦ ὕψους τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀνθρώπων συγκατέβη. *De ſumma Domini miſericordia, cujus virtute ex altitudine magnitudinis ſuæ ad infirmam hominum conditionem ſe dejecit.* Incipit: ἐκ πάλιν ὁ Κύριος ἡμῶν κατὰ τὸ τρόπον τοῦ ἐλέους αὐτοῦ πρόνοιαν ποιησάμενος. καὶ κατὰ τὸ μέρος τῆς χάριτος &c. Quatuor autem ſermones ſub hoc titulo continentur.

Fol. 67. Τοῦ αὐτοῦ κεφάλαιον διδάσκον ὑπό τίνος ὠφελεῖται ὁ ἄνθρωπος εἰς τὸ προσεγγίσαι τῷ Θεῷ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ⸗ τίς ἡ ἀληθὴς αἰτία ἡ προσεγγίζουσα αὐτῷ κρυπτῶς τὴν βοήθειαν καὶ τίς πάλιν ἡ αἰτία ἡ ἄγουσα τὸν ἄνθρωπον εἰς ταπείνωσιν.

Ejuſdem capitulum edocens, quo potiſſimum auxilio homo ad Deum accedat in corde ſuo, & quæ vera cauſſa ſit occulte ipſi auxilium præbens; tum rurſus, quæ cauſſa hominem ad humilitatem inclinet. Incipit: Μακάριος ἄνθρωπος ὁ γινώσκων τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν διότι αὐτὴ ἡ γνῶσις γίνεται αὐτῷ θεμέλιος καὶ ἀρχὴ πάσης ἀγαθοσύνης &c.

Fol. 75. Ἐν τίνι διαφυλάττεται τὸ κάλλος τῆς μοναχικῆς πολιτείας καὶ τίς ὁ τρόπος τῆς Θεοῦ δοξολογίας. *Quomodo conſervetur monaſtici inſtituti pulchritudo, & quis proprius modus ſit divinas laudes celebrandi.* Incipit: δεῖ τὸν μοναχὸν εἶναι ἐν πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ⸗ πράγμασι τύπον ὠφελείας τοῖς ὁρῶσιν αὐτὸν &c.

Fol. 76. Περὶ τῆς ἐναλλαγῆς καὶ τροπῆς τῆς γινομένης τοῖς ὁδεύουσιν ἐν τῇ ὁδῷ τῆς ἡσυχίας τῇ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένῃ. συμβαίνει γὰρ σκυθρωπότης καὶ ψυχικὸς πυγμὸς ⸗ ἀλλοφυὴς χαρὰ καὶ ἀσυνήθης θερμότης. *De mutatione, quæ accidit iis, qui monaſticæ vitæ a Deo inſtitutæ viam terunt. Mæſtitia enim, & anguſtiis animus eorum conſtringi videtur; ſed ſtatim ſequitur gaudium, & inſuetus animi ardor.* Incipit: ὁ σωελθὼν τῷ νοὶ αὐτοῦ ἐν τῇ ἡσυχίᾳ πολιτεύσασθαι, ῥυθμιζέτω ἑαυτὸν καὶ ἐν τῇ γεωργίᾳ &c.

Fol. eodem, *pagina* 2. Περὶ τῶν ἡσυχαζόντων πότε ἄρχονται νοῆσαι τοῦ ἔφθασαν ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν ἐν τῇ ἀπεράντῳ θαλάσσῃ ἤτοι διαγωγὴ τῆς ἡσυχίας. καὶ πότε δυνάνται ἐλπίσαι μικρὸν ὅτι ἤρξαντο δοῦναι αὐτοῖς οἱ κόποι τῶν αὐτῶν καρπῶν. *De monachis, quando noſcere incipiant, ubinam propriis operibus in infinito hoc mari con-*

Digitized by Google

consistant, sive de monasticæ vitæ instituto, & quod spei aliquid concipere possunt, quum laborum fructus percipere cæperunt. Incipit: λέγω σοι ῥᾶγμα καὶ μὴ γελάσῃς, ὅτι ἀληθειαν λέγω σοι &c.

Fol. 79. Περὶ τ τρόπων τ εἰς Θεὸν ἐλπίδος. καὶ τίνα δεῖ ἐλπίζειν ἐπὶ τῷ Θεῷ καὶ τίς ἐστιν ὁ ἀφρόνως καὶ ἀσυνέτως ἔχων τὴν ἐλπίδα. *Quomodo in Deo ponenda sit spes, & quis jure, meritoque, quis vero temere, imprudenterque spem habeat.* Incipit: γίνεται ἐλπὶς ἐπὶ τῷ Θεῷ διὰ τ καρδιακῆς πίστεως &c.

Fol. 82. Περὶ φυλακῆς δὲ τηρήσεως τ ἐκ τ καινῶν καὶ ἀμελῶν δὲ ὅτι ἐκ τῆ πλησιασμῶ αὐτῶν, βασιλεύει ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἡ ἀμέλεια καὶ ἡ καινότης δὲ πληροῦται ὅλου παντὸς πάθους ἀκαθάρτου δὲ περὶ τῆ φυλάξασθαι ἑαυτὸν ἐκ τῆς ἐγγύτητος τ νεωτέρων. ἵνα μὴ μολυνθῇ ἐν νοῖς ἀκολάστοις λογισμοῖς. *Summa cura vitandos esse molles, ac desides, & quod ex eorum conversatione imperium suscipit in homine negligentia, & mollities, atque multorum affectuum immunditie repletur animus: cavendum etiam ab adolescentum consuetudine, ne libidinosis inquinemur cogitationibus.* Incipit: ὁ κωλύων τὸ στόμα αὐτῆ ἐκ τ λαλιᾶς, φυλάττει τ καρδίαν αὐτῆ ἐκ τῶν παθῶν &c.

Fol. 89. *pagina* 2. Περὶ τάξεως ἀρχαείων. *De ordine, seu regula Novitiorum.* Incipit: αὕτη ἐστὶν ἡ τάξις ἡ σώφρων καὶ Θεῷ προσφιλὴς τὸ μὴ περιβλέπειν &c.

Fol. 91. *pagina* 2. Περὶ τάξεως τ μοναχικῆς πολιτείας συντομίας τε δὲ διαφορᾶς, δὲ πῶς δὲ ποίῳ τρόπῳ τίκτονται αἱ ἀρεταὶ ἐξ ἀλλήλων. *De ordine, brevitate, atque differentia monastici instituti, & quomodo virtutes ex se invicem gignantur.* Incipit: ἐκ τ ἐργασίας τῆς βιαίας τίκτεται ἡ θέρμη ἡ ἄμετρος &c.

Fol. 93. Ὅτι ὠφέλιμος τοῖς ἡσυχασταῖς ἡ ἀργία ἀπὸ τ φροντίδων δὲ ἐπιζήμιος ἡ εἴσοδος καὶ ἔξοδος. *Quod utilis valde sit monachis quies ab omnibus curis, exitiosus vero ingressus, & exitus.* Incipit: ἄνθρωπος πολυμέριμνος πρᾶος καὶ ἡσύχιος γενέσθαι ὐ δυνάται &c.

Fol. 94. *pagina* 2. Περὶ ὁδῶν τ πλησιάζειν τῷ Θεῷ πρακτῶν, φανερωμένων τῷ ἀνθρώπῳ ἐκ τ ἰδίων ἔργων τ νυκτερινῆς ἀγρυπνίας. δὲ ὅτι οἱ ἐν τῇ διαγωγῇ ταύτῃ ἐργαζόμενοι μέλι τρέφονται πάσας τὰς ἡμέρας τ ζωῆς αὐτῶν. *De semitis, quibus ad Deum accedimus, ex propriis operibus, nocturnaque vigilantia homini patefactis; quodque disciplinæ huic operam dantes omnibus diebus vitæ suæ suavissimo melle nutriantur.* Incipit: μὴ νομίσῃς ὦ ἄνθρωπε ὅτι ἐν πάσῃ τῇ ἐργασίᾳ τῶν μοναχῶν ἐστι διαγωγὴ μείζων τῆς ἀγρυπνίας &c.

Fol. 97. *pagina* 2. Διήγησις ἁγίων ἀνδρῶν καὶ λόγοι παρόσιοι, ὅς παρ' αὐτῶν ἀκήκοα. καὶ περὶ τ θαυμασῆς αὐτῶν διαγωγῆς. *Historia sanctarum virorum, & sermones piissimi, quos ab iisdem accepi; tum de admiranda eorum disciplina.* Incipit: ἐν μιᾷ τ ἡμερῶν, ἀπῆλθον εἰς κελλίον τινὸς ἀδελφῦ ἁγίου καὶ ἀνέκλινα &c.

Fol. 104. *pag.* 2. Περὶ διαφορᾶς τῆς ἐν ἡσυχίᾳ διακείσεως. δὲ περὶ τ τῦ νοὸς ἁγιασίας. καὶ μέχει τίνος ἔχει ταύτῃ τ ἁγιασίαν τῦ νικῆσαι τὰς ἰδίας κινήσεις, ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν τῆς προσδυχῆς χημάτων. καὶ τίς ὁ τῇ φύσει δεδομένος ὅρος τῆς προσδυχῆς. ἕστινος μέχεις ἁγιασθαι αὐτῇ προσδύχεσθαι. δὲ ὃν διαβαινύσης ὅρον μὴ εἶναι ταύτῃ προσδυχῇ. εἰ καὶ προσδυχῆς προσηγορία λέγεται τὸ τότε πεπλεσμένον. *De diversa monasticæ vitæ perfectione, ac de mentis facultate; & quatenus hujusmodi facultate proprios animi motus superandi quis polleat variis precum modis: tum qui a natura constitutus sit orationi terminus, intra quem orare aliquis potest, & ultra quem oratio amplius non est, etsi orationis nomine appelletur.* Incipit: δόξα τῷ ἐχχέαντι πλουσίας τὰς ἑαυτῦ δωρεὰς ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις &c.

Fol. 110. *pag.* 2. Περὶ δυνάμεως τῆς ἐνεργείας τῶν κακῶν τ ἁμαρτίας, ὑπὸ τίνων συνίστανται. δὲ ὑπὸ τίνων παύονται. *De vi actionis malorum peccati, quibus illa constituantur, & quibus cessent:* Incipit: ἕως ἂν ἀληθῶς ἐκ καρδίας μισήσῃ τίς τ αἰτίαν τ ἁμαρτίας &c.

Fol. 114. Ὑπόθεσις τῇ ψυχῇ τῇ ζητούσῃ τ βαθείαν θεωρίαν τῦ βυθισθῆναι

Digitized by Google

ἐν αὐτῇ ἀπὸ τῶν σαρκικῶν λογισμῶν τῶν ἀπὸ τῆς μνήμης τ πραγμάτων. *Argumentum propositum animæ cupienti immergere se gravissimæ contemplationi, ut liberetur a carnalibus cogitationibus ex rerum, quæ peractæ sunt, memoria provenientibus.* Incipit: πᾶν πρᾶγμα ὑψηλότερον ἄλλου, ἐγκέκρυπται ἀπ ἐκείνου ἅ ἐστιν ἀνώτερον &c.

Fol. 116. *pag.* 2. Κατὰ πόσους τρόπους καὶ διαφορὰς δέχεται τὴν θέαν τῆς φύσεως τῶν ἀσωμάτων ἡ ἀνθρωπίνη φύσις. *Quot, & quam variis modis naturæ rerum incorporalium aspectum accipit humana natura.* Incipit: πάσης φύσεως ἀσωμάτου καὶ λεπτῆς τῶν πνευματικῶν σωμάτων κατὰ τρεῖς διαφορὰς ἡ κατάληψις ὑποπίπτει &c.

Fol. 120. Ὑπόδειγμα & παραβολὴ περὶ τῆς κατὰ κυριακὴν & σάββατον θεωρίας. *Exemplum, & similitudo de meditatione in Dominica, & Sabbato.* Incipit: ἡ κυριακὴ μυστήριόν ἐστι τ γνώσεως τ ἀληθείας ἥτις μετὰ σαρκὸς & αἵματος ἀ προσδέχεται &c.

Fol. 122. *pag.* 2. Περὶ φυλακῆς καρδίας & θεωρίας λεπτοτέρας. *De cordis custodia, & subtiliori meditatione.* Incipit: εἰ κατὰ μόνας ὑπάρχεις ἐν τῷ κελλίῳ σου, μελέτησον ἀεὶ ἐν τῇ μελέτῃ τῶν τροπαρίων &c.

Fol. 123. *pag.* 2. Περὶ τῶν σημείων τ ἁγίας ἀγάπης. *De signis sanctæ dilectionis.* Incipit: ἡ ἀγάπη θέρμη ἐστὶ τῇ φύσει & ὅταν ἀμείρως ἐπιπέσῃ τινὶ &c.

Fol. 124. Λόγοι πεπληρωμένοι τ ὑψηλοτάτης σοφίας τοῦ Πνεύματος. *Sermones altissima Spiritus sapientia pleni.* Initium est: ἡ ἄσκησις μήτηρ τοῦ ἁγιασμοῦ. ἐξ οὗ γεννᾶται ἡ γεῦσις τ ἀληθήσεως τ πρώτης τ μυστηρίων τοῦ Θεοῦ &c.

Fol. 144. Περὶ διαφορᾶς τρόπων τοῦ πολέμου τοῦ ἐκ τοῦ Διαβόλου πρὸς τοὺς ἐν τῇ στενῇ ὁδῷ τῇ ὑπερεχούσῃ τὸν κόσμον πορευομένους. *De diversis præliandi modis, quibus utitur Diabolus adversus eos, qui per angustam viam mundo superiorem incedunt.* Incipit: ἔχει ἔθος πάλιν ὁ Διάβολος ὁ ἀντίπαλος ἡμῶν τοῖς ἐν τῷ ἀγῶνι τούτῳ κατισχύσαι μηχανικῶς διαιρεῖν τὰς πάλας &c.

Fol. 150. Περὶ τ ἀδιαλείπτου μετανοίας. & τοῦ σωάζειν ἑαυτὸν ἐν ἑνὶ τόπῳ. καὶ τί τὰ ἐκ τούτων γινόμενα. καὶ ὅτι ἐν γνώσει τῆς διακρίσεως ἐδιδάχθη τὸν ἀκέβειαν τῆς χρήσεως τῶν τοιούτων. *De perpetuo jejunio, & quod quisque se colligere debet; quid autem ex his fiat; & quod ex discretionis cognitione percipitur accuratus eorum usus.* Incipit: ἐν πολλῷ καιρῷ πειραζόμενος ἐν τοῖς δεξιοῖς & ἀριστεροῖς & ἐαυτὸν δοκιμάσας &c.

Fol. 158. Περὶ τὰ εἴδη τῶν διαφόρων τῶν πειρασμῶν καὶ πόσῳ ἔχουσιν ἡδύτητα οἱ πειρασμοὶ οἱ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας γινόμενοι καὶ ὑπομενόμενοι. καὶ βαθμοὶ καὶ τάξεις ἐν αἷς ὁ ἄνθρωπος συνετῶς πορεύεται. *De variis tentationum speciebus, & quantam jucunditatem afferant tentationes, quæ pro veritate fiunt, & sustinentur: tum de gradibus, atque ordinibus, quibus homo sapienter progreditur.* Incipit: αἱ ἀρεταὶ ἀλλήλας διαδέχονται. διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι τὴν ὁδὸν αὐτῆς ἐπαχθῆ & βαρεῖαν &c.

Fol. 162. Ἑρμηνεία τ τρόπων τ ἀρετῆς & τίς ἐστιν ἡ ἰσχὺς τ διαφορᾶς ἑκάστου αὐτῶν. *Exponuntur variæ virtutum formæ, & quæ sit uniuscujusque earum vis, atque excellentia.* Incipit: ἡ ἀρετὴ ἡ σωματικὴ ἐν τῇ ἡσυχίᾳ τὸ σῶμα καθαίρει ἐκ τ ὕλης &c.

Fol. 164. Περὶ τ καθάρσεως τοῦ σώματος καὶ τ καθάρσεως τ ψυχῆς & τοῦ νοός. *De purificatione corporis, animique, & mentis.* Incipit: ἡ κάθαρσις τοῦ σώματός ἐστιν ὁσιότης ἐκ τοῦ μολυσμοῦ τῆς σαρκός &c.

Fol. eodem, *pag.* 2. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ χαρεῖσα πρός τινα ἀδελφὸν ἀγαπῶντα τὴν ἡσυχίαν. πῶς ὁ Διάβολος τρόπους καταργῆσαι τοὺς σπουδάζοντας συνεχῶς ἡσυχάζειν ἐκ τῆς ἡσυχίας τῆς ἐπιμόνου, ἐν προσόπῳ ἀγάπης ἐγγυτέρων, & ἐν τίσι τιμίοις καὶ πῶς δεῖ τ ἡσυχαστὴν καταφρονεῖν τ πάντων ὑπὲρ τ γνώσεως τοῦ Θεοῦ τ ἀγαπωμένης ἐν τῇ ἡσυχίᾳ, ὥσπερ ἐφάνη ἐν τοῖς πατράσιν ἡμῶν τοῖς ἀρχαίοις. *Epistola ad quemdam Fratrem monasticæ vitæ amantissimum scripta: Quomodo Diabolus eos, qui monasticæ vitæ sedulo vacant, a constanti exercitatione amovere nitatur, proposita propinquorum dilectione, & quibusdam honoris incitamentis. Item quomodo debeat Monachus cetera omnia*

con-

Digitized by Google

contemnere præ cognitione Dei, quæ in ſolitudine reperitur, quemadmodum viſum eſt antiquis noſtris Patribus. Incipit: διότι γνωρίζω σε ἀγαπῶντα τὴν ἡσυχίαν. καὶ συμπλέκει σε ὁ Διάβολος ἐν πολλοῖς προφάσει τοῦ ἀγαθοῦ &c.

Fol. 167. *pag.* 2. Τοῦ αὐτοῦ ἀπόκρισις πρός τινα ἀδελφὸν φυσικὸν καὶ πνευματικὸν προτρεπόμενον καὶ παρακαλοῦντα ἐν γράμμασιν ἐνδημῆσαι πρὸς αὐτὸν οἰκοῦντα ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ διψῶντα θεάσασθαι αὐτόν. *Ejuſdem Reſponſio ad quemdam Fratrem tam corpore, quam ſpiritu, qui literis eum invitaverat, & adhortatus fuerat, ut ſecum in mundo verſaretur, & qui maximo illum videndi deſiderio flagrabat.* Incipit: ὑχὶ ὡς νομίζεις σὺ ἡμεῖς δυνατοὶ ὦ μακάριε. ἴσως γινώσκεις τὴν ἀσθένειάν μου &c.

Fol. 168. *pag.* 2. Λόγοι ἀντιληπτικοὶ καὶ ὑποθέσεις ὠφέλιμαι πεπληρωμέναι τῆς σοφίας τοῦ Πνεύματος. *Sermones antileptici, & hypotheſes perutiles divini Spiritus ſapientia plenæ.* Initium eſt: ἡ πίστις ἐστὶν ἡ θύρα τῶν μυστηρίων. καθάπερ οἱ σωματικοὶ ὀφθαλμοὶ τοῖς αἰσθητοῖς πράγμασι &c.

Fol. 170. Πόσον γίνεται τὸ μέτρον τῆς γνώσεως. καὶ τὰ μέτρα τὰ περὶ τῆς πίστεως. *Quanta ſit menſura cognitionis, & quanta menſura fidei.* Incipit: ἔστι γνῶσις προηγουμένη τῆς πίστεως. καὶ ἔστι γνῶσις τικτομένη ἐκ τῆς πίστεως &c.

Fol. 172. Συμβουλίαι πεπληρωμέναι ὠφελείας ἃς ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐλάλησε τοῖς ἐν ταπεινώσει ἀκούουσιν αὐτοῦ. *Conſilia admodum utilia, quæ propter maximam dilectionem humilibus auditoribus ſuis dedit.* Incipit: οὐκ ἔστιν ἔννοια ἀγαθὴ μὴ οὖσα ἐκ τοῦ χάους τῆς θείας ἐμπίπτουσα ἐν τῇ καρδίᾳ &c.

Fol. 278. Περὶ τῆς ἀγγελικῆς κινήσεως τοῦ πρὸς προκοπὴν τῆς ψυχῆς ἐν τοῖς πνευματικοῖς διὰ τῆς προνοίας τοῦ Θεοῦ ἐξυπηζομένης ἐν ἡμῖν. *De angelica motione ad profectum animæ in ſpiritualibus excitata in nobis a divina providentia.* Incipit: πρώτη ἔννοια ἡ ἐκ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ ἐμπίπτουσα ἐν τῷ ἀνθρώπῳ &c.

Fol. 180. Περὶ ἀλλοιώσεως τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ γινομένης ἐν παντὶ καιρῷ, τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος καὶ ἐμβιβασμὸς ἐν τοῖς δεξιοῖς καὶ ἀριστεροῖς γινόμενος. *De mutatione, quæ in animo fit quolibet tempore, luce, ac tenebris ſe ſe invicem expellentibus, atque de impulſu, qui fit dextrorſum, & ſiniſtrorſum.* Incipit: ἴδωμεν ὦ ἀγαπητοὶ ἐν τῇ ψυχῇ ἡμῶν ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ δύχης, ἐὰν ἔχωμεν &c.

Fol. 181. Κεφάλαια μικρὰ ἐν οἷς ὑπάρχουσι νόες παρηλλαγμένοι ἐν οἷς διδάσκει τὸ βλάβος τοῦ μωροῦ τοῦ ὡς ἐπὶ προσώπου τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ βοηθείαν τοῦ ἐκ τῆς παρόπτου σοῦ ἄλλοις τρόποις. *Capitula minora, quæ varios ſenſus comprehendunt, in quibus docet damna ſtulti, qui timorem omnem Dei abjecit, item ſubſidium, quod manſuetudo præſtat, una cum aliis modis.* Incipit: ἄνθρωπος ζηλωτὴς ὑδέποτε φθάνει τοῦ εἰρωνίου τὰ διανοίας &c.

Fol. 186. *pag.* 2. Περὶ λογισμῶν πονηρῶν ἀκουσίων τῶν ἐκ τῆς λύσεως τῆς ἀμελείας τῆς πρὸ αὐτῶν γινομένης τικτομένων. *De cogitationibus malis, quæ præter voluntatem ex præcedenti negligentia gignuntur:* Incipit: εἰσί τινες οἱ ἐρείδοντες τὸ σῶμα καὶ ἐπιθυμοῦσιν ἀναπαῦσαι αὐτὸ μικρὸν διὰ τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ &c.

Fol 188. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν μισῆσαι τὸν ἁμαρτωλόν, ἀλλὰ κλαίειν καὶ δεῖσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ. *Odio proſequendum non eſſe peccatorem, ſed potius fletu, precibuſque adjuvandum.* Incipit: μὴ μισήσῃς τὸν ἁμαρτωλόν. πάντες γὰρ ἔσμεν ὑπόδικοι &c.

Fol. 189. *pag.* 2. Περὶ τῶν τρόπων τῆς γνώσεως καὶ τῆς διαφορᾶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν καὶ τῶν νοημάτων αὐτῶν. καὶ περὶ πίστεως τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ πλούτου μυστικοῦ τοῦ ἐγκεκρυμμένου ἐν αὐτῇ. καὶ πόσον διαφέρει ἡ γνῶσις τοῦ κόσμου τούτου ἐν τοῖς τρόποις αὐτῆς τῆς ἁπλότητος τῆς πίστεως. *De tribus cognitionis modis, diverſaque eorum utilitate, & de ſingulorum proprietatibus. Item de fide, abſconditoque in eadem myſtico divitiarum theſauro, & quantum cognitio mundana differat a fidei ſimplicitate.* Incipit: ἡ ψυχὴ ἐν ταῖς τελείοις τῆς πολιτείας καὶ ἐν τῇ ὁδῷ τῆς πίστεως διαπορευομένη &c.

Fol. 198. Κεφάλαια σωτήρια ὑπὲρ ἄλλων

Digitized by Google

λων τρόπων τ διαφορᾶς τ ἐννοιῶν τ γνώσεως. *Capitula compendiosa de aliis modis, quibus differunt cognitionis notiones.* Initium est: ἡ γνῶσις ἡ ἀναστρεφομένη ἐν τοῖς ὁρατοῖς ἢ ἐν ταῖς αἰσθήσεσι δεχομένη τ διδαχλὼ αὐτῶν &c.

Fol. eodem, *pag.* 2. Τρόπος τ δ'χῆς χ τ λοιπῶν τ περὶ τ διλωεκῆς μνήμης ἐξ ἀνάγκης ζητημένων χ πολυμερῶς ὠφελήντων. ὅσις ἐν διακείσει ἀναγινώσκει αὐτὰ ἐ φυλάττει. *De modo orandi, ceterisque aliis necessariis, atque perutilibus quæstionibus de perpetua commemoratione, quæ attente legi debent, atque servari.* Incipit: τὸ βεβιωθλῶκί τινα ἐν τῇ αἰτήσει τ δ'χῆς αὐτοῦ ἐν τῇ ἐλπίδι τοῦ Θεοῦ· &c.

Fol. 199. Περὶ τοῦ ὅτι αἱ μνήμκα εἴτε καλαὶ εἰσιν εἴτε κακαὶ ἀναχμνίζουσιν ἡμῖν ἀρετλὼ ἢ κακίαν. χ διὰ τοῦτο χρὴ πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν ἑαυτοὺς χ ἐν σοφίᾳ περιπατεῖν. *Quod commemorationes optimæ, aut malæ virtutem in nobis, vel vitium renovant; quocirca summa sollicitudine nobis cavere debemus, atque in sapientia ambulare.* Incipit: ἐὰν γὰρ ἡ μνήμη τ ἀρετῶν ἀνακμνίζει ἡμῖν ἀρετλὼ ὅταν δ'ρεθῶμεν αὐτὰς &c.

Fol. 201. *pag.* 2. Ὅτι ὐ δεῖ ἡσυχαςλὼ ἐργάζεσθαι τροφασιν τῆς χρείας αὐτοῦ ἢ τῆς ἐλεημοσώνης, ἀλλὰ φυλάττειν τ νοῦν ἀεί, χ προσδ'χεσθαι ἀεὶ καὶ ἀναγινώσκειν. *Non debere monachum aliquid operis facere in proprium usum, aut eleemosynæ caussa; sed assidue mentis curam gerere, & precibus, atque lectioni operam dare.* Deest initium.

Fol. 203. *pag.* 2. Πόθεν φυλάττεται ἡ νῆψις ἡ κρυπτὴ ἡ ἔσωθεν ἐν τῇ ψυχῇ γινομένη. ἐ πόθεν εἰσέρχεται ὁ ὕπνος καὶ ἡ ψυχρότης ἐν τῇ διανοίᾳ. χ σβεννύουσι τλὼ θέρμλω τλὼ ἁγίαν ἀπὸ τῆς ψυχῆς. *Quomodo abscondita intrinsecus in animo servetur sobrietas. Et unde somnus, & algor mentem occupent, sanctumque animi ardorem exstinguant.* Incipit: κκ ἔσι δυνατὸν τοῖς ἔχουσι τὰς καλὰς ἐπιθυμίας ὑπὸ τῆς ἐναντιώσεως κωλυθλῶκι δράσαι ταῦτα &c.

Fol. 205. Περὶ τ ἀλλοίωσεων τ πολλῶν τ ἀκολοθούντων τῇ διανοίᾳ ἐ τῇ δ'χῇ δοκιμαζομένων περὶ ἐπίγνωσεως τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ. *De mutatione multarum rerum, quæ cognitioni, & orationi inservire existimantur, propter agnitionem voluntatis Dei.* Incipit: τὸ προκείνειν μὲν τὸ ἀγαθὸν θέλημα τοῦ ἐπιθυμοῦντος αὐτό ἐσι &c.

Fol. 206. Περὶ ὑπομονῆς τ ὑπὲρ τ ἀγάπης τοῦ Θεοῦ. ἐ πόση ἀντίληψις δείσκεται ἐν αὐτῇ. *De tolerantia propter Dei caritatem, quotve in ipsa commoda reperiantur.* Incipit: ὅσον καταφρονήσει ἄνθρωπος τούτου τοῦ κόσμου ὅτε ασυδάσει εἰς τ φόβον τοῦ Θεοῦ &c.

Fol. 207. *pag.* 2. Περὶ τ ἔγγισα τοῦ Θεοῦ ζωόντων καὶ ἐν τῇ ζωῇ τ γνώσεως πάσας τὰς ἡμέρας αὐτῶν διαγόντων. *De iis, qui Deo in omnibus adhærent, & contemplationi cunctis diebus vitæ suæ vacant.* Incipit: γέρων τις ἔχραψεν εἰς τὰ τείχη τοῦ κελλίου αὐτοῦ λόγους ἐ ἐννοίας πολυτρόπους &c.

Fol. 211. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν χωεὶς ἀνάγκης ἐπιθυμεῖν ἢ ἐπιζητεῖν σημειά τινα φανερὰ ἔχειν ἐν ταῖς χερσὶν ἡμῶν. *Quod absque necessitate non sint expetenda, aut quærenda signa quædam evidentissima.* Incipit: ἐν παντὶ καιρῷ ἐν ᾧ ὁ κύριος ἐγγὺς εἰς ἀντιλήψεις τ ἁγίων αὐτοῦ, χωεὶς ἀνάγκης ὐ δεικνύει τλὼ δωάμιν αὐτοῦ &c.

Fol. 213. Διὰ ποίας αἰτίας ἀφῇ ὁ Θεὸς τοὺς πειρασμοὺς ἐπὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν. *Quibus de caussis tentari permittat Deus diligentes se.* Incipit: ἐκ τ ἀγάπης ἧς ἔδειξαν οἱ ἅγιοι πρὸς τ Θεόν &c.

Fol. 214. Περὶ τοῦ σωιέναι τὸ ἐν ποίῳ μέτρῳ ἴσταταί τις ἐκ τ κινουμένων ἐν αὐτῷ λογισμῶν. *Quomodo quis intelligere possit, quo in statu versetur ob excitatas in ipso cogitationes.* Incipit: ἄνθρωπος ὅσον ἐσὶν ἐν ἀμελείᾳ, ἐκ τ ὥρας τοῦ θανάτου φοβεῖται &c.

Fol. 217. Διὰ τί οἱ ἄνθρωποι οἱ ψυχικοὶ ἐν τῇ γνώσει περιβλέπουσι εἰς τινα πνευματικὰ κατὰ τλὼ παχύτητα τ σωμάτων ἐ πῶς δωάται ἡ διάνοια ὑψωθλῶαι ἐκ ταύτης. καὶ τί ἐσιν ἡ αἰτία τοῦ μὴ ἐλευθερωθλῶαι ἐξ αὐτῆς. καὶ πότε καὶ ἐν ποίῳ δωατὸν ἐμμεῖναι τλὼ διάνοιαν ἀνευ φαντασίας ἐν τῇ ὥρᾳ τ λειτουργίας. *Cur homines spiritales ex rerum sensibilium crassitie nonnumquam erigant se se ad res in-*

Digitized by Google

insensibiles, & quomodo possit mens ex illa in sublime ferri; & quæ sit causſa, ob quam ea non libereture; tum quare non sine labore imagines rerum animo insidentium cohibere queat tempore sacri ministerii. Incipit: ἐυλογημένη ἡ τιμὴ τῦ κυρίυ τῦ ἀναγοντος θύραν ἔμπροσθεν ἡμῶν &c.

Fol. 223. Περὶ μετανοίας καὶ ἡσυχίας. *De pœnitentia, & vita ascetica.* Incipit: ἐὰν ἀγαπᾷς τ μετάνοιαν, ἀγάπησον & τὴν ἡσυχίαν &c.

Fol. 224. pag. 2. Ἐπιστολὴ ἀγάπης τῦ αὐτῦ Ἀββᾶ Ἰσαὰκ ᾧ ἀπέστειλε πρός τινα ἀγαπητὸν αὐτῦ, διδάσκων ἐν αὐτῇ τὰ περὶ τ μυστηίων τ ἡσυχίας. καὶ πῶς πολλοὶ ἀμελῦσι διά τὸ μὴ γινώσκειν αὐτὰς τ ἐργασίαν ταύτην τ θαυμαστήν. & ὅτι οἱ πλεῖστοι ἐπράτησαν τὸ κάθισμα τ κελλίων ἐκ διαδοχῆς τῆς παρελομένης μεταξὺ τῶν μοναχῶν μετὰ σωτόμυ σωναγωγῆς τῆς ὀφειλομένης τῇ διηγήσει τῆς ἡσυχίας. *Epistola ejusdem Abbatis Isaaci, quam ad amicum quemdam scripsit, docens asceticæ vitæ mysteria, & quomodo a multis illa contemnantur, propterea quod admirandi ejus operis rationem perspectam non habent. Item quod plurimi cellulas occuparent ex successione, quæ procedit inter Monachos, paucis quibusdam in fine collectis de monasticæ vitæ disciplina.* Incipit: Ἀδελφὲ ἐπειδὴ ᾠεγράφθην ἐκ τῦ ὀφείλοντος ἐπιστεῖλαί σοι περὶ τ ὀφειλομένων ἐξ ἀνάγκης &c.

Fol. 227. pag. 2. Σχόλια καὶ δηλώσεις ὅπερ ἐν ταῖς μαρτυρίαις περὶ διαφόρων νοημάτων ποία ἐστὶ χρεία ἐπάσχ τύτων. *Scholia, atque demonstrationes circa variarum notionum testimonia, qui sit uniuscujusque usus.* Incipit: αἴσθησις πνευματικὴ ἐστιν ἡ ποιηθεῖσα δέξασθαι τ δωρεὰν τ θεωρητικῷ &c.

Fol. 232. Ὅτι τὰ μέτρα τ πολιτείας ἡμῶν ἐκ τ ἀλλοιώσεως τ διανοίας ἡμῶν νοεῖμεν. καὶ ὅτι τὸ πλῆθος τ ἀλλοιώσεως τ ἔργων ἡμῶν πιστωδῶς μὴ ἐπερειδώμεθα, ἀλλὰ τὸ μέτρον τ ψυχῶν ἡμῶν γνωσώμεθα ὡς σοφοὶ, ἐκ τῦ ἀνακαθισμῦ τῦ ἐν τῷ κρυπτῷ ὃ αἰσθανόμεθα ἡμέραν καθ' ἡμέραν. καὶ περὶ τάξεως λεπτῆς τ διακρίσεως. *Quod mensuram instituti nostri ex mutatione cognitionis nostræ facile dijudicare possimus, quodve mutationem operum nostrorum plurimum augere stulto conatu non debemus, sed animorum mensuram sapienter, accurateque dignoscere ex renovatione interna, occultaque, quam quotidie fieri proprio sensu percipimus. Item de ordine accurato disquisitionis faciendæ.* Incipit: πρόσεχε σεαυτῷ ἀγαπητὲ ἀεί. καὶ ἴδε ἐν τῇ συνεχείᾳ τ ἔργων συ καὶ τὰς θλίψεις &c.

Fol. 234. pag. 2. Περὶ τ ἀληθῦς γνώσεως. καὶ περὶ πειρασμῶν. καὶ περὶ τῦ ἀκριβῶς γινώσκειν ὅτι ὐχὶ μόνον τινὲς ἐλάχιστοι & ἀσθενεῖς & ἀγύμναστοι. ἀλλὰ καὶ οἱ ἀξιωθέντες τ ἀπαθείας χρονικῆς. & φθάσαντες τ τελειότητα τῦ φρονήματος. καὶ πλησίον γενόμενοι τ καθαρότητος μερικῶς τ μετὰ τ νεκρώσεως συνεζευγμένης & φθάσαντες ὑπεραρθῆναι τ παθῶν, ἐν ὥσῳ εἰσὶν ἐν τῷ κόσμῳ τύτῳ, ἐπετράπη ἐκ τῦ Θεῦ ἐν τῇ συζεύξει τ ζωῆς τ μὴ σαρκὸς τ παθητῆς, ἔχειν ἀγῶνα καὶ πατάκοπους εἶναι ἐκ τ παθῶν διὰ τ σάρκα. διότι γίνεται πρὸς αὐτὰς ἀεὶ παραχώρησις ἐν ἔλει διὰ τ πτόησιν τ ὑπερηφανίας. *De vera cognitione, nec non de tentationibus, & quod pro certo habendum sit, non solum minimos quosdam, infirmos, atque inexercitatos, sed & eos, qui ab affectibus aliquando vacui sunt, atque maximam prudentiam assequuti videntur, eamque ferme dixerim puritatem, quæ cum morte conjuncta est, licet animi motus summo imperio moderari curent, quandiu in hoc mundo versantur, atque carni affectionibus subjectæ conjunguntur, Deo ita permittente, certamina sustinere, atque carnalibus affectionibus agitari, unde fit, ut semper misericordia indigeant propter metum superbiæ.* Incipit: κατὰ μίαν καὶ μίαν ποσάκις παραβαίνυσί τινες καὶ ἐν τῇ μετανοίᾳ ἰατρεύσει τὰς ψυχὰς αὐτῶν &c.

Fol. 241. Ἐρωτήσεις περὶ διαφορᾶς ἀρετῶν καὶ περὶ πλειότητος τῦ παντὸς δρόμυ καὶ περὶ μεγαλωσυνης τ ἀγάπης τ ἀνθρώπων κατὰ τρόπον πνευματικὸν & πλειῦνται πάντας τὰς ἁγίας. δι ὃ ἐπήχθη ἐν αὐτοῖς ἡ θεία ὁμοίωσις ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτῶν τῇ πλησίᾳ. ᾧ ἔχεαν ἐπὶ τὰς ψυχὰς τ ἀνθρώπων. *Quæstiones de differentia virtutum, & de con-*

Digitized by Google

consummatione totius curriculi, atque præstantia caritatis hominum, ad eum modum spiritualem consideratæ, quo Sancti omnes perfectionem adepti sunt, unde expressa in ipsis divina similitudo propter multam caritatem, quam in filios hominum effuderunt. Incipit: πλειότης παντὸς δρόμυ ἐν τύτοις τοῖς τελείν ἐστιν. ἐν τῇ μετανοίᾳ. καὶ τῇ καθαρότητι &c.

Fol. 253. Περὶ ὠφελείας τ ἐκ τ φυγῆς τ κόσμυ. ὅτι ἐν τῇ ἐξετάσει τ προσοχῇ τ σοφίας, ἐτροπώσαντο οἱ πατέρες τοῦτον τ τρόπον. *Quam utilis sit hujus sæculi fuga, & quod sedula sapientiæ inquisitione Patres modum hunc optimum adinvenerunt.* Incipit: ἰσχυρός ἐστιν ἀληθῶς καὶ δυσχερὴς κ δύσκολος ὁ ἀγὼν ὁ γινόμενος ἐν τοῖς πράγμασι &c.

Fol. eodem, pag. 2. Περὶ ἐκείνων, δι ὧν κτήσασθαί τις δύναται τ ἀλλοίωσιν τ κρυπτῶν νοημάτων μ τ ἀλλοιώσεως τ πολιτείας τ ἔξω. *De iis, quæ necessaria sunt, ut quis mutationem notionum occultarum adsequi possit una cum mutatione instituti exterioris.* Incipit: ὅσον ἐστί τις ἐν τῇ ἀκτημοσύνῃ, ἡ ἐνδημία τ ζωῆς ἀνέρχεται ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτῦ ἀεὶ &c.

Fol. 257. Περὶ ἀγρυπνίας τῶν νυκτῶν κ περὶ διαφορᾶς τρόπων τ ἐργασίας αὐτῆς κ ὅτι ὑ δεῖ τ σκοπὸν τῶν ἔργων ἡμῶν πρὸς πλείωσιν κ ὁρισμὸν ποσότητος εἶναι, ἀλλ' ἐν ἐλευθερίᾳ τ διακρίσεως, ὡς ὑοὶ Θεῦ μετὰ τῦ πατρὸς αὐτῶν ἐργαζόμενοι ἐν τῇ προθυμίᾳ τ ἀγάπης. καὶ πόσον ἐστὶ τίμιον τὸ ἔργον τ ἀγρυπνίας ὑπὲρ πάσας τὰς πολιτείας. κ ποία ζητεῖ τοῖς ἐκλεξαμένοις τῦτο τὸ ἔργον. κ πῶς δεῖ πορεύεσθαι ἐν αὐτῇ. κ περὶ τ χαρισμάτων τ ἀξιωμένων ὑπὸ τῦ Θεῦ αὐτοῖς εἶναι. κ περὶ τ ἀγώνων τ ἐξ ἐναντίας αὐτῶν ἐκ τῦ ἄρχοντος τῦ αἰῶνος τύτυ. *De nocturna vigilantia, & de variis modis hujus virtutis. Item actionum nostrarum finem non esse in perfectione, & quantitatis termino constituendum, sed in libertate discretionis, quæ convenit filiis Dei ex promptitudine caritatis operantibus ad imitationem Patris: tum etiam quanto cæteris institutis præstet vigiliarum opus, & qualia expectanda sint ab iis, qui opus hoc exercent, quove modo in tali statu procedendum sit; nec non de donorum excellentia, quæ Deus iis largitur, atque de certaminibus, quæ adversus eos excitat princeps hujus sæculi.* Incipit: ὅταν θελήσῃς σωθῆναι ἐν τῇ λειτυργίᾳ τ ἀγρυπνίας συ ἐν τῇ συνεργίᾳ τῦ Θεῦ, ποίησον ὡς λέγω σοι &c.

Fol. 258. pag. 2. Περὶ πόσης τιμῆς ἧς κέκτηται ἡ ταπεινοφροσύνη κ πόσον ἀνώτερός ἐστιν ὁ βάθμος αὐτῆς. *Quanto in honore habeatur humilitas, & quam sublimis sit illius gradus.* Incipit: θέλω ἀνοῖξαι αὐτὸ στόμα μυ ὦ ἀδελφοὶ κ λαλῆσαι περὶ τ ὑψηλῆς ὑποθέσεως τ ταπεινοφροσύνης &c.

Fol. 262. Τῦ αὐτῦ ἐπιστολὴ πρὸς τ Ἀββᾶν Συμεῶνα. *Ejusdem epistola ad Abbatem Symeonem*, cujus initium: ἡ ἐπιστολή συ ὦ ἅγιε, ὐχὶ λόγοι ἐγκεχαραγμένοι εἰσὶν ἐν αὐτῇ &c.

Fol. 287. Τῦ μακαρίυ Διαδόχυ ἐπισκόπυ Φωτικῆς κεφάλαια πρακτικὰ γνώσεως καὶ διακρίσεως πνευματικῆς διὰ ποίας δεῖ γνώσεως εἰς τὸν προδεδηλωμένον τῦ Κυρίυ ἡμᾶς ὁδηγῦντος καταφθάσαι τελειότητα. ἵν' ἕκαστος κατὰ τὸ χῆμα τῆς ἀγγελικῆς παραβολῆς τὸ τῦ λόγυ σπέρμα καρποφορήσωμεν. *Beati Diadochi Photices Episcopi capitula practica de cognitione, & discretione spirituali, & quali cognitione instructos nos esse oporteat, ut perfectionem a Christo Domino duce nostro præmonstratam assequamur; omnesque secundum Evangelicæ parabolæ formam, ex verbi divini semine fructum feramus.* Definitiones sunt decem: capitula autem centum, quæ quidem omnia edita fuerunt Græce cum duabus centuriis sententiarum spiritualium *Sancti Nili*, appositis scholiis, Florentiæ anno 1558. Desunt in nostro codice quadraginta septem postrema capitula.

Fol. 307. Capitula alia initio mutila, quæ videntur esse capitula XXXIX. *Philothei Monachi Bathensis de sobrietate, & custodia cordis.* Ultima tantum supersunt, scilicet a numero XXVI.

Fol. 313. *Sancti Patris nostri* MARCI *de sobrietate capitula* X.

Fol. 318. SIMEONIS *junioris Theologi capitula varia de sobrietate & custodia men-*

Digitized by Google

mentis, nec non *de triplici oratione*.

Fol. 332. Narratiuncula de Abbate Philemone ex Gerontico quodam, tum de aliis Anachoretis; & excerpta nonnulla ex vita Sancti Johannis Chryſoſtomi.

CODEX CCCLII. *b.* I. 23.

Membranaceus, conſtans foliis 269. ſæculi XIV. finem verſus, optimi characteris, aureiſque literis conſpicuus, olim *Gabrielis Philadelphiæ Metropolitæ*, præclarum opuſculum aſceticum complectens, cui titulus.

Τῶν ἐν μοναστρόποις ἐλαχίστων Καλλίστου καὶ Ἰγνατίου τῶν Ξανθοπούλων μέθοδος καὶ κανὼν σὺν Θεῷ ἀκριβὴς, ἐκ παρὰ τῶν ἁγίων ἔχων τὰς μαρτυρίας περὶ τῶν αἱρουμένων ἡσυχῶς βιῶναι καὶ μοναχικῶς περὶ τῆς ἀγωγῆς καὶ πολιτείας καὶ διαίτης αὐτῶν. καὶ περὶ τοῦ ὅσων ἠλίκων ἀγαθῶν πρόξενος ἡ ἡσυχία καθίσταται τοῖς λόγῳ μετιοῦσιν αὐτήν. διαιρεῖται δὲ ἡ παροῦσα τοῦ λόγου πραγματεία ἐν κεφαλαίοις ρ. *Humilium monachorum Calliſti, & Ignatii ex cœnobio Xantopulorum methodus, & regula accurata, & ſanctorum Patrum teſtimoniis confirmata ad utilitatem eorum, qui tranquillam, & monaſticam vitam ſeligunt, nec non de inſtituto vitæ, atque ordine ab ipſis ſervando, quotve, & qualia quies adferat bona iis, qui ratione duce eam amplectuntur. Dividitur autem totum opus in capita centum.* Eumdem titulum refert Allatius in libro de *Simeonibus* pag. 185. ex MS. codice *Bibliothecæ Barberinæ*, ubi & nonnulla ſubdit de operis autore Calliſto II. Patriarcha Conſtantinopolitano, quem ad annum 1406. rejicit. Verum Henricus Warthonus in appendice ad Caveum anno 1395. tribus menſibus, poſtquam Patriarcha renunciatus fuiſſet, eum fato functum docet. Mirifice autem operis pretium extollit Simeon Theſſalonicenſis in dialogo ſuo adverſus hæreſes his verbis, ab Allatio Latine redditis loco ſupra citato. *Potiſſimum vero hac noſtra ætate de vita monaſtica conſcripſerunt, & ſpiritu, tamquam qui & ipſi ex Deo cum ſint, Deiloqui, & Deiferi; & Chriſtoferi, & a Deo afflati vere exiſtunt, Sanctus Pater noſter Calliſtus, qui Regiæ urbis novæ Romæ ex Deo fuit Patriarcha, & qui una cum ipſo ſpirabat, & exercitabatur confeſſor Ignatius, & libro peculiari ab illis compoſito, ſpiritualiter, divine, & excelſe nimis philoſophati ſunt centum capitibus, numero perfecto, perfectam de ea cognitionem tradentes.*

Fol. 251. Θεολήπτου μητροπολίτου Φιλαδελφίας λόγος τοῦ ἐν Χριστῷ κρυπτοῦ ἐργασίαν διασαφῶν καὶ δεικνὺς ὡς ἐν βραχεῖ τῷ μοναδικῷ ἐπαγγέλματος ὁ σκοπός. Theolepti *Philadelphiæ metropolitæ ſermo abſconditum in Chriſto lucrum manifeſtans, breviterque monaſticæ promiſſionis ſcopum comprehendens*, cujus initium: τὸ μοναδικὸν ἐπάγγελμα δένδρον ἐστὶν ὑψικομόν τε καὶ γονιμώτατον &c.

De Theolepto Philadelphiæ metropolita, qui floruit ſæculo XIV. omni virtutum laude celebratiſſimo, legere eſt Patrem Lequien tom. I. *Orientis Chriſtiani* pag. 872. Warthonum in *appendice ad Caveum* pag. 14. & Fabricium tomo X. *Biblioth. Græcæ* pag. 146. qui tamen ſermonem hunc prætermiſerunt,

CODEX CCCLIII. *b.* I. 24.

Chartaceus, habens folia 107. ſæculi XV. Varios continet hymnos, & preces feſtis diebus peculiaribus in Eccleſia Græca recitandas cum notis muſicis. Sæpius adpoſitum legitur *Manuelis Lampadarii Chryſaphæ* nomen, cujus opuſcula quædam muſica memorantur in Alexandri Baruoetii catalogo MSS. *Bibliothecæ Scorialenſis*.

Fol. 61. Cantico in XL. martyres ſubſcripta ſunt eorumdem nomina; quæ cum varie in variis codicibus deſcripta ſint, uti notat Ruinartus in *actis martyrum* pag. 459. nos quoque codicis noſtri lectionem ſubjiciendam exiſtimavimus.

Κυρίων.	*Cyrion.*
Κάνδιδος.	*Candidus.*
Δόμνος.	*Domnus.*

Digitized by Google

Ἰωάννης .	*Johannes*.
Νικόλαος .	*Nicolaus*.
Ἠλίας .	*Elias*.
Χυδίων .	*Chudion*.
Ἀλέξανδρος .	*Alexander*.
Θεόδυλος .	*Theodulus*.
Μελίτων .	*Meliton*.
Λεόντιος .	*Leontius*.
Οὐάλης .	*Valens*.
Λυσίμαχος .	*Lyſimachus*.
Ἀκάκιος .	*Acacius*.
Ἀθανάσιος .	*Athanaſius*.
Θεόφιλος .	*Theophilus*.
Εὐτύχιος .	*Eutychius*.
Ἡράκλειος .	*Heraclius*.
Σεβηριανὸς .	*Severianus*.
Σισίνιος .	*Siſinius*.
Γοργόνιος .	*Gorgonius*.
Πρίσκος .	*Priſcus*.
Οὐαλέριος .	*Valerius*.
Σμάραγδος .	*Smaragdus*.
Ἐκδίκιος .	*Ecdicius*.
Δομετιανὸς .	*Dometianus*.
Εὐτύχιος .	*Eutychius*.
